

**ACTA  
ACADEMIAE  
VELEHRADENSIS**

**ANNUS XIII  
FASC. 1.**

**OLOMUCII 1937**

**SUMPTIBUS ACADEMIAE VELEHRADENSIS**

# ACTA ACADEMIAE VELEHRADENSIS

Eduntur annuatim in quatuor fasciculis. Subnotatio pro anno 30 Kč, pro extērnis 40 Kč.

Redactores: Prof. dr. *Jos. Vašica*, msgre *Frant. Jemelka*, prof. dr. *Josef Matocha*, dr. *Vincenc Pořízka*, collaborantibus professoribus Collegii theologicae facultatis a ss. Cyrillo et Methodio, Olomucensis.

Redactio: *Olomouc, Úřednická 7.* – Administratio: *Olomouc, Salesianum.*

Auxilium in edendis Actis promiserunt: Prof. dr. Franc. *Grivec*, Ljubljana; dr. Jos. *Slipyj*, rector Academiae Leopoliensis; prof. P. Sev. *Salaville*; prof. dr. M. *Jugie*; dr. Georgius *Hofmann*, S. J., prof. Pont. Inst. Orientalis Romae; prof. *Aman*, S. J., professor Pont. Inst. Orientalis; dr. Theophilus *Spáčil*, prof. Pont. Inst. Orient. Romae; dr. Thomas *Kurent*, S. O. Cist., Stična, Jugoslavia; dr. Andreas *Živković*, prof. univ. Zagreb; dr. Rochus *Rogošić*, prof. theolog. Makarska; dr. Ignatius *Šwirski*, prof. univ. Wilno; dr. *Špůrek*, prof. theolog. Obořiště; dr. Ant. *Salajka*, Praga.

---

## Contenta in fasc. 1:

	Pag.
Dr. Fr. <i>Grivec</i> , De versionibus palaeoslavicis Vitarum Cyrilli et Methodii	1
P. G. <i>Hofmann</i> , S.J., Testimonium ineditum Andree archieppi Rhodi de Marco Eugenio	13
Dr. Th. <i>Kurent</i> . Exegesis Mt. 16, 18 sequ. apud Studitas, praesertim s. Theodorum	20
Dr. V. <i>Pořízka</i> , Bhagavadgītā eiusque doctrina de bhakti	27
Princ. Petrus <i>Wolkonsky</i> , Exarch Leonid Fedorov (russice)	34
Dr. Andreas <i>Iščak</i> , Congressus unionisticus Leopoli	44
Recensiones: <i>Heiler</i> , Urkirche und Ostkirche (Grivec), <i>Mersch</i> Emil, S. J., Le Corps mystique du Christ (Grivec), <i>Salajka</i> , Nauka východních bohoslovčů o vykoupení (Pořízka), <i>Dąbrowski</i> , Królestwo Bóże a Kościół (Pořízka), <i>Kwiatkowski</i> , Zjawiska naukowego okultyzmu a nieśmiertelność duszy (Pořízka), <i>Starodworski</i> , Tragedja cerkwi prawosławnej w ZSRR (Pořízka), Dr. W. <i>Kwiatkowski</i> , U kolebki chrystianizmu (Hudec), Dr. Fr. <i>Cinek</i> , Velehrad víry (Neumann), <i>Pořízka</i> Dr. V., Solovjev a církev (mj)	48
Ephemerides, libri recepti	62
Varia. Relatio de conventu generali Academiae Velehradensis	63
Memento mortuorum	64
Dr. Josef <i>Matocha</i> : Relatio de Academia Velehradensi (proposita in VII. Conventu Velehradensi 1936)	66

# Acta Academiae Velehradensis

*Tomus XIII.*

*A. D. 1937.*

*Fas. 1.*

REDACTIO: OLOMOUC, SALESIANUM, RČS.

---

Num. ord. 240/37.

IMPRIMATUR

Oломуци, 15. III. 1937.

† LEOPOLDUS, archiepiscopus Olomucen.

---

## DE VERSIONIBUS PALAEOSLAVICARUM VITARUM CONSTANTINI ET METHODII.

*Dr. Franciscus Grivec, univ. prof. – Ljubljana.*

Palaeoslavicae *Vitae Constantini (Cyrilli) et Methodii*, etiam *Legendae Pannonicae* dictae, non solum potissimum fons historiae et theologiae ss. Cyrilli et Methodii sunt, magnae auctoritatis historicae atque magni in litteris pretii, sed etiam inter gravissima litterarum christianarum antiquorum documenta numerari possunt. Ob magnam auctoritatem historicam hodie iam praefertur terminus *Vitae*; nam sensus hodiernus *Legendae* dubia de valore historico involvit. Sine dubio iam constat has *Vitas* exeunte saeculo IX. exaratas esse (a. 870--886). Codex antiquissimus *Vitae Methodii* quidem demum saeculo XII., *Vitae Constantini* vero demum saeculo XV. scriptus est, attamen in utraque *Vita* plurima adhuc vestigia textus primitigeni existunt. Tanta harum *Vitarum* antiquitas difficultates non parvas historicas ac grammaticas parat.

Longe maior pars virorum doctorum, praesertim historici et theologi, hisce gravissimis fontibus nonnisi mediantibus versionibus uti possunt. Rari interpretes harum *Vitarum* vero laborem non mediocrem subeunt, praeprimis illis locis, ubi textus vel corruptus est vel difficultatibus grammaticis, historicis, theologicis obscuratur.

Ideo quaestio de fideli versione *Vitarum Constantini-Cyrilli et Methodii* momenti non parvi esse videtur.

Annis 1934—1936 in *Vitis Constantini et Methodii* (V. C., V. M.)

multas inveni citationes e s. Scriptura et liturgia et scriptis s. Gregorii Nazianzeni depromptas, ad veriorem harum Vitarum interpretationem plurimum conferentes. Versionem novam slovenicam parando<sup>1</sup> varias versiones recentiores cum textu palaeoslavico comparabam. Liceat mihi itaque quaedam de versionibus harum Vitarum proferre:

I. De editione atque versione Vitarum Constantini et Methodii quaedam regulae generales.

II. De versionibus latinis doctoris Francisci *Miklošič*.

III. De versione latina professoris Francisci *Pastrnek*.

IV. De versionibus doctorum P. *Lavrov*, J. *Stanislav*, J. *Vašica*.

V. De versione gallica doctoris Francisci *Dvornik*.

## I.

Anno 1935 „Commissio edendis fontibus cyrillice scriptis de ss. Cyrillo et Methodio“, ab Academia scientiarum Bulgarica instituta, dirigenibus doctoribus M. *Popruženko* et St. *Romanski* edidit *Conspectum bibliographicum fontium slavicorum cyrillice scriptorum de Cyrillo et Methodis* (Библиографски прегледъ на славянскитѣ

<sup>1</sup> Fr. *Grivec*, Žitja Konstantina in Metodija. Celje 1936 (ed. Družba sv. Morhorja): I. Introductio de ss. C. et M. et de fontibus (pg. 1—46). — II. Versio Vitarum palaeoslavicarum Constantini et Methodii atque latinae Vitae s. Cyrilli cum translatione s. Clementis (pg. 47—120). — III. Adnotationes (pg. 121—148).

De quaestionibus grammaticis et theologicis in Vitis palaeoslavicis ss. Cyrilli et Methodii tractabam in sequentibus dissertationibus:

De ss. Cyrilli et Methodii ad Photium relatione. Bogoslovni Vestnik (B. V.), Ljubljana 1933, pg. 245—252.

De historia biblica ss. Cyrilli et Methodii. B. V. 1935, pg. 1—32.

De sponsalibus s. Cyrilli cum Sophia. B. V. 1935, pg. 82—94.

De honoribus proavitis s. Cyrilli. B. V. 1935, pg. 211—213. Cum gravi supplemento de eius sponsalibus mysticis.

De fragmento biblicae versionis Aquilae in Vita Constantini-Cyilli. B. V. 1935, pg. 213—216.

Originalnost sv. Cyrila in Metoda. Jugoslovenski istoriski časopis. (J. I. Č.), Beograd 1935, pg. 52—75. Addito conspectu lingua russica.

Viri (fontes) Žitja Metodija. J. I. Č. 1935, pg. 336—351. (Conspectus lingua russica).

K novi izdaji Žitja Konstantina in Žitja Metodija. J. I. Č. 1935, pg. 455—461. (Conspectus lingua gallica.)

O virih Žitja Metodija. J. I. Č. 1936, pg. 101—105.

кирилски источники за живота и дейността на Кирила и Методия. София 1935), quem conspectum multis slavistis miserunt, rogantes, ut editoribus consilia et observationes communicarent. Huic desiderio Academiae Bulgaricae satisfeci articulo publico in *Jugoslovenski istoriski časopis* (Beograd 1935, pg. 455—461). Liceat mihi ex illo articulo quaedam hic repetere, additis novis observationibus. Ad multa enim, quae editionem fontium spectant (hic paeprimis ed. Vitarum C. et M.), etiam interpretes in versionibus exarandis attendere debent.

1. Quinam codices Vitarum C. et M. optimi sint? De Vita Methodii sine dubio codex ecclesiae Moscoviensis, Uspenski sobor dictae, e saeculo XII omnibus aliis longe praferendus est, nonnumquam etiam illis locis, ubi ab omnibus aliis discrepat, e. gr. *Enos* in 1. c. V. M. — Inter codices Vitae Constantini eminent: 1. Codex monasterii basiliani s. Onuphrii Leopoli e saec. XV., quem Miklošić potissimum secutus est; 2. Codex Academiae ecclesiasticae (Duhovnaja Academia) Moscoviensis e saec. XV., quem Lavrov aliis praefert; 3. Duo codices Vladislavi Grammatici ex eodem saeculo.

2. In editionibus et versionibus accuratius notandi sunt loci biblii. Dolendum est post 90 annos, ex quo attentio scientiae ad Vitas C. et M. conversa est, tam multas citationes biblicas slavistas et theologos latere. Quae negligentia multis erroribus locum dabat. In mea versione slovenica (vide supra notam 1. ad marginem) plurimas citationes novas notavi. Slavistas et theologos rogo, ut meas annotationes suppleant. Meis auditoribus in universitate Ljubljanae iuvantibus, postea detegi gravem citationem biblicalam Sap. 4, 10 (cf. 4, 14) in c. 17. V. M.: „quoniam sic Deo gratus et amatus erat, appropinquabat tempus pacem accipiendo“ (cf. infra c. IV. huius dissertationis, ad Lavrov). In precibus ad s. Methodium in eodem capite verba „qui digne vocatione nostra vixerimus“ alludunt ad Eph. 4, 1. Alia pauca addidi in *Jugoslovenski istor. časopis* (Beograd) 1936, pg. 101—102.

Citationes biblicae ad verum textum statuendum atque verum sensum eruendum non parum conferunt. E. gr. in c. 1. V. M.: *Enos* (Gen. 4, 26), *Henoch translatus* (Hebr. 11, 5; Eccli 44, 16), *upase, raspase* (de David; Ps. 77, 71—72), *mansuetudo* David, *desertum inaquosum*, Abraham *amicus* Dei, ut infra accuratius me-

morabo. — Citationes saepe liberae atque e variis locis biblicis compositae sunt. E. gr. gravissima verba de *Sapientia coniuge* (Sap. 10, 9; 8, 2 et 9), quae sponsalia mystica s. Cyrilli abunde illustrant.<sup>1</sup>

Versiones verbis palaeoslavicis attente adhaereant necesse est, ne versione libera verba biblica et liturgica negligantur. *Dvorník* praesertim versione nimis libera persaepe non tantum a verbis biblicis discessit, sed etiam a vero sensu longius aberravit. Caput 1. V. M. prie omnibus aliis est gemma litterarum christianarum, artificiosissime verbis s. Scripturae intextum, quod omnes usque hodie fugit; ideo tot errores in versionibus huius capituli, praesertim apud *Dvorník*.

3. Praeter citationes biblicas ad Vitas C. et M. interpretandas etiam citationes e liturgia et s. Gregorio Nazianzeno, quas omnes usque hodie neglexerunt, non parum conferunt. De iis vide pauca in *Actis VII. Conventus Velehradensis* (1936), pg. 13—22.

4. Vitae C. et M. sunt opera artis litterariae scripta stylo rhythmicu ad instar styli biblici. Slavista *Weingart* scribit: „Par le niveau élevé de leur langue, par leur style choisi et l'art de leur composition, le deux Vies slaves sont des œuvres d'une valeur littéraire tout-à-fait exceptionnelle et elles peuvent se ranger à côté des meilleures créations européennes du moyen-âge“.<sup>2</sup> C. 1. V. M. tanta arte compositum est, ut in versus rhythmicos dispertiri possit.<sup>3</sup> In c. 7. V. M. pulcherrimum carmen s. Cyrilli latet:

Ecce, frater, nos duo consortes eramus,  
unum sulcum imprimentes;  
et ego in agro cado,  
postquam diem terminavi,  
tu autem amas montem (Olympum) valde;  
noli montis gratia relinquere doctrinam tuam,  
quo magis salvus fieri possis.

<sup>1</sup> Hanc citationem biblicam gravissimam negligendo *Dvorník* sponsalia mystica s. Cyrilli e byzantinis „concours de beauté“ explicat! Neque ad verba s. Scripturae neque ad scripta s. Gregorii Naz. animum satis advertens, splendidae margaritam vitae s. Cyrilli tam inepte obscuravit (in opere infra citato pg. 19—22).

<sup>2</sup> Bulletin de l'Institut archéologique bulgare, t. IX., 1935, pg. 104.

<sup>3</sup> Vide meam versionem slovenicam Vitarum, pg. 95—99 e. a.

Ergo ad dictionem et rhythmum attendendum est, ne pulchritudo textus primigeni destruatur. Forma styli multum conferre potest ad verum textum sensumque statuendum.

5. Slavistae hucusque animum parum ad locos parallelos atten-debant. Nondum compositus est index (vocabularium) verborum et phrasium Vitarum. E. gr. po malu in 1. ei in fine 2. c. V. M. (vide infra pg. 11); blag in 1. et 8. c. V. M. (infra pg. 10); dokončati in 1. c. V. M. (Salomon parabolas non *perfecit*) et sěkrončati in c. 14 sensu: *implere, perficere* (Dvorník in 1. c. V. M. erronee vertit: *terminées*).

## II.

*Franciscus Miklošič* duas versiones latinas Vitae Methodii atque unam Vitae Constantini exaravit. Prima versio Vitae Methodii edita est in *Archiv für Kunde österreichischer Geschichtsquellen*. XIII. Bd. Wien 1854, pg. 156—163. Secunda editio in libello: *Vita s. Methodii*. Vindobonae 1870. Quae altera editio multis locis mutata et emenda est, ast saepe in peius. Primam editionem (paucissimis in peius mutatis) iterum ediderunt *J. Ginzel* (*Geschichte der Slavenapostel*. 2. Ausg. Wien 1861, in additionibus pg. 20—32) et *L. K. Goetz* (*Gesch. der Slavenapostel*. Gotha 1897, pg. 255—270).

Versionem latinam Vitae Constantini una cum textu palaeoslavico edidit in *Denkschriften d. kais. Akademie*. Wien 1870. Philosophisch-histor. Classe 19. Bd., pg. 205—248.

Versio utriusque Vitae a doctissimo Miklošič exarata classica dici potest; re et stilo omnes alias harum Vitarum versiones superat. Ideo mirum non est, fere omnes slavistas et interpretes hanc versionem secutos esse. Professorem Miklošič multae citationes biblicae latuerunt, quod sane dolendum, praesertim quia fere omnes slavistae et interpretes, peritissimo Miklošič nimis confisi, easdem citationes neglexerunt atque errores augebant. Miklošič vero etiam illis locis, ubi citationes biblicae eum fugerunt, saepe aptissima elegit verba, a biblicis non nimis discrepantia, quod profecto mirandum quodque aliis auctoribus ipsum secutis rarius contigit. Etiam in locis difficili-oribus theologicis vertendis rarius quam alii auctores admisit errores.

In difficillimo 1. capite Vitae Methodii sequentes fere admisit errores, quos plerique alii interpretes et slavistae post eum repetunt.

Ad sententiam de cognitione creatoris e pulchritudine operum erronee *Rom. 1, 20* annotavit. Sed haec sententia ad verbum versa est e textu graeco *Sap. 13, 5*, quod Lavrov a. 1928 recte notavit; nihilominus auctores usque hodie errorem post Miklošič repetunt.

Adiectivum *blag* in initio 1. capitinis minus accurate vertit: *benignus*. Theologice et grammaticae hic *bonus* ponendum est; nam *bonitas* est causa Deum ad creationem movens atque in c. 8. V. M. *blagymi děly* (bonis operibus) iterum occurrit.

Adverbium *po malu* initio 1. c. V. M. magnam ei parabat difficultatem; in versione a. 1854 minus accurate vertit *singulatim* (si quis pulchritudinem creaturarum *singulatim* perpendit), a. 1870 vero falso *parum*. Fugit eum (atque post eum omnes fere slavistas), idem adverbium iterum occurrere in fine 2. capitinis, ubi ex contextu sensus *paulatim* clare patet (ut Methodius moribus slovenicis *paulatim* assueficeret). Rationes theologicae eandem significationem etiam initio capitinis 1. postulant: *paulatim* atque consequenter *attente, accurate*. S. Gregorius Naz. saepe monebat, Deum resque divinas paulatim (gradatim) et attente solum, minime vero praecipitanter cognosci posse.<sup>1</sup>

Verba 1. capitinis V. M. de mysterio generationis Filii e Deo Patre *omnem rationem et intelligentiam carnalem superante* (supra omnem rationem et intelligentiam carnalem) Miklošič non perspexit; ideo loco *carnalem* posuit incarnaliter (sc. Pater Filium genuit). Ast Gregorius Naz. cum aliis patribus graecis docet, generationem Filii e Patre etiam angelorum intelligentiam superare.<sup>2</sup>

In codice Vitae Methodii e saec. XII. recte dicitur: *Enos*, qui primus ausus est appellare nomen Domini. Ast Miklošič iuxta codices iuniores hic legit *Henoč*; item post eum omnes slavistae. Omnes fugit notissimus locus Gen. 4, 26: *Enos* coepit invocare nomen Domini.

De *Henoč* s. Scriptura saepe narrat illum non mortuum, sed translatum esse (Gen. 5, 24; Eccli 44, 16; Hebr. 11, 5). Miklošič vero verba V. M. *prestavlen byst* perperam vertit: *mortuus est*, quod non solum s. Scripturae, sed etiam ipsi contextui V. M. contrarium est. In quo omnes slavistae usque hodie eum sequuntur.

Abraham in epistola Jac. 2, 23 *amicus Dei* appellatur, quae phrasis

<sup>1</sup> PG 36, 25—72 et 192; 196—205 e. a.

<sup>2</sup> PG 36, 84.

etiam in libris Antiqui Testamenti (Judith 8, 22; Is. 41, 8; 2. Par. 20, 7) occurrit. Inde in 1. c. V. M. Abraham *drug jemu* (Bogu) dicitur. *Drug vel socium vel amicum* significare potest. Miklošič minus accurate vertit *socius*, quod fere omnes slavistae repetunt.

In s. Scriptura saepe Davidis *mansuetudo* (erga Saul) laudatur (ps. 131, 1 e. a.); psalmus 77, 70—72 poetice narrat pastorem (pastor = mansuetudo) David regem populi factum esse. Iuxta hunc psalmum 1. c. V. M. dicit: David mansuetudine populum *rexit* (rex populi factus est). Forma (aorist.) *upase* (al. *raspase*) etiam in ps. 77, 72 et Mt. 2, 6 (e Mih. 5, 2) occurrit. Miklošič autem a. 1854 vertit: David *clementia* populum *salvavit*. A. 1870 verbum *salvavit* optime correxit: *rexit*, ast citationem biblicam non detegit.

De Elia 1. c. V. M. dicit: Elias malitiam populi fame *refellit* (refutavit). *Refellit* = *oblič* (cf. russicum *obličať* = refellere, refutare). Miklošič minus recte vertit: fame *castigavit*.

In aliis locis difficilioribus Vitae Methodii et Vitae Constantini, etiam illis, ubi citationes biblicae eum fugerunt, rarius a vero sensu aberravit; graviores errores solum in illis locis admisit, ubi textum palaeoslavicum reconstruere non potuit.

### III.

Slavistae et historici et thelogi hodie plerumque versione utuntur latina a professore Francisco Pastrnek adornata atque eleganter edita ad marginem textus palaeoslavici in libro: *Dějiny slovanských apoštolů Cyrilla a Methoda*. (Pragae 1902).

Fr. Pastrnek versionem peritissimi Miklošič ita secutus est, ut eius versio nova editio versionis professoris Miklošič dici possit, expolita quidem atque emendata. Attamen nonnullis locis ad textum professoris Miklošič reccurrentum est.

Inspiciamus celeberrimum 1. caput Vitae Methodii.

Initio capitis adiectivum *blag* cum Miklošič minus accurate vertit: *benignus* (recte: bonus). *Po malu* cum Miklošič sinistre vertit *singulatim*, neque ad locum parallelum in fine 2. c. eiusdem Vitae attendit. In sententia de generatione Filii a Patre, ubi Miklošič sinistre corredit *incarnaliter*, longius procedendo, in textu paleeoslavico praepositionem *nad* (supra) omisit ac vertit: *omni ratione et intelligentia incarnali*.

Errores professoris Miklošič de *Enos* (*Henoch*) et de *Henoch*, repetit; item de Abraham, *socio* (recte: *amicus*) Dei. Narrationem de Noe, Abraham, Isaac, Jacob, Joseph, Moyse sat accurate fere verbis biblicis vertit, versionem Miklošič secutus, etsi citationes biblicae eum latebant. Errorem de David (*salvavit*, loco *rexerit*) post primam versionem Miklošič (a. 1854) repetit; item de Elia (*castigavit*, loco *refellit*). Palaeoslavicum *ljudi* saepe *populum* significat (loco *homines*). In 1. c. V. M. plerumque hanc significationem (*populus*) habet, ut e contextu patet, ubi sermo de populo Israel est; ast Pastrnek semper *homines* ponit, etiam illis locis, ubi Miklošič recte *populus* posuit (apud David et Eliam).

Gravior error est in c. 1.V. M. de Eliseo, *pallium* Eliae recipiente. Miklošič palaeoslavicum *milot*, μηλωτή optime vertit *pallium*, quod cum textu biblico concordat. Pastrnek vero, textum sinistre corrigerent tentans, *milst' = gratia* posuit.

In c. q. Vitae Constantini per quandam lapsus *kupina*, вѹпина verbo *mare* vertit (recte: *rubus*).

Verba capitinis 15. Vitae Methodii: и съвѣтою вѣзношению таиною съ клиросъмъ своимъ вѣзнесъ minus exacte vertit: „sanctam elevationem secretam (mysteriosam) cum clero suo tollens“, infeliciter primam editionem versionis professoris Miklošič ex a. 1854 secutus, quam vero ipse Miklošič a. 1870 exacte corredit: „sanctam oblationem mysteriosam cum clero suo offerens“, quod optime monuit Fr. Snopěk<sup>1</sup>, verba palaeoslavica aptissime vertendo in linguam graecam: τὴν ἀγίαν ἀναφορὰν μυστικήν. — ἀναφορά enim significat et oblationem (sacrificium) in genere et illam sacrificii s. missae partem, quae praefationi et canoni missae ritus romani respondet.

#### IV.

Post Miklošič optima versio esset recentior ucraina in libro doctissimi P. Lavrov, *Kirillo ta Metodij* (Kijev 1928), pg. 239 – 313, nisi nimis libera atque indirecta esset; hic liber enim est versio ucraina manuscripti russici, nec satis accurata nec polita.

*Lavrov* nonnullas detegit citationes biblicas, quae alios auctores fugerunt; initio 1. c. V. M. detegit, sententiam de cognitione creatoris

<sup>1</sup> Fr. Snopěk, Die Slavenapostel. Kritische Studien. (Kroměříž 1918), pg. 78.

e pulchritudine operum ad verbum e textu graeco Sap. 13, 5 versam esse (non Rom. 1, 20 sicut Miklošič notavit).

Initio V. M. adiectivum *blag* solus Lavrov exacte vertit *dobrij* (bonus).

Minus exacte vertit verba de benedictionibus patriarchae Jacob; loco *benedictionibus* minus exacte posuit participium *benedicens*; plures enim sunt benedictiones. De Joseph Aegyptiaco dicit: *placuit Deo* (recte: divinum se exhibuit). De Eliseo: *praecipua* miracula fecit (recte: *duplicia*).

In c. ultimo V. M. in sententia: *quoniam sic Deo gratus et amatus erat, appropinquabat tempus pacem accipiendi* post *amatus erat* punctum posuit atque verba sequentia in sententiam indepedentem resolvit, quod et textu palaeoslavico et biblico (Sap. 4, 10 et 14) contrarium est.

Versio slovaca doctoris Jan Stanislav, *Životy slovanských apoštolorov* (Praha-Bratislava 1933) stilistice omnes ceteras superat, quia rhythmum stílumque poeticum palaeoslavicum lepide imitari tentat. Ast grammaticae non semper exacta est.

*Dr. J. Vašica*, professor theologiae Olomucii, novam versionem bohemicam exaravit. (*Život a pochvala sv. Cyrila*. Brno 1927). Versio eleganter polita et grammaticae sat exacta. Prae omnibus aliis multas novas detegit citationes biblicas.

Fere omnes locos biblicos, quorum permulti ceteros intepretes latebant, exacte notavit.

Pauci loci biblici graviores eum fugerunt. In 1. c. V. C. sententia de ovibus, quos Christus *nomine* vocat, composita est e versibus Joan. 10, 3 et 27-28.

In c. 3. V. C. latuit cum libera citatio biblica composita e versibus Sap. 8, 2 et 9 atque Sap. 10, 9: „Si Sapientiam adduxeris tibi, ut habeas eam coniugem, a multis malis liberaberis per eam.“ Locus gravissimus, *mystica s. Cyrilli cum divina Sapientia sponsalitia explicans*.

In c. 4. V. C. celeberrimam Cyrilli definitionem asceseos et sapientiae („mihi autem doctrina nihil maius est, qua scientiam colligere et avorum honores et divitias volo quaerere“) minus exacte vertit. Genitivus plur. *avorum* est versio libera palaeoslavici adiectivi *prědědnyj=avitus, proavitus*. Sensus est: quaero honores et divitias

(spirituales) Adami, quas ante lapsus habuit. Vašica *předěnyj* minus exacte vertit *po předcich*.

In fine c. 9. V. C. Vašica primus detegit famosum locum biblicum (Exod. 34, 9), quem Cyrillus iuxta versionem Aquilae allegavit; qui locus magnam mihi difficultatem parabat, quam iuvante Vašica demum solvere potui.

In capite 10. V. C. verba *božij drug* (Abraham), recte iuxta Pastrnek vertit *přítel boží* (amicus Dei), attamen fugit eum, haec verba deprompta esse ex epistola Jac. 2, 23.

Ante finem c. 15. V. C. verba Christi: „Quod Deus coniunxit, homo non separet“ (Mt. 19, 6) tamquam verba *apostoli* in textu palaeoslavico allegantur. Vašica non notavit, haec verba *Christi* e Mt. 19, 6 deprompta esse.

Paucae aliae quoque citationes eum fugerunt, quae in mea versione slovenica notantur.

## V.

Attentione digna est versio gallica doctoris Fr. Dvorník in libro: *Les Légendes de Constantin et de Méthode vues de Byzance* (Prague 1933). Prima versio gallica, memoratu digna, quia eleganter edita est in supplemento libri eruditissimi, in quo auctor fructibus rerum slavicarum et byzantinarum peritorum abunde usus est. Versio libera, non raro potius interpretatio quam versio. Plerumque vestigia Miklošič—Pastrnek premit, non raro peritissimum Lavrov sequitur. Sed nimia libertate non solum a doctoribus peritissimis, sed etiam a vero sensu longius persaepe discedit.

Paucos tantum locos versionis Vitae Constantini cum textu palaeoslavico comparavi. In c. 1. V. C. bis vox *učitel'* eodem sensu occurrit: 1. Deus non desinit nobis gratiam impertiri . . . per viros iustos et *doctores* (*učitelji*); 2. quod fecit in nostra quoque gente, excitato nobis *magistro* (*učitelja*), sc. Constantino-Cyrillo. Dvorník primum locum vertit: *per des hommes justes et savants*, probabiliter verbo latino *doctor* seductus, quod tamen nihil aliud quam *maitre*, *docteur* significat; etiam in lingua latina utroque loco potius idem verbum ponendum est, quia dicta de viris iustis et *doctoribus* aperte ad Slavorum *magistrum* Constantium referuntur.

In c. 4. V. C. in Constantini philosophiae definitione versionem

latinam doctoris *Pastrnek* perperam interpretavit: philosophia . . . operà docet (hominem) ad imaginem et similitudinem esse eius, qui eum creavit. Hanc sententiam vertit: apprend que les *chooses* sont créées à l' image et à la ressemblance de Dieu; ergo loco abl. feminini operà legit accusativum pluralis. Obvia ad textum slavicum attentione hunc errorem vitare potuisset.

In c. 9. V. C. lapsum professoris *Pastrnek*, qui pro *kupina* loco *rubus* posuit *mare*, stupendo modo secutus est.<sup>1</sup>

In c. 6. V. M. verba *regnum coelorum* minus exacte vertit: *gloire céleste*. Terminus biblicalus (*regnum coelorum*) servandus est.

Plurima minus exacta in versione celeberrimi 1. c. Vitae Methodii occurunt.

Adiectivum *blag* iam Miklošič et Pastrnek minus accurate (*bénignus*) verterunt. Dvorník eos non solum secutus est, sed imo longius a vero sensu aberravit (*miséricordieux*); *theologia* et *grammatica* hic sensum *bonus* postulat.

Sententiam biblicalam: *e magnitudine et pulchritudine operum etiam parens (creator) eorum perspicitur*-vertit: la *magnificence* (recte: *grandeur*) et la beauté des oeuvres *permettent d'en* (recte: *font*) connaître l' auteur. Quod et contra *grammaticam* et contra *theologiam* peccat. A Lavrov monitus versionem gallicam s. *Scripturae* (Sap. 13, 5) sequi potuisset.

„*Deus perfecit = fecit, omnem creaturam*“ vertit: Dieu *acheva* (!) toute la *création* (!).

De *Enos* et *Henoch* repetit errorem Miklošič, Pastrnek e. a.

Sententiam biblicalam: „*Noe iustus inventus est in generatione sua*“ (Gen 6, 9 iuxta versionem graecam LXX) Miklošič—Pastrnek ad verbum fideliter expresserunt, etsi locum biblicalum ignorassent. Dvorník vero et contra textum slavicum et contra Pastrnek sinistre vertit: Dans sa génération se trouva Noé *le Juste*.

De patriarcha *Jacob*, versionem doctoris *Lavrov* minus exactam secutus dicit: *benissant ses fils* (recte: *in benedictionibus*).

De *Joseph* Aegyptico narrat: „*parut* (agréable) a *Dieu*.“ Recte: divinum se exhibuit (Gen. 41, 38), sicut Miklošič—Pastrnek exacte verterunt. Dvorník iterum *Lavrov* sequitur atque minus attente eius

<sup>1</sup> Hunc atque antecedentem errorem notavit B. *Havránek* in Časopis Matice Moravské 1934, pg. 331; ibi alia quoque menda notata invenies.

errorem graviter auget. Item de Elia iuxta *Lavrov* dicit: *révéla . . . la méchanceté des hommes.* Recte: *refellit malitiam populi.*

Graviores errores admisit in nonnullis locis, vestigia doctorum suorum relinquens.

Sententiam biblicam; „Moyses in *deserto inaquoso* populo praebuit aquam“ stupendo modo vertit: abreuva d' eau ceux qui en manquaient. Loco *deserti inaquosi* ergo posuit *homines inaquosos*, negligens textum ac grammaticam palaeoslavicam. Terminus *inaquosus*, ἀνυδρος, Езводъищи in s. Scriptura saepissime occurrit (Ps. 77, 17 et 40 ; 62, 3 ; 105 ; 106 ; Lc. 11, 24), quod omnes quidem slavistas fugit, attamen Miklošič, Pastrnek e. a. hunc locum quoad substantiam recte verterunt (in *deserto arido*).

Sententiam de mansuetudine regis *David* erronee interpretatus est: paisait les *hommes dans la paix*. Neque ad textum palaeoslavicum neque ad veritatem historiae biblica attendit. Constat enim, David multa bella gessisse. Recte: *mansuetudine rexit (rex factus est) populum.*

De Eliseo dicit: opéra un *double miracle*, quod et textui slavico et biblico contradicít neque sensum sanum exprimit.

De Salomone dicit: parbole, bien qu' il ne les eût pas *terminées seul*. Recte: licet *ipse non perfecerit (observaverit)*. Vide supra I. 5.

De aliis prophetis narrat: prédirent les choses *extraordinaires qui devaient se réaliser*. Recte: res *mirabiles*, quae *futurae erant*, praedixerunt. In textu slavico hic est simplex circumscrip̄io temporis futuri auxiliante verbo χοτεти. Rudimenta grammaticae slavicae.

In capite 1. V. M. parum ad textum biblicum attendit. In capitibus 2. et 17. autem eiusdem Vitae, vertendo verba apostoli Pauli 1. Cor. 9, 22 plus iusto textui biblico adhaesit. Paulus enim quattuor versibus (19—22) narrat, se omnibus omnia factum esse, ut omnes *lucrifacceret*. Quinques verbum *lucrifacere* repetitur, in secunda demum parte ultimi versus (9, 22) loco *lucrifacere* adhibetur verbum *salvos facere*. V. M. hic iuxta Gregorium Naz. omnes quattuor 1. Pauli versus uno versu quasi complectitur; ideo verbum *disertius (lucrifacere)* cum secunda parte ultimi versus aptissime coniungit. Ast Dvorník his omnibus spretis textuque V. M. neglecto, loco verbi *lucrifacere* bis arbitrarie posuit *conduir (amener . . .) au salut*, ut textum slavicum corrigeret!

Gravissime ergo erravit illis locis, ubi proprium iudicium ferre tentabat, neglectis versionibus, quibus secus abunde usus est. Praeterea ad novas, in versionibus doctorum Lavrov et Vašica notatas citationes biblicas non attendit, etsi versionibus horum duorum auctorum usus sit. Errores, quos doctissimus Dvorník in versione Vitarum Constantini et Methodii admisit, *perspicue eius errores in quaestionibus theologicis illustrant*,<sup>1</sup> immo persaepe cum illis cohaerent; gravissimi enim errores in rebus theologicis, praesertim biblicis occurunt. Ad textum slavicum parum attendit, ast ubi attendit non semel graviter peccavit (blag, bezvodnyj, hotěstih byti). Inter varias opiniones eligendo saepius casu et fortuito potius quam rationibus scientificis ducitur; ideo e. gr. versionem *Lavrov* non semel iis locis sectus est, ubi Lavrov a vero sensu discessit (prout supra notavi) atque ubi potius Miklošič—Pastrnek sequendi sunt.

Hae observationes minime magnam auctoris eruditionem atque uberrimos scientiae fructus in rebus byzantinis deminuere vel possunt vel intendunt, sed docent, quam attente seges, in hoc campo ab aliis iam culta, colligenda perpendendaque sit.

Edictis patet, versionem peritissimi Francisci Miklošič usque hodie omnes alias superare. Novis editionibus Vitarum Constantini et Methodii ergo addenda est versio classica doctoris Miklošič sobrie emendata atque perpolita. Qui scientifice de ss. Cyrillo et Methodio tractare volunt, ad illam versionem recurrant.

## TESTIMONIUM INEDITUM ANDREAE ARCHIEPISCOPI RHODI DE MARCO EUGENICO

*P. G. Hofman, S. J.*

Marcum Eugenicum, metropolitam Ephesinum adversarium acerimum unitatis ecclesiasticae in concilio Florentino 6. iulii 1439 promulgatae fuisse constat. Apud hodiernos dissidentes graecos ut sanctus colitur in primis propter eius pugnam pro orthodoxia byzantina.

<sup>1</sup> Omnes auctores, qui de libro eius scripserunt (Ledit, Peeters, Grumel e. a.), de eius opinionibus in quaestionibus theologicis (praesertim pg. 284—313) tacent.

Characterem eius etiam auctores protestantes, imo, etsi rarissime et cum restrictionibus, scriptores catholici admirantur. Ideo non duxi esse inutile aliquod testimonium novum de Marco Eugenico idque ei contrarium in lucem edere, compositum ab Andrea Chrysoberge,<sup>1</sup> Constantinopolitano, ex religione Byzantinorum separatorum ad ecclesiam catholicam converso, postea Ordinem Praedicatorum ingresso denique archiepiscopo ritus latini Rhodi (1431 – 47) et Nicosiae Cypri (1447 – 57). Hunc praesulem in concilio Florentino strenue causam catholicam contra Marcum Eugenicum defendisse notum est. Etiam postea metropolitae Ephesino scriptis ecclesiam romanam impugnanti sese opposuit, sicut ex eius dialogo adhuc inedito apparet. Hoc manuscriptum in bibliotheca vaticana conservatur, Palat. Lat. 604, et hunc titulum habet:

*Dialogus in Marcum Ephesinum pontificem, damnantem ritus et sacrificia Romanae Ecclesiae habitus a Fratre Andrea archiepiscopo Colossensi ad cives Methonenses.*

Descriptio brevis codicis supradicti habetur in: *H. Stevenson, Bibliothecae Apostolicae Vaticanae codices manuscripti recensiti iubente Leone XIII. Pont. Max. I. Romae 1886.* 210.

Opusculum Marci Eugenici, contra quod dialogus Andreae Colossensis (= Rhodiensis) compositus est, anno 1923 ab Excellentimo D. *Petit* editum est in *Graffin-Nau, Patrologia Orientalis XVII, 2: 470-4.* In apparatu critico etiam textus graecus Eugenici ab Andrea Rhodiensi traditus non negligebatur, imo pars finalis unice apud hunc auctorem conservata est. Metropolita Ephesinus anno 1440 vel 1441 opusculum vel melius epistolam ad sacerdotem graecum Georgium Modone (Peloponnesi) commorantem direxit, et in hoc suo scripto in primis contra azyma Latinorum eorumque ritum celebrandi Missam querelas facit. Andreas archiepiscopus ab aliquo civi catholico Modonis de illo opusculo notitiam exactam accepit<sup>2</sup> et

<sup>1</sup> *M. H. Laurent O. P. L'activité en Orient d' André Chrysobergés O. P. sous le pontificat de Martin V (1418-1431)* in *Échos d' Orient* 34(1935) 413-38.

<sup>2</sup> „Plures sunt admodum dies, quo quandam epistolam Ephesini haeresiarchae, si iis adhuc erroribus detinetur, quibus se irretitum esse ostendit, plenam calumniis in catholicam fidem tabellarius vestrum omnium nomine detulit. Ac summo studio postulavit, ut blasphemi illius ineptiis responderem, affirmans vos magno desiderio affici audire a me, quibus rationibus ipsi adversario fidei respondere habeatis.“

mox<sup>1</sup> sat amplum responsum (59 fol. in 8<sup>o</sup>) apologeticum redegit, cui textum graecum Eugenici et versionen latinam inseruit. Cum editionem huius tractatus liturgici-apologetici confratri meo *Alphonso Raes* S. I. reliquerim, ad testimonium Andreae de Marco Eugenico et Concilio Florentino, in ultima parte dialogi conservatum, me restringam. Breves accusationes metropolitae Ephesini contra concilium Florentinum, etsi a *Petit* iam editas, praemittam, ut melius responsa adversarii catholici adhuc inedita intelligi possint. Versionem latinam non correxi, sicut *Petit* pro scopo suo fecerat, sed ita ponam, sicut in manuscripto habetur. Exponam breviter, quas accusationes Eugenicus in sua epistola contra concilium Florentinum fecerit, deinde responsa praesulis Rhodi respiciam, non neglecta discussione de eorum valore.

### *Accusationes contra Concilium Florentinum.*

Assertiones Marci Eugenici, quas sine ullis argumentis fecit, ad haec capita reduci possunt:

1. Concilium Florentinum est synodus falsa.
2. Definitio (bulla unionis) huius concilii vanas novitates continet.
3. Qui subscriberunt huic definitioni, sunt veritatis proditores.
4. Hi ab omnibus odio habentur, et eorum Missae hic (Constantinopoli) evitantur.

Id quod a metropolita affirmatur in illa epistola, etiam in aliis eius scriptis polemicis repetitur, e. gr. Relatio de rebus a se in synodo Florentina gestis (*Petit*: 443 – 9), epistola encyclica contra Graeco—Latinos ac decretum synodi Florentinae (*Petit*: 449 – 59) epistola ad Theophanem sacerdotem in Euboea insula (*Petit*: 480—2). Gregorius Mamas, patriarcha futurus Constantinopolitanus, et Johannes Plusiadenus episcopus futurus Modonis, explicite accusationes supradictas scriptis refutaverunt.

### *Responsa Andreae archiepiscopi.*

Si aliquas sententias excipimus, quae potius recapitulationes totius epistolae Marci Eugenici vocari possunt, Andreas Colossensis de duobus punctis loquitur :

<sup>1</sup> Dialogus est scriptus post fugam Marci Eugenici 15. maii 1440 ad partes Turchiae (Brusa, Ephesus) et ante eius incarcerationem mandato imperatoris byzantini Johannis VIII. in insula Lemnos versus 16 iunii 1441. Nam auctor indicat illam fugam; 59: „ad praesidium Teuchrorum configisti“; silet tamen de eius itinere ad insulam Lemnos.

1. De Concilio Florentino eiusque definitione.
2. De persona Marci Eugenici.

Circa primum punctum praesul Rhodi *Concilium Florentinum* „conventum clarissimorum ac sapientissimorum virorum“ „magisterium Spiritus S.“ appellat, sub praesidentia Pontificis Romani positum „cui Romanus Pontifex praefuit.“ Decretum (definitio) concilii Florentini testimoniis traditionis fulciebatur; fuitque redactum post multas deliberationes. Hae affirmationes Andreae cum documentis aliis Concilii Florentini plene concordant.

Magis ample de *persona Marci Eugenici* loquitur. Adversario suo in mentem revocat eum quamvis plena libertate apud Latinos in concilio Florentino frueretur a disputationibus publicis recessisse, eumque fuisse benevolentia particulari a Latinis tractatum. Etiam istae assertiones veritati historicae non repugnant.

Nunc remanet nobis considerandum aliquod factum, de quo solus Andreas testimonium reddidit. Marcus Eugenicus coram Papa Eugenio IV. et imperatore byzantino Johanne VIII. post definitionem concilii 6. iulii 1439 promulgatam promisit se Constantinopoli definitioni concilii Florentini subscripturum esse post electionem novi patriarchae, sed promisso sacro non stetit et fugam praetulit. Videamus, quid ex alliis fontibus adduci possit ad testimonium Andreae explicandum.

Fuga Marci Eugenici ex urbe Constantinopolitana festo Pentecostes, 15. maii 1440, certa est.<sup>1</sup> Ratio, propter quam fugae se tradidit, fuit indignatio imperatoris graeci Johannis VIII. Hic omnes episcopos graecos iussit patriarchae catholico Metrophani II. liturgiam festo Pentecostes 1440 peragenti assistere cunctantesque aliquos increpavit. Ideo Ephesinus et Heracleensis metropolitae, qui mandatum imperatoris praetergredi ausi sunt, eodem die fugerunt.<sup>2</sup>

Aliud factum certum est imperatorem Johannem VIII. Florentiae Marcum Eugenicum contra condemnationem synodalem graecam, quam Papa postulaverat, protexisse; iam ante promulgationem unionis<sup>3</sup> imperator per intercessionem fratris Demetrii plenam liberta-

<sup>1</sup> *Syropulos* XII cap. 6; editio *Creyghton* 338.

<sup>2</sup> *Syropulos* XII, cap. 6 = *Creyghton* 338.

<sup>3</sup> *Syropulos* X, cap. 5 = *Creyghton* 284.

tem quoad suffragium et redditum metropolitae promisit, id quod de caetero a Papa et a Concilio nunquam ei denegatum fuit. Episcopi Graeci 14. iulii 1439 post definitionem solemnem spoponderunt iuxta voluntatem Papae se ad sententiam iudicialem ecclesiasticam vocaturos<sup>1</sup> esse Marcum Eugenicum, adversarium concilii oecumenici, sed nondum habuerunt aliquam approbationem imperatoris<sup>2</sup>. Papam, qui iterata vice conatus est, exhortatione gravi paterna obstinationem metropolitae Ephesini frangere, cum imperatore de hac quaestione tractavisse<sup>3</sup> certum est. Nescio, an colloquium relatum ab Andrea cum exhortatione Papae a Syropulo<sup>4</sup> tradita coincidat. Unice *Andreas de promisso Marci Eugenici locutus est.* Melius explicaretur omissionis sententiae ecclesiasticae ex parte Graecorum contra Marcum Eugenicum, si supponeretur imperatorem adduxisse hunc ad promissionem et hoc modo a se voluisse amovere suspicionem negligentiae in causa unitatis ecclesiasticae; melius intelligeretur insistentia, quam imperator Constantinopoli in Marcum Eugenicum fecit, ut liturgiae patriarchae Metrophanis interesset; melius fuga Eugenici timentis iram imperatoris, melius incarceratio eius mandato imperatoris in insula Lemnos, melius denique explicaretur indignatio maxima Papae Eugenii contra imperatorem et Marcum Eugenicum, quando certior factus est de dilatione et negligentia imperatoris in causa unionis et de agitatione Marci Eugenici contra concilium Florentinum. Papa sicut Andreas Rhodiensis Marcum Eugenicum haereticis antiquis contra Concilia Oecumenica rebellibus annumeravit et doluit, quod imperator Johannes VIII. non dedisset assensum pro punitione metropolitae. An locutio Papae „*si fuisset assensus*“ iam ad tempora immediate sequentia promulgationem unionis referri debeat, non possum decidere. An incarceratio Marci Eugenici iussu imperatoris uno anno post epistolam Papae facta sit in connexione cum illo colloquio Papae cum Marco Eugenico coram imperatore habito, nec negare nec affirmare possum. Usque dum documenta positiva contra testimonium Andreae archiepiscopi nondum inventa sunt, praesumptio pro veracitate huius testis stat. Iudicium Papae,

<sup>1</sup> *Praktika* = *Mansi* 31 A : 1044 C.

<sup>2</sup> *Praktika* = *Mansi* 31 A : 1044 B.

<sup>3</sup> *Syropulos* X, cap. 12, 15 = *Creyghton* 299, 303.

<sup>4</sup> *Syropulos* X, cap. 15 = *Creyghton* 304.

in Brevi Apostolico<sup>1</sup> ad Christophorum episcopum Coronensem (Peloponnesi) et Nuntium Apostolicum 25 aug. 1440 expressum, cum testimonio Andreae archiepiscopi Rhodi bene quadrat: „*Aderat interea (Constantinopoli) nequam ille Ephesius et conceptum virus undique evomebat, quem si imperator ita pro demerito puniri fuisse assensus, quemadmodum clarissimae memoriae Constantinus Arrium, ecclesiae venum, castigari permisit, multo pauciores habuisset adversarios.*“

*Textus.*

*Palatinus Latinus 604 : 57<sup>r</sup> — 59*

*Audiamus etiam in alio religionis opere te manifeste mentiri. Ais :*

*Γίνωσκε δὲ, δτι ὁ δρος τῆς ψευδοῦς συνόδου, μᾶλλον δὲ ἡ ματαία καινοφωνία, καθάπερ ἦν ἄξιόν, οὐδαμῶς παρ' οὐδενὸς προσεδέχθη, ἀλλὰ καὶ οἱ τούτῳ συνθέμενοι καὶ ὑπογράψαντες ὡς ἐναγεῖς καὶ προδόται τῆς ἀληθείας ὑπὸ πάντων μισοῦνται· καὶ οὐδεὶς αὐτοῖς, οὐδέπω τῶν ἐνταῦθα συνελειτούργησε. Θεὸς δὲ ὁ πάντα δυνάμενος οἰκονομήσειε ταῦτα πρὸς τὸ συμφέρον καὶ διορθώσειε τὴν ἐκκλησίαν αὐτοῦ, ἦν ἐξηγοράσατο τῷ ἴδιῳ αἵματι. Φύλασσε τὴν καλὴν παρακαταθήκην τῆς πίστεως, τὰς βεβήλους καινοφωνίας παντελῶς ἐκτρεπόμενος. Οὐ Εφέσου Μάρκος.*

Scias autem, ut decretum mendacis synodi, imo magis inanis et nova vox, quemadmodum dignum erat, a nemine prorsus suscepta est. Sed et ipsi, qui illud composuerunt atque subscripserunt, velut inquinati et proditores veritatis odio habentur ab omnibus, et nemo eorum, qui hic sunt, ipsis concelebrat. Deus autem, qui omnium potens est, haec disponat ad utile et dirigat suam ecclesiam, quam emit proprio sanguine. Custodi bonum depositum fidei, profanas et novas voces abiiciens. Ephesi Marcus.

*Andreas.* Cur audes illam synodus mendacem et eius decretum inane et inventorium novae vocis nominare? Quomodo fictus aut mendax ille conventus clarissimorum ac sapientissimorum virorum esse potuit, ad quem pro veritatis discussione velut ad magisterium Spiritus S. undique evolaverant? Cui Romanus Pontifex praefuit, ubi imperator resedit, patriarcha Joseph aderat, tenentes loca reliquorum patriarcharum non defuerunt, plurimaque multitudo metro-

<sup>1</sup> Editionem criticam huius documenti alibi faciam.

politarum tui generis sua sponte advenerat. Taceo patres occidentalis ecclesiae in omni disciplina ac religione eruditissimos. Quid igitur illi synaxi defuit, ne verax et sancta diceretur? Nec propter te obstinatissimum hominem et quosdam solam umbram religionis habentes debuit tantae sanctitatis et sapientiae splendor maculari, cum in omnibus illis sacris conciliis aliqui Spiritui S. rebelles extiterint. Testis est Arius, Macedonius, Nestorius, Dioscorus, et ceteri illi haeresiarchae, qui proprio fisi ingenio a generali omnium illorum patrum diffinitione secesserunt.

Praeterea illud decretum inane et novi sermonis fictio esse non potest, quod apertis codicibus sancti patres et utriusque generis praeceptrum in medium produxerunt, ad quod probandum insuperabiles rationes adictae<sup>1</sup> sunt, quae te in illis frequentissimis congressibus mutum reddiderunt.

Ceterum cum tibi induciae amplissimae datae sint, ut obiiceres, quicquid adversus latinos haberet, aut rationes eorum, quas pridem adversus te habuerant, confutares, cur nullum huius honestissirnae partionis propositum acceptare voluisti?

*Eugenius.* Veritus sum, ne in me constanter disputantem manus funestas iniicerent.

*Andreas.* Posteaquam in Italiam intrasti cum tuis, nil in latinis expertus es, quod te in hunc terrorem induceret, imo eorum in vos benevolentia, hospitalitas, munificentia maximi apparatus et cetera humanitatis officia ipsos piissimos et modestissimos docuerunt. Et haec quidem omnibus communia fuerant. Tibi autem singularissimum munus oblatum est, de cuius ingratitudine deus aliquando dignas a te exiget poenas.

*Eugenius.* Velle abs te scire illius muneris qualitatem.

*Andreas.* Meministi post illas diuturnas disputationes et decretum promulgatum subscriptionibusque munitum Pontificem Maximum et imperatorem consedisse, teque summa benignitate et clementia admonuisse, ut ab illa tua diabolica obstinatione recederes annuoresque sacri consilii diffinitioni.

*Eugenius.* Memini optime. Sed quid feci, ut tali obiurgatione me postea dignum existimes.

*Andreas.* Quia pollicitus es Constantinopolim petere, ubi pree-

<sup>1</sup> Propono hanc correctionem: *adductae*.

fecto patriarcha sententiae concilii assentires atque subscriberes. Tu autem velut illius filius, qui ab initio in veritate non stetit, recedens a sacro illo collegio ad praesidia teuchrorum confugisti, similis illis et forte infidelitate eorum deterior, omnesque has regiones tuis chartulis perditissimis corrumpere studuisti, asserens<sup>1</sup> latinos mortuum sacrificium Deo offerre, quod umbrae mosaicae legis assideant, quod Basilio Magno et sapientissimo Maximo contradicant, quod fidem simul et naturam humanam corruperint, quod altare apud eos et pontificalis cathedra non habeatur, quod velut mulieribus similes virilem sibi dignitatem auferant, quod mulieres ad sacrorum administrationem admittant, quod sacra eorum nulla veneratione habita sunt, quod Florentinum concilium inanem et novae fidei diffinitionem ediderit.

In quibus omnibus hac nostra congressione explosus et redargutus es, quamquam sint alii patres sapientissimi, qui longe melius atque acutius has tuas mendacissimas calumnias diluant.

Agnosce igitur, Ephesine, tuos errores nefandissimos et te non solum sceleris tui paeniteat, sed et publicis testimoniis te errasse fatearis, ut simplicium hominum corda, quae tuis mendaciis corrupisti, saluti suae restituas. Secus etsi tu unus ad tot suppicia satis non sis, aeterno tamen cum ceteris haeresiarchis cruciaberis igne.

## EXEGESIS MT 16, 18 SQ. APUD STUDITAS, PRAESERTIM S. THEODORUM

*Dr. Thomas Kurent, S. O. Cist., Stična-Jugoslavia.*

1. Agitur de vi, quam celeber ille textus in quo Dominus noster Jesus Christus primatum promittit beato Petro, iuxta mentem Studitarum habeat in primatu Romani pontificis enuntiando.

Imprimis igitur quaerendum est, quid sub nomine Studitarum intelligendum sit, et deinde, quod illi viri, qui in considerationem veniunt, de nostro textu senserint.

Ad *primam quaestionem* quod attinet, per se patet nomen Studitarum prae aliis impositum esse monachis coenobii, quod regnante

<sup>1</sup> Andreas accusationes Marci Eugenici contra ecclesiam catholicam in epistola ad Georgium sacerdotem Modonis factas resumit. Cf. *Petit* 471 sqq.

augusto Leone Magno (457—474) Constantinopoli fundavit consul *Studius* (*Στούδιος πατρίκιος καὶ ὑπατος*) et exinde graece vocatum est ἡ μονὴ τοῦ Στούδιου seu τῶν Στούδιου (i. e. monasterium, situm in territorio Studii), latine vero „coenobium seu monasterium Studium“<sup>1</sup> et gallice „le monastère de Stoudion“, minus tamen recte, ut merito notavit Bollandianus *H. Delehaye*.<sup>2</sup> Quod monasterium unum quidem fuit, etsi magis famosum et organisatum, ex multis, quae sive prius sive posterius in regia urbe fundata sunt.<sup>3</sup> At consideratis historicis, uti aiunt, circumstantiis coniici potest nomine Studitarum insignitos esse aliorum quoque Constantinopolitanorum monasteriorum incolas, qui cum Studitis proprie dictis consentiebant in pugna pro orthodoxia, sive contra iconoclastas, sive contra moechianos. Constat praeterea monachos Studitas sustinuisse partes patriarchae Ignatii contra Photium.<sup>4</sup> In genere igitur pro nostro textu considerandi sunt auctores, apud quos aliquis saltem nexus historicus cum monachis Studitis proprie dictis et consensus cum eorum opinionibus ac doctrina apparent.

2. In praesenti articulo pro nostro scopo examinare iuvat epistolas s. Theodori Studitae. In analysi singulorum textuum instituenda chronologico ordine procedere conabamur, ut singularum enuntiationum vis ac ratio melius appareant. Bene notandum est, in istis epistolis exhiberi mentem non solum s. *Theodori Studitae*,<sup>5</sup>

<sup>1</sup> Vide v. g. *E. Marin*, *De Studio coenobio Constantinopolitano*, Paris 1897.

<sup>2</sup> *Analecta Bollandiana*, t. 52 (1934), p. 64—65.

<sup>3</sup> Cf. *E. Marin*, *Les moines de Constantinople depuis la fondation de la ville jusqu'à la mort de Photius (330—898)*, Paris 1897, 3—37.

<sup>4</sup> Vide *Vitam s. Nicolai Studitae*, *Bibliotheca hagiogr. graeca* p. 97; PG 105, 908—909.

<sup>5</sup> De eo praeter monographias circa eius vitam et opera in genere (v. g. *G. A. Schneider*, *Der hl. Theodor von Studion*, Münster 1910 [= Kirchengeschichtliche Studien, B. V]; *Nik. Grossu*, *Преподобный Феодор Студитъ*, Киевъ 1907) utiliter consuli possunt dissertationes *R. P. S. Salaville*, *A. A.*, circa s. *Theodori Studitae* doctrinam de primatu: „Quae fuerit mens s. *Theodori Studitae* de B. Petri deque Romani Pontificis primatu“, *Acta II. Conventus Velehradensis, Praagae* 1910, 123—134); „La primauté de saint Pierre et du pape d'après saint Théodore Studite“, *Échos d'Orient*, t. 17 (1914), p. 23—42, et *dissertatio Bollandiani Caroli Van de Vorst* circa circumstantias historicas, in quibus s. *Theodorus Studita* epistolas suas ad Romanos pontifices dirigebat: „Les relations de Saint Théodore Studite avec Rome,“ *Analecta Bollandiana* t. 32 (1913), 439—447.

sed etiam complurium eiusdem asseclarum. Inter quos in epistolis Theodori expresse nominatur: *Plato*, Theodori avunculus († 4. Apr. 814);<sup>1</sup> *Naucratius*, oeconomus et Theodori successor († 18. Apr. 848); *Joannes*, hegumenus monasterii τῶν καθαρῶν, quod eunuchus Narses, Justini II. cubicularius et protospatharius pro eunuchis (*καθαροί*) ab hominibus factis fundaverat;<sup>2</sup> *Theodosius*, hegumenus monasterii Picridii, ita vocati, quia conditum est a Picrido cubiculario tempore imperatricis Irene; *Athanasius*, hegumenus coenobii Paulopetrii, qui ob labores et aerumnas sub Leone Armeno perpessas a Graecis tamquam confessor celebratur<sup>3</sup>; *Joannes*, hegumenus Euceriae (τῆς Εὐκερίας), qui, etsi plurimum persecutus et vexatus, orthodoxam fidem usque ad finem conservavit<sup>4</sup>. Bis tandem s. Theodorus Studita se scripsisse dicit ἐκ προσώπου (seu ὡς ἐκ προσώπου) πάντων τῶν ἡγομένων.

3. Ad secundam quaestionem quod spectat, s. Theodorus Studita tum in causa moechianismi, tum in causa iconoclasmi suam suorumque asseclarum mentem de nostro textu patefecit. Ex secundo exsilio in Chalki, quo ab imperatore Constantino VI. ob resistantiam in causa *moechianismi* relegatus fuit, duabus epistolis ad s. Leonem papam recurrit (Ep. I, 33, 34; PG 99, 1017—1028). Quaestio agitabatur de catholicae doctrinae capite, „contra quod non solum in priore aliquo conventu eius, qui moechos copularat (Joseph) receptione, sed etiam in altera synodo publica, in qua, qui moechianorum errori non adhaeserant, anathemate plexi sunt et exsiliis multati et carceribus inclusi, ita ut moechiani haeresis absolutae nomen (αἱρέσεως τελείας ὄνομα) adipiscerentur“ (PG 99, 1017 C). Quam haeresin s. Theodorus clarius indicat, dum pergit: Οἰκονομίαν οὖν τὴν ξεοξιμούχειαν δογματίζονσιν. Istam igitur causam et istas circumstantias praecipuis habendo bene intelligi potest s. Theodori Studitae ad Leonem papam epistolae exordium: Ἐπειδήπερ Πέτρῳ τῷ μεγάλῳ δέδωκε

<sup>1</sup> Cf. eius vitam in Biblioth. hagiogr. graeca p. 112; PG 99, 804—849.

<sup>2</sup> Cf. Marin, Les moines de Cp. 27; notitiam de Joannis laboribus et persecutionibus propter iconoduliam perpessis v. in Synaxario Constantinopolitano, pro die 27. Apr., ed. A. Delehaye, Bruxelles 1902, p. 631—634.

<sup>3</sup> „Ἀθανάσιος θρέμμα Παντοπετρίου Ἀποστόλοις σύνεστι Παύλῳ καὶ Πέτρῳ“ Cf. Marin, Les moines de Cp. 30<sup>2</sup>.

<sup>4</sup> Cf. notitiam de eius vita in Synaxario Constantinopolitano, pro die 22. Febr., ed H. Delehaye, p. 483, l. 23 sqq.

ὁ Θεὸς μετὰ τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν καὶ τὸ τῆς ποιμνι-  
αρχίας ἀξίωμα. Πρὸς Πέτρουν ἡτοι τὸν αὐτοῦ διάδοχον, διτοῦν καινοτο-  
μούμενον ἐν τῇ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ παρὰ τῶν ἀποσφαλλομένων τῆς  
ἀληθείας, ἀναγκαῖον ἀναφέρεσθαι. Et prosequitur s. Theodorus  
Studita ita se edoctum esse a sanctis patribus, exponit statum quae-  
stionis et tandem magis concrete Romano pontifici suggerit, ut contra  
haereticam synodum a divino ipsius (sc. papae) principatu legitima  
synodus convocetur, ut haereticorum dogma extrudat. Facile ex-  
plicatur, uare in hac epistola praecise ad potestatem clavium allu-  
datur, cum de ξεοξυοιχείας haeresi agatur.

Postea, cum s. Theodorus Studita ab Epiphania monacho certior  
factus est, Romae suos adversarios non mansisse otiosos et se hae-  
reseos accusatum fuisse, una cum avunculo suo Platone novam epi-  
stolam mittit, in qua suam orthodoxiam demonstrat et synodum fuisse  
haereticam. De qua synodo istam exhibit qualificationem: ἡ σύνοδος  
ἐπ ἀδεπήσει τοῦ Εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ οὖ σὺ τὰς κλεῖς ἐδέξω πρὸς  
αὐτοῦ, διὰ μέσον τοῦ τῶν ἀποστόλων πρωτοστάτου καὶ τῶν ἀμοιβαδόν,  
μέχρι τοῦ προηγιασμένου τὴν ιερωτάτην σοῦ κεφαλήν (PG 99, 1021 C).

4. In causa *iconoclasmi* Theodorus Studita saepius occasionem  
nactus est suam suorumque in primatum Romani pontificis succes-  
soris b. Petri, petrae fidei, fidem profitendi.

Prima epistola, quae ad argumentum nostrum spectat, conside-  
randa venit illa ad iconomachicam synodum, quae statim post  
consecrationem iconoclastae Theodoti Cassiterae (1. Apr. 815), ad  
sedem patriarchalem Constantinopolitanam loco Nicephori patri-  
archae in exsilium missi, evecti, ad quam synodum etiam omnia urbis  
senobia suos legatos mittere iussa sunt.

S. Theodorus Studita nomine suo plerorumque hegumenorum  
(ὧς ἐκ προσώπου πάντων ἥγονμένων) — nam quidam iussionem  
reapte secuti sunt — in epistola synodo rationes exponit, quare  
ipse aliique archimandritae in synodo partem sumere renuant. Potis-  
sima earum rationum affertur fides consona universae sub coelo  
ecclesiae, cuius obiectum est cultus ss. imaginum et motivum non tam  
II. aut I. Nicaena synodus, quam ipsa praesentia Domini nostri ac  
Dei, quae praesentia illustratur verbis: „secure supra sedem illam  
tam scriptura quam sine scriptura innixi, fundati gradimur, de qua  
Christus ait: Tu es Petrus et super hanc petram aedificabo ecclesiam

meam" ( $\tau\tilde{\eta}$  ὥπ' οὐρανὸν ἐκκλησίᾳ σύμφωνον πίστιν ἔγοντες . . . οὐχ δτὶ παρὰ  $\tau\tilde{\eta}$  ἐν Νικαιᾷ τὸ δεύτερον ἀγίᾳ συνόδῳ, ἢ παρὰ  $\tau\tilde{\eta}$  πρὸ αὐτῆς δογματισάσῃ θειότατα, τὸ ἀσφαλὲς ἔχειν διαβαιούμεθα· ἀλλὰ γὰρ ἀπ' αὐτῆς παρουσίας τοῦ κυρίου ἡμῶν καὶ θεοῦ, ἐγγράφως τε καὶ ἀγράφως ἐρημεισμένοι ὅντες ἀσφαλῶς βεβήκαμεν ἐπ' ἐκείνην τὴν ἐδραν, ἐφ' ἣ φησιν ὁ Χριστός· Σὺ εἶ Πέτρος καὶ ἐπὶ ταύτῃ  $\tau\tilde{\eta}$  πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ἀδον οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς (PG 99, 1117 AB).

Fatendum est in ista epistola nullam fieri mentionem explicitam Romani Pontificis. Attamen, cum a) notum sit, s. Theodorum Studitam ea potissimum ratione retentum esse, ne II. Nicaenam synodum statim ut oecumenicam agnosceret, quia eam Roma ut oecumenicam non approbasset, cum b) alibi s. Theodorus Studita persuasionem suam exprimat, *Dominum Ecclesiae suae auxilio adesse per apostolorum principis successorem Romanum pontificem*, et cum c) eundem nostrum textum Mt 16, 18 s. Theodorus Studita bis præterea ad Romanam sedem explicite applicet, legitime concluditur, etiam in ista ad iconomachicam synodum epistola agi de Romana Sede, super quam innixi ( $\varepsilon\vartheta\eta\varrho\epsilon\iota\sigma\mu\acute{e}\nu\iota\omega\iota\tau\acute{e}s$ ) secure gradimur ( $\beta\vartheta\beta\acute{e}\kappa\mu\acute{e}n$ ) quia Christus eam ut fundamentum ecclesiae posuit et portae inferi non prævalebunt adversus eam. – Argumenta: ad a) S. Theodori Studitae ep. I, 38 (ad Arsenium): ‘*H* δὲ ‘*Ρώμη ταῦτα* (sc. absolutionem, quam patriarcha Tarasius simoniacis in synodo II. Nicaene concessit) οὐ προσήκατο μὴ γένοιτο· ἀλλ’ οὐδὲ αὐτὴν τὴν σύνοδον ὡς οἰκουμενικήν, ἀλλ’ ὡς τοπικήν, καὶ το ἵδιον πτῶμα τῶν τῆδε ἀνορθώσασαν. Οὐδὲ γὰρ οἱ κεκαθικότες ἀντιπρόσωποι τῶν ἀλλων πατριαρχῶν· ψευδές· τῶν μὲν *Ρωμαίων* δι’ἄλλο, οὐ διὰ σύνοδον, παραπεμφθέντων ἐνταῦθα. Άιδο καὶ καθηρέθησαν, ὡς φασί, παλινοστήσαντες ὑπὸ τοῦ πεπομφότος, καὶ ἐπεκαλῶντο βεβιᾶσθαι (PG 99, 1044 C).

Ad b) In altera ad s. Paschalem epistola (II, 13) s. Theodorus Studita ex tertio exilio (regnante Leone Armeno) scribit, *Dominum ecclesiam suam minime deseruisse, cui unum solumque ab apostolorum principis successore, qui Romanae Ecclesiae praesidet, auxilium hactenus atque ab ipso exordio in occurrentibus molestiis Dei providentia concessum est* (PG 99, 1156 A).

Ad c Ep. II, 12 (ad s. Paschalem) (PG 99, 1152 C); ep. II, 86 (PG 99, 1332 B). Utraque epistola inferius examinabitur.

5. Sub imperatore Leone Armeno *ex tertio exsilio* s. Theodorus Studita denuo recurrit ad sedem apostolicam. Habentur duae epistole (II,12,13) ad s. Paschalem papam directae, quarum iam nuper mentionem feci, et quidem prima (praeter s. Theodorum Studitam) sub nomine Joannis Catharorum Theodosii Pierodi, Athanasii Paulopetrii et Joannis Euceriae, altera vero sub nomine trium priorum, absque ultimo. Unde et quo praecise tempore tertii exsilii istae duae epistolae scriptae sint, disserit P. Carolus Van de Vorst in articulo superius laudato.<sup>1</sup>

Epistolis istis s. Theodorus Studita una cum hegumenis subscriptis auxilium enixe petit a Romano pontifice, quem in earum prima ita alloquitur: "Ακονε ἀποστολικὴ κάρα, θεοπρόβλητε ποιῶν Χριστοῦ προβάτων· κλειδοῦχε τῆς οὐρανῶν βασιλείας· πέτρα τῆς πίστεως, ἐφ' ἣ ὅκοδόμηται ἡ καθολικὴ ἐκκλησία. Πέτρος γὰρ σύ, τὸν Πέτρου θρόνον κοσμῶν καὶ διέπων. Λύκοι βαρεῖς εἰσεφθάρησαν ἐν τῇ αὐλῇ κυρίου· πύλαι ἄδον, ὡς πάλαι, προσερράγησαν αὐτῇ (PG 99, 1152 C).

Termini allocutionis istius desumpti sunt ex s. scriptura et quidem ex nostro praecipue textu et etiam in liturgia byzantina saepius occurunt. Ex allocutione ista manifeste apparet. s. Theodorum Studitam verba Domini apud Mt. 16, 18 referre ad Petrum eiusque successores, non vero ad fidem. Petri successor petra fidei vocatur, super qua petra fidei aedificata est catholica Ecclesia.

Ex exsilio pariter s. Theodorus Studita scribit epistolam ad Naukratium (II, 63), in qua praedicat adiutorium Romani pontificis, dum haereticos dicit seipsos avulsisse a Corpore Christi et supremo verticali throno, τοῦ κορυφιακοῦ θρόνου, ἐν ᾧ Χριστὸς ἔθετο τάς κλεῖς τῆς πίστεως, ἵσ τοῦ κατίσχυσαν ἀπ' αἰῶνος, οὐδὲν κατίσχύσωσι μέχρι συντελείας πύλαι ἄδον, τὰ τῶν αἰρετικῶν δηλαδὴ στόματα ὡς ἡ τοῦ ἀψευδοῦς ὑπόσχεσις (PG 99, 1281 A B). „Gaudeat igitur beatissimus et apostolicus et nomine suo dignus Paschalis, quoniam Petri opus adimplevit“ (ib.). In isto textu Mt 16, 19 ad Romanam sedem applicatur.

Tandem remanet consideranda epistola (II, 86), quam s. Theodorus Studita ἐκ προσώπου πάντων τῶν ἡγούμενων ad Michaelem imperatorem scripsit. In qua epistola s. Theodorus Studita una cum episcopis et hegumenis ex exsilio revocatis imperatori gratias

<sup>1</sup> Analecte Bollandiana 32, 1913, 442—445.

agit, eum petit, ut sibi ipsum alloqui liceat et admonet, cum haereticis colloqui non licere nisi ad correptionem tantummodo. „Quod si quid est eiusmodi, de quo ambigat,” scribit s. Theodorus Studita, „divina magnificentia vestra, utrum pie a patriarcha dissolvi possit, jubeat, magna ipsius (sc. imperatoris) et a Deo confirmata manus, velut divinorum aemulatrix ad communem utilitatem, a vetere Roma suscipi declarationem, prout olim et ab initio paterna traditione transmissus mos fuit.“ Et affertur ratio: Αὕτη γάρ, χριστομιμητε βασιλεῦ, ἡ κορυφαιοτάτη τῶν ἐκκλησιῶν Θεοῦ, ἡς Πέτρος πρωτοθρόνος, πρὸς δὲν δὲ Κύριός φησι: Σὺ εἶ Πέτρος καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ἄδον οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς (PG 99, 1332 B).

### 7. Conclusiones.

*Primo*, ex analysi textuum supra allatorum patet, a s. Theodoro Studita eiusque asseclis Romanum pontificem non tantum puris elogiis et epithetis ornantibus esse exornatum, sed etiam pro tali loquendi modo rationes theologicas easque gravissimas, praesertim ex s. scriptura esse adductas.

In circumstantiis, tantis periculis atque aerumnis pro vita et fide ecclesiae Constantinopolitanae refertis, enuntiatione s. Theodori Studitae, tam vivae ac fiduciae plenae, de primatu Romani pontificis singularem vim ac gravitatem nanciscuntur. Bene notandum est, s. Theodorum Studitam in adhibendo tali loquendi modo nequaquam esse ab aliis separatum, sed e contrario, alios quoque bene multos cum eo consensisse, qui pro recta fide et disciplina omnia perpeti parati erant.<sup>1</sup>

*Secundo*, satis elucet, s. Theodorum Studitam eiusque sequaces imprimis solidis rectae fidei, non vero opportunitatis politicae rationibus motos esse in suis ad Romanam sedem recursibus, appellationibus, provocationibus.<sup>2</sup>

<sup>1</sup> Unde sustineri nequeunt, quae scripsit circa s. Theodori Studitae de primatu mente archiepiscopus Atheniensis Chrysostomus Papadopoulos in opere, cui inscribitur Τὸ προτεῖον τοῦ ἐπισκόπου Ρώμης, ιστορικὴ καὶ κριτικὴ μελέτη, Athenis 1930, p. 121—126.

<sup>2</sup> Quapropter non probatur ratio, qua quidam infirmare conantur vim enuntiationum s. Theodori Studitae circa primatum Romanum, rationes opportunitatis politicae eadem linea atque amorem orthodoxiae ponendo. Cf. Fr. Dvornik, Les Slaves, Byzance et Rome au IX<sup>e</sup> siècle, Paris 1926, p. 125.

*Tertio*, certo tandem constat, Theodorum Studitam non solum Mt 16, 19, sed etiam Mt 16, 18 variis in adiunctis adhibuisse ad suam suorumque fidem in primatum s. Petri eiusque in Romana sede successorum exprimendam et comprobandam.<sup>1</sup>

## BHAGAVADGĪTĀ EIUSQUE DOCTRINA DE BHAKTI.

AD MARGINEM STATUS QUAESTIONIS<sup>2</sup>

*Dr. Vincenc Pořízka, Olomouc.*

**B**hagavadgītā,<sup>3</sup> quae non solum ab Indis,<sup>4</sup> sed etiam in Europa a viris doctis habetur ex operibus profundissimis, quae ingenium humanum unquam genuit,<sup>5</sup> iure meritoque „summa theosophica“ et speculum fidele animi hindu appellatur,<sup>6</sup> cum sit quasi completa synthesis historica omnium motionum vitalium speculativa et religiosae cogitationis Indiae antiquae.<sup>7</sup> Etsi tamen illae eius doctrinae, quae

<sup>1</sup> Unde corrigenda sunt, quae scripsit hac de re R. P. Aug. Guberína, O. F. M., in dissertatione „De conceptu petrae Ecclesiae in ecclesiologia byzantina, primo in periodico Bogoslovska smotra, deinde separatim edita, Zagreb 1930, vol. I, p. 15, 21.

<sup>2</sup> Textus sanscritici proferuntur ex editione Michalski-Iwieński, St. Fr., Bhagavadgītā. Texte sanscrit. Paris 1922. Interpunctiones vero omittimus, quippe quae in litteris sanscriticis non adhibeantur.

<sup>3</sup> Bhagavadgītā — Canticum sublimis (Domini) — amplectitur capita 25-42 sexti libri epopeae Mahābhāratam, cuius centrum est enarratio luctarum inter duos ramos eiusdem familiae: ex una parte stant filii Pāṇḍu, quorum dux est Arjuna, ex altera parte patruus eorum Dhṛitarāṣṭra cum Duryodhana et 99 eius fratribus. Instante pugna in campo Kuru Arjuna moerore affligitur, quod propinquos et amicos occidere debeat, animum amittit armaque reicit. Quo in discrimine auriga et propinquus eius Kṛṣṇa eum monet de opere perficiendo. revelat sese tamquam incarnatam animam universi et doctrinas tradit philosophico religiosas. ex quibus Bhagavadgītā constat.

<sup>4</sup> Gokhale D. V. B. A., Śrīmad Bhagavad-Gītā (with the Commentary of Śrī Śankarāchārya. Poona 1931. Preface.

Vadekar, D. D. M. A., Bhagavad-Gītā. A fresh study. Poona 1928. pg. 4.

<sup>5</sup> Michalski Iwieński, St. Fr., Bhagavadgītā. Paris 1922. pg. XI.

<sup>6</sup> Lamotte E., Notes sur la Bhagavadgītā. Paris 1929. pg. 128.

<sup>7</sup> Vadekar, DD, M. A., Bhagavad-Gītā. A fresh Study. Poona 1928. pg. 3.

cum metaphysica in Upanishadas proposita et cum darśanas Sāmkhya, Yoga et Vedānta utcumque cohaerent, minime despiciendae sint, longe tamen plus omnibus excellit eius doctrina de devotione erga deum Bhagavat (*bhakti*), quae est quasi gravitatis centrum totius operis. Haec doctrina Bhagavadgītāe characterem potius mysticum<sup>1</sup> quam philosophicum tribuit atque eius successum, quo-cum animos Indorum per plus quam viginti saecula ardore replebat hodieque replet, optime explicat.<sup>2</sup>

Vox bhaktih derivatur a radice bhaj (dividere, seligere tamquam obiectum praedilectionis, adorare etc.<sup>3</sup>) et significat separatio, portio, reverentia, adoratio, servitudo etc.<sup>4</sup> Realem sensum vocis bhaktih, prout in Bhagavadgītā occurrit, Lamotte definit<sup>5</sup>: amare et servire Deo per devotionem exclusivam et incessantem. In linguas modernas alii alio modo vocem bhaktih vertunt: dévotion,<sup>6</sup> attachement,<sup>7</sup> devotion,<sup>8</sup> loving devotion,<sup>9</sup> Liebe,<sup>10</sup> Verehrung,<sup>11</sup> Hingabe an Gott,<sup>12</sup> miłość,<sup>13</sup> toewijding<sup>14</sup> etc. In quo bhakti consistat, Kṛṣṇa ipse in Bhagavadgītā exponit: „Hunc mundum caducum, miserum ingressus mihi te devove (*bhajasva*), sensum tuum ad me converte, mihi trade te ipsum (*madbhakto*), mihi sacrificia offeras, mihi honorem tribuas;

<sup>1</sup> Eliade M., *Yoga*. Paris 1936. pg. 159.

<sup>2</sup> Lamotte, E., *Notes sur la Bhagavadgītā*. Paris 1929. pg. 116.

<sup>3</sup> Hill W. D. P., M. A. *The Bhagavadgītā*. Translated from the sanskrit. London 1928. pg. 284.

Apte, V. S., M. A., *Sanskrit-English Dictionary*. Bombay 1922, pg. 398ss.

<sup>4</sup> Apte, V. S., M. A., *Sanskrit-English Dictionary*. Bombay 1922, pg. 397.

<sup>5</sup> Lamotte E., *Notes sur la Bhagavadgītā*. Paris 1929. pg. 120.

<sup>6</sup> Eliade M.. *Yoga*. Paris 1936. Bhakti — dévotion mystique, pg 8, 142, 149, etc.

Senart E., *La Bhagavadgītā*. Paris 1922, pg. 98, 107, 125, 167 etc.

Lamotte E., *Notes sur la Bhagavadgītā*, Paris 1929 pg. 20, 101, 120 etc.

<sup>7</sup> Senart E., *La Bhagavadgītā*. Paris 1922. pg. 100.

<sup>8</sup> Hill W. D. P., M. A., *The Bhagavadgītā*. London 1928, pg. 176, 179, 184, etc.

<sup>9</sup> Barnett L. D. M. A., Litt. D., *Hindu Gods and Heroes*. London 1922 pg. 80.

<sup>10</sup> Garbe R., *Bhagavadgītā*. Leipzig 1921, pg. 118, 122, 124, 141, 164s.

Oldenberg H., *Die Lehre der Upanishaden und die Anfänge des Buddhismus*. Göttingen 1923, pg. 91, 242.

<sup>11</sup> Garbe R., *Bhagavadgītā*. 2. ed. Leipzig 1921, pg. 120, 137.

<sup>12</sup> Schomerus H. W., *Indische Erlösungslehren*. Leipzig 1919. pg. 68.

<sup>13</sup> Michalski St. F., *Bhagawad Gītā*. Warszawa 1927, pg. 68, 70, 75, 78, 101 etc.

<sup>14</sup> Boissevain J. W., *Bhagawad Gītā uit het sanskrit vertaald*. Amsterdam 1919. pg. 16, 67, 68, 71, 73, 86, 91, 113, 115 etc.

ad me venies, si te ipsum tali modo immersioni dicaveris et nihil nisi me prae oculis habueris.<sup>1</sup> Alibi Kṛṣṇa affirmat: „Sapientes vero, o fili Pr̥thae, naturae divinae addicti, mihi dediti sunt (*bhajanti*) ad nihil aliud sensum vertentes, (cum) sciant me esse impereuntem originem (omnium), quae existunt. Incessanter me glorificant labori non parcentes, firmiter in votis stantes et me in devotione (*bhaktyā*) adorantes mihi serviunt semper animum immersioni (yogae) ditantes.<sup>2</sup>

Obiectum huius mysticae devotionis (*bhakti*) est Kṛṣṇa seu Bhagavat, deus personalis, quem Bhagavadgītā identificat cum brahman metaphysicae speculationis Upanishadas;<sup>3</sup> Kṛṣṇa est brahman incarnatum, brahman, quod in mundum descendit (*avatāra*).<sup>4</sup> Tamquam praemium devotionis bhakticae erga se Kṛṣṇa suis fidelibus amorem<sup>5</sup> suum promittit atque gratiam,<sup>6</sup> ut omnibus periculis superatis<sup>7</sup> ad supremum finem<sup>8</sup> venire possint; iis contigit ingredi brahman,<sup>9</sup> Bhagavat.<sup>10</sup> Haecce via salutis omnibus hominibus patet, cuiuscun-

<sup>1</sup> Bhagavadgītā, IX, 33-34:

anityam asukham lokam imam prāpya bhajasva mām  
manmanā bhava madbhakto madyājī mām namaskuru  
mām evaisyasi yuktaivam ātmānam matparāyaṇah.

<sup>2</sup> Bhagavadgītā, IX, 13—14:

mahātmānas tumām Pārtha daivīm prakṛtim āśritāḥ  
bhajanty ananyamanaso jñātvā bhūtādim avyayam  
satataṁ kīrtayanto mām yatantaś ca dṛḍhavratāḥ  
namasyantaś ca mām bhaktyā nityayuktā upāsate.

<sup>3</sup> Bhagavadgītā. X. 12—13. Cf. Lamotte, Notes sur la Bhagavadgītā, Paris 1929, pg. 42.

<sup>4</sup> Hill, W. D. P., M. A., The Bhagavadgītā. London 1928, pg. 25: It is noticeable, then, that while the identification of Krisṇa Vāsudeva with Viṣṇu had doubtless begun, he himself at no point in the Gītā (not even in the *avatāra* passage, where we should most have expected it) makes any definite claim to be Viṣṇu. His *avatāra* is a descent of Brahman. The point is important as suggesting an early date for the Gītā in the later history of the Vāsudeva se ct.

Cf. etiam Eliade M., Yoga. Paris 1936, pg. 158.

<sup>5</sup> Bhagavadgītā XII. 14: yo madbhaktah sa me priyah.

<sup>6</sup> Bhagavadgītā XVIII, 58, 62: prasāda, Bg, XVIII, 58:

maccitah sarvadurgāṇi matprasādāt tarisyasi.

<sup>7</sup> Bhagavadgītā. XIV. 26. XVIII. 58.

<sup>8</sup> Bhagavadgītā. XVIII, 62.

<sup>9</sup> Bhagavadgītā. XIV, 26.

<sup>10</sup> Bhagavadgītā. IX. 34. XI. 54. XII. 8. XVIII. 55. 65.

que sint originis, castae vel sexus;<sup>1</sup> pessimus quisque peccator salvari potest, modo devotionem suam Bhagavat tribuat.<sup>2</sup>

Bhakti non solam habitudinem hominis ad Bhagavat respicit, sed omnem activitatem hominis cum internam tum externam pervadit<sup>3</sup> ideoque etiam in relatione hominis ad seipsum et ad proximum partes praecipuas habet. Homo devotus sibi temperare debet et amorem fovere erga omne, quidquid vivit: „Qui nihil odit eorum, quae existunt, qui mitis est atque misericors, qui quaestus non est avidus neque seipsum quaerit, cui dolor et gaudium idem sunt, qui patiens est atque semper contentus et immersioni (yogae) deditus, qui seipsum subiugavit, firmus in suis resolutionibus, in me reponens sensum et intellectum, mihi deditus (*madbhaktah*) - ille mihi carus est.<sup>4</sup> Tantum abest, ut talis homo cuidam violentiam inferat,<sup>5</sup> ut potius omnibus favens gaudio impletur prosperam condicionem videns omnium, quae existunt.<sup>6</sup>

Adumbrata doctrina de bhakti — valde summaria sane expositione — quaestio oritur, undenam Bhagavadgītā hasce ideas haurerit. Devotio nempe fervida erga Kṛṣṇa — deum personalem — est doctrina, quae ante Bhagavadgītam nullibi in Indorum litteris expressa invenitur.<sup>7</sup> Expositio Bhagavadgītae est prima synthesis

<sup>1</sup> Bhagavadgītā, IX, 32:

māṁ hi Pārtha vyapāśritya ye 'pi syuḥ pāpayonayah  
striyo vaiśyās tathā śūdrās te 'pi yānti parām gatim

<sup>2</sup> Bhagavadgītā, IX, 30—31:

api cet sudurācāro bhajate māṁ ananyabhāk  
sādhus eva sa mantavyaḥ samyag vyavasito hi saḥ  
kṣipram bhavati dharmātmā śāsvac chāntim nigacchati  
Kaunteya pratijāñīhi na me bhaktah prāṇasyati.

<sup>3</sup> Bhagavadgītā, IX, 27. XII, 6—7.

<sup>4</sup> Bhagavadgītā, XII, 13—14:

adveṣṭā sarvabhūtānāṁ maitraḥ karuṇā eva ca  
nirmamo nirahamkāraḥ samaduhkhasukhaḥ kṣamī  
saṁtuṣṭaḥ satataṁ yogīyatātmā dṛḍhaniścayāḥ  
mayy arpitamanobuddhir yo madbhaktah sa me priyah.

<sup>5</sup> Ahimsā: Bhagavadgītā, X, 5. XVII, 14.

<sup>6</sup> Bhagavadgītā, V, 25: sarvabhūtahite ratāḥ.

<sup>7</sup> Si ideam upāsanā excipias, quae in Upanishadas invenitur, et vocem bhakti, quae in Śvetāśvatara Up. semel legitur. Vide Hill, W. D. P., M. A., The Bhagavadgītā. London 1928, pg. 50.

devotae spiritualitatis Indorum, litteris tradita:<sup>1</sup> hic prima forsan vice in historia culturae apud Indos auctoritative et eodem titulo ac solutiones in Upanishadas propositae doctrina recipitur et approbatur, quae devotionem religiosam exaltat.<sup>2</sup>

Ex vetustissimis litteris Indorum origo bhakti explicari nequit. Tali negativa solutione contentus esse videtur Lamotte, verba de la Vallée Poussin repetens: „Hae religiones bhakticae, alienae a brahmanismo proprie sumpto, alienae sunt etiam ab antiqua traditione arica, cuius custodes brahmani facti sunt . . . Hae religiones quoad essentiam sunt pūjā, adorationes, duliae, hyperduliae, idololatriae . . . Hae pūjā nihil habent vedici cum quoad spiritum tum quoad materiam. Sed etiamsi brahmanismum ignorent, illi tamen minime contradicunt; si a quolibet in praxim deduci possint, etiam ab iis, qui ritibus et institutionibus brahmanismi fideles remanserunt.”<sup>3</sup>

Viam ad problema positive solvendum sternere possunt ea, quae nuperrime Eliade scripsit: „Generatim non debemus oblivisci textus posteriores reproducere ideas et consuetudines multo antiquiores, sed in textibus primis rigorose vitatas.”<sup>4</sup> „Religio indo-arica, quam arii expugnatores attulerant, non erat nisi una phasis — eaque minime praecipua — in creanda traditione religiosa Indorum . . . Motiones subterraneae, quas experientia religiosa populorum non aricorum alebat, continuo castra religiositatis indo-aricae minabantur. Sub apparente absorptione cultuum localium per brahmanismum processus inversus progreditur: transformatio brahmanismi in religionem indicam, ideoque asiaticam. Autochthones supra advenas triumphum reportaverunt.”<sup>5</sup> „Cultus (pūjā) et mystica (bhakti) semper in India existebant, sed extra castra brahmanismi. Religio indo-arica, utpote frida, iuridica, magica, nullum stimulum offerebat cultui et communionem hominem inter et deum non permettebat. Possibilitates mysticae brahmanismi, etiam si praesto essent, in aboriginarios populos vim attractivam nullo modo exercere pos-

<sup>1</sup> Eliade M., *Yoga*. Paris 1936, pg. 154.

<sup>2</sup> Eliade M., *Yoga*. Paris 1936, pg. 142.

<sup>3</sup> Lamotte E., *Notes sur la Bhagavadgītā*. Paris 1929, pg. 116.

<sup>4</sup> Eliade M., *Yoga*. Paris 1936, pg. 121.

<sup>5</sup> Eliade M., *Yoga*, Paris 1936, pg. 297.

sent; bene vero populi asiatici, qui superstitiones fertiles et animum possidebant, cui „concretum“ in qualicumque sphaera experientiae indispensabile erat. Omnia, quae de aboriginariis populis Indiae scimus, eorum „tendentiam concretum versus“ confirmant. Tantum abest, ut multitudo cultuum localium et personalium simplex sit figmentum abstractionis, ut potius argumentum sit authenticitatis et fertilitatis sentimenti religiosi horum populorum.<sup>1</sup>

Christianismi influxus in formanda notione bhakti ab auctoribus recentissimis reicitur,<sup>2</sup> sed non deneganda sublimitas doctrinae per Bhagavadgītam annuntiatae non semel ad fingendas analogias cum christianismo ducebat et hodie dicit. Maxima cum ferviditate quidam „mystici“ nostris temporibus doctrinam Bhagavadgītae christianismo aequiperant, identificant, immo praeponunt,<sup>3</sup> placita vero eorum figura esse animi simplicis nemo est qui non videat. Sufficit tamen talis „mysticismus“, ut mentes eorum, qui non sunt initiati, non parum perturbet. Inde negativa utilitas scrutandae religionis Indorum: quo melius doctrinae Indorum ex ipsorum sensu et principiis intelliguntur, eo apertius discrimen essentiale inter christianismum et hinduismum manifestatur et transitus ab altero ad alterum tamquam immensa μετάβασις εἰς ἄλλο γένος ostenditur. Hoc discrimen essentiale non soli christiani, sed ipsi Indi-hinduistae optime percipiunt, quod pluribus exemplis R. Otto illustrat.<sup>4</sup> Quapropter cum grano salis accipienda sunt analogiae, quas ipsi catholici viri interdum proponunt, ut P. Johanns S. J. fecit adhibendo

<sup>1</sup> Eliade M., *Yoga*. Paris 1936. pg. 300.

<sup>2</sup> Garbe R., *Die Bhagavadgītā*. 2. ed. Leipzig 1921. pg. 6: „In der ursprünglichen aber ebenso auch in der überarbeiteten Gītā ist der christliche Einfluss für mich schon nach ihrem Alter ausgeschlossen, da die erste Bekanntschaft mit christlichen Lehren an der Nordwestgrenze Indiens nicht vor dem Anfang des 3. Jhdts. anzunehmen ist . . . Mir ist in der Gītā kein Gedanke begegnet der sich nicht aus dem reichen Ideenschatze oder aus der eigentümlichen geistigen Anlage des indischen Volkes befriedigend erklären lisse.“ „Dafür, dass der Begriff der bhakti aus dem Christentum entlehnt sei, ist bisher auch nicht der Schatten eines Beweises beigebracht worden.“ *Ibidem*. pg. 44.

Cf. Garbe R., *Die Sāmkhya-Philosophie*. Leipzig 1894. pg. 115.

Lamotte E., *Notes sur la Bhagavadgītā*. Paris 1929. pg. 116.

<sup>3</sup> Weinfurter K., *Bhagavad-Gītā*. II. vyd. Praha 1935. str. 12.

<sup>4</sup> Otto R., *Indiens Gnadenreligion und das Christentum*. München 1930. pg. 44 ss.

de tribus viis salutis, quae in Bhagavadgītā commendantur (karma-yoga, jñāna-yoga, bhakti-yoga) modum loquendi mysticae christianae: via purgativa, illuminativa, unitiva.<sup>1</sup> Si omittamus, quae Indi moderni nominibus karma-yoga, jñāna-yoga, bhakti-yoga tribuunt,<sup>2</sup> in ipsa Bhagavadgītā hae notiones essentialiter differunt a laudatis viis mysticae christiana. Ut unum saltem notemus, jñāna-yoga, karma-yoga et bhakti-yoga vias salutis significant, singulatim efficaces nec exclusivas: Bhagavadgītā quinque vias salutis enumerat,<sup>3</sup> immo tolerantiae dogmaticae quasi omnes limites aufert proclamando ex ore dei Bhagavat: „Qui quocunque modo ad me accedunt, tali modo ego eis favorem praesto: meum tramitem homines sequuntur, qua-cunque via incedentes.“<sup>4</sup> Ad hocce effatum provocant Indi toleran-tiam et „universalismum“ hinduismi extollentes.<sup>5</sup>

Quidquid sit, valorem retinent verba laudati R. Otto: „Ex utra-que parte diversus spiritus flat . . . Hancce diversitatem confessim sentimus, etsi eam statim notionibus exprimere nequimus. Tale quid experimur, si e. gr. a Gītā ad nostros Psalmos vel Prophetas aut ad Evangelium vel Paulum revertimur.“<sup>6</sup> Haec diversitas non consistit in solo „spiritu“ utriusque religionis, sed in ipsa earum essentia. Qui unquam serium studim utriusque impenderit, abyssum hiare inter arva Ganges et Terram Sanctam non negabit. Si super hanc abyssum via sterni debet, pons exstruendus est non tam ex positivis doctrinis

<sup>1</sup> P. Johanes S. J., Vers le Christ par le Vedānta. II. Vallabha. Trad. par L. M. Gauthier. Louvain 1933, pg. 163.

<sup>2</sup> Swāmī Vivekānanda, Jñāna-Yoga. Trad. par J. Herbert. Paris 1936, pg. 497ss  
Mitra K., M. A. Bhakti-dharma o rādhābhāba. Māsik Basumatī, baiśakh 1342 (April-May 1935) Calcutta 1935, pg. 94—99.

Canda R., Bhagavad-gītā o Baṅgālār prem-dharma. Māsik Basumatī āśārh. 1342 (June-July) Calcutta 1935, pg. 415—421.

<sup>3</sup> Bhagavadgītā, IV, 44—46. Cf. Eliade M., Yoga. Paris 1936, pg. 141s.

<sup>4</sup> Bhagavadgītā, IV, 11:

ye yathā mām prapadyante tāṁs tathaiva bhajāmy aham  
mama vartmānuvarvante manuṣyāḥ Pārtha sarvaśah.

<sup>5</sup> Caṭṭopādhyāy V. K., M. A., Hindu dharmmer kayekaṭi viśeṣatva. Māsik Ba-sumatī, jyaiśṭha 1340 (May-June) Calcutta 1933, pg. 189ss.

Roy S. C., M. A., Raja Rammohun Roy's Religion. The Modern Review. Cal-cutta, January 1937, pg. 63.

<sup>6</sup> Otto, R., Indiens Gnadenreligion und das Christentum. München 1930, pg. 47

hinduismi, quam potius ex doctrinis christianismi, lacunas et aspirations ingenii Indorum explentis. Tali sensu accipi potest sententia, quam operi suo laudatus P. Johanns S. J. praefixit — ad Christum per Vedānta.

## ЕКЗАРХЪ ЛЕОНИДЪ ФЕДОРОВЪ

(Краткій біографіческій очеркъ.)

*Princ. Petrus Wolkonsky.*

7-го Марта 1935 года, послѣ 12-ти лѣтъ непрерывныхъ мытарствъ и скитаній по тюремамъ и мѣстамъ ссылокъ, скончался подъ г. Вятка на Уралѣ Экзархъ Леонидъ Федоровъ, съ мая 1917 года возглавлявшій Католическую Церковь восточнаго обряда въ Россіи. Не стало великаго исповѣдника вѣры, замѣчательнаго іерарха и горячаго русскаго патріота.

Когда большевики его судили въ Москвѣ въ апрѣлѣ 1923 г., онъ — самъ свой защитникъ, такъ началъ свою защитительную рѣчь: „Вся моя жизнь была построена на двухъ элементахъ: на любви къ Церкви, къ которой я присоединился, и на любви къ родинѣ, которую я обожаю... Съ того времени, какъ я присоединился къ Католической Церкви, единственной задачей моей сдѣлалось приблизить мою родину къ той Церкви, которую я считаю истинной“ Слова эти подтверждаются всей его трудовой и подвижнической жизнью.

Послѣ него осталась огромная переписка: — съ матерью за время десятилѣтняго его пребыванія за-границей; со всѣми сотрудниками по церковному дѣлу въ Россіи, Италіи, Галиціи и главнымъ образомъ съ Митрополитомъ Андреемъ Шептицкимъ. Сотни страницъ исписанныхъ его мелкимъ и четкимъ почеркомъ представляютъ цѣнныій материалъ не только для его біографіи, но и для исторіи его времени, въ особенности для исторіи католической пропаганды въ Россіи, и исторіи россійского экзархата восточнаго обряда. Къ счастью вся эта переписка, за рѣдкими исключеніями, сохранилась и сосредоточена въ архивахъ Митрополита Шептицкаго во Львовѣ.

Кромъ того сохранились отчеты его и донесенія къ папамъ Бенедикту ХУ и Пію XI, письма къ нунцію Черетти, къ кардиналамъ Бурнъ, Марини, Таччи: къ еп. Тибергіену, генералу Іезуитовъ Ледоховскому, о. Уольшу, возглавлявшему папскую міссію помощи голодающимъ въ Россії въ 1922 г. и др.

Въ нашемъ краткомъ очеркѣ намъ придется ограничиться самыми существенными данными, чтобы обрисовать нравственный обликъ и кипучую дѣятельность покойнаго іерарха.

## I.

Леонидъ Федоровъ родился въ Петербургѣ 4 ноября 1879 г. въ православной довольно зажиточной семье; рано лишившись отца, не пережившаго неожиданной потери всего состоянія, онъ остался на попеченіи матери, которой пришлось трудомъ зарабатывать средства къ существованію. Мать его была женщиной замѣчательной; ей онъ обязанъ первоначальнымъ развитіемъ и духовнымъ воспитаніемъ. Впослѣдствіи она послѣдовала примѣру сына, перешла въ католичество и была однимъ изъ самыхъ дѣятельныхъ членовъ первого русского католического прихода, зародившагося въ Петербургѣ въ началѣ нынѣшняго столѣтія; послѣ нея остался подробный дневникъ — исторія этого прихода, обширная переписка съ сыномъ и рядъ писемъ — до-кладовъ Митрополиту Шептицкому; все матеріалъ весьма цѣнны.

Воспитанникъ ея, Леонидъ, одиннадцати лѣтъ поступилъ въ классическую гимназію въ Петербургѣ; съ юныхъ лѣтъ испытывая влеченіе къ духовной жизни, онъ, по оканчаніи гимназіи, поступилъ въ Петербургскую Православную Духовную Академію, но пробылъ тамъ только два года. Изученіе церковной исторіи и твореній Отцовъ Церкви, которыя онъ читалъ въ поддлинникѣ, утвердило его давнишнее влеченіе къ священству и монашеству. Онъ рѣшилъ бросить Академію, перейти въ католичество,ѣхать за-границу и заканчивать тамъ свое образованіе.

Лѣтомъ 1902 г. въ сопровожденіи настоятеля церкви св. Екатерины въ Петербургѣ о. Сциславскаго, двинулся онъ въ Римъ.

„Всѣ дороги ведутъ въ Римъ“, но для русскаго, чувствующаго призваніе къ служенію святому дѣлу Уніі, дорога въ Римъ лежитъ черезъ Львовъ, — мѣсто пребыванія митрополита Андрея

Шептицкаго. Туда и направился Федоровъ и пробылъ тамъ 8 дней, очарованный личностью Владыки, его колоссальной работой, сердечностью и простотой приема, особенно чувствительной послѣ сухости отношений представителей российского епископата. Поразили его и европейскіе порядки и Карпатскіе горы, — житель сѣверной болотной равнины онъ видѣлъ горы въ первый разъ.

Много обѣщавшій горячій юноша тоже понравился митрополиту, который взялъ его подъ свое покровительство, стать его духовнымъ отцомъ, руководителемъ его научныхъ занятій, а затѣмъ и непосредственнымъ іерархическимъ начальникомъ.

Изъ Львова Федоровъ поѣхалъ въ Римъ, гдѣ 31-го іюля въ церкви *dal Gesù* присоединился къ католической Церкви и вскорѣ удостоился аудіенціи у папы Льва XIII. Митрополитъ Андрей также прибылъ въ Римъ и выхлопоталъ Федорову папскую стипендию въ недавно открытую коллегію *Leonianum* въ Ананьи. Туда онъ и поступилъ 20-го октября подъ именемъ *Leonidas Pierre*.

Четыре года проходятъ въ усиленной но плодотворной работе. Въ 1905 году онъ блестяще сдаетъ экзаменъ на лауреата философіи, а черезъ два года на бакалавра теологіи. Лѣтомъ 1907 г. подъ именемъ *Theodor Leonini* онъ принимаетъ участіе въ первомъ Велеградскомъ конгрессѣ.

2-го декабря 07 г. Федоровъ поступаетъ въ коллегію *de Propaganda Fide*, но уже въ маѣ вынужденъ ее покинуть; русское посольство при Ватиканѣ во главѣ съ Сазоновымъ грозило ему, что если онъ будетъ продолжать занятія въ „іезуитскихъ учрежденіяхъ“ ему будетъ запрещенъ обратный вѣздръ въ Россію; между тѣмъ именно въ работѣ на родинѣ онъ видѣлъ единственную цѣль жизни. По совѣту митрополита Андрея онъ направляется въ Фрейбургскій университетъ въ Швейцарію, куда подъ именемъ „американца *Antonio Cremony*“ онъ и зачисляется въ ноябрѣ 1908 г.

Црибѣгать постоянно къ вымышленнымъ именамъ невольно заставляетъ необходимость скрываться отъ любопытства представителей русского правительства.

18. іюня 09 года онъ блестяще сдаетъ экзамены; богословское образованіе закончено, и давнишнее желаніе сдѣлаться священникомъ, наконецъ, можетъ быть осуществлено. Передъ тѣмъ чтобы

сдѣлать этотъ рѣшительный шагъ, Федоровъ въ краткомъ очеркѣ изложилъ Митрополиту Андрею исторію постепенного развитія своихъ стремленій къ монашеской жизни. Задумствуемъ изъ этого очерка наиболѣе характерныя мѣста.

„Мысль о монашествѣ зародилась у меня еще въ Россіи, когда мнѣ было всего 14 лѣтъ. Въ это время я въ первый разъ прочиталъ библію, и нѣкоторыя ея книги, кякъ то Іова, Екклезіасть и Премудрость Саломона, произвели на меня неотразимое впечатлѣніе: блескъ міра, его приманки, земные идеалы показались мнѣ простой мишурой, бѣганьемъ бѣлки въ колесѣ, истинной „суетой суетъ“. На меня напала невыразимая тоска, доходившая до тупого отчаянія. Къ мрачнымъ взглядамъ я былъ отчасти расположены съ самаго дѣтства. Необычайная впечатлительность моего характера и внимательность къ окружающимъ меня людямъ и событиямъ позволяла мнѣ видѣть и проникать въ такие уголки человѣческой совѣсти, какіе недоступны другимъ, даже взрослымъ... Постоянно звучали въ ушахъ слова Екклесіаста: „Кто умножаетъ познанія умножаетъ скорбь“. Вотъ эта то скорбь и была первымъ толчкомъ на путь монашества. Не стремленіе уйти отъ грѣховнаго міра, а просто отъ скучнаго, пошлого міра, – желаніе закрыть глаза на калейдоскопъ жизни и открывать ихъ только для созерцанія вѣчности.

„Потомъ наступило время философскаго развитія. Я на перерывъ читалъ Канта, Гегеля, Фихте, Яакоби, Моллешота и другихъ. Мать всегда держалась того оригинального мнѣнія, что молодой человѣкъ долженъ читать все и самъ во всемъ разобраться безъ посторонней помощи. Не было поэтому книги на столько атеистичной и грязной, которую я не могъ бы прочитать. Я власть зачитывался французскими раманистами; не минула меня и итальянская эпоха возрожденія съ своей разлагающей литературуй, и періодъ нѣмецкаго Zerstreuung былъ также мнѣ исвѣстенъ; однимъ словомъ голова моя стала похожа на помойную яму, куда сваливаются всякие отбросы. Въ Россіи не извѣстна гармонія вѣры и жизни: въ одно и тоже время я могъ читать Полъ де Кока, задумываться надъ Яакоби и восхищаться Ioannomъ Златоустомъ. Но Господу было угодно спасти меня и вырвать изъ этого хаоса.

Мнѣ было уже 17 летъ, когда послѣ Шопенгауера и Гартмана

мнѣ попались подъ руку буддійскія книги. Почва моего самосознанія была настолько подготовлена къ міровозрѣнію индійскаго философа, что я, прочитывая сутту за суттой, казалось, читалъ собственныя мысли.

Мнѣ было уже 20 лѣтъ, когда путемъ усерднаго чтенія и изученія св. Отцовъ, соборовъ и исторіи я пришелъ къ убѣждѣнію истинности вселенской Церкви. Благодать Господня, осѣнившая меня въ тотъ самый моментъ, когда я уже терялъ вѣру, произвела во мнѣ новый переворотъ и напомнила о живомъ реальному Христѣ – Спасителѣ міра. Я сдѣлался сознательнымъ вѣрующимъ, апологетомъ христіанства, посвятившемъ всю свою жизнь защитѣ и распространенію Церкви. Мое рѣшеніе сдѣлаться священникомъ становится непреклоннымъ. Но какъ быть? Въ русской церкви священнику необходимо жениться, а мнѣ противно даже думать о бракѣ. Переходить сейчасъ въ католичество я еще боялся и хотѣлъ по крайней мѣрѣ окончить духовную Академію и пробыть три года священникомъ, чтобы написать магистерскую диссертацио. Единственный выходъ – монашество. Впрочемъ фактъ постриженія въ монахи являлся для меня простой формальностью. „Ученое“ монашество освобождено у насъ въ Россіи отъ новиціата и духовныхъ подвиговъ. Въ одинъ мѣсяцъ студентъ третьаго курса Академіи постригается въ совершенные монахи, дѣляется черезъ недѣлю діакономъ, а потомъ живеть какъ вольная птица безъ всякого контрола. Я зналъ, что жизнь русского монаха „ученаго“ – только жалкая карикатура истиннаго монашества. Изучая творенія восточныхъ аскетовъ, я понялъ, что монашество – это усовершенствованіе самого себя путемъ мучительной борьбы и приближенія къ Іисусу Христу.

Наконецъ я рѣшилъ сдѣлать безповоротный шагъ и уѣхать за границу съ цѣлью сдѣлаться католикомъ. Господу и на этотъ разъ было угодно спасти своего негоднаго раба и вытащить его разъ на всегда изъ грязнаго болота. Католическая Церковь была для меня не только источникомъ познаваемой вѣчной истины, но и сдѣлалась для меня новой силоамской купелью, изъ которой я вышелъ совершенно обновленный. Годы ученья, въ особенности въ Ананьи, были для меня почти новимъ откровенiemъ. Строгая регулярная жизнь, ясная свѣтлая умственная работа,

жизнерадостные окружавшіи меня товарищи, не испорченные современной атеистической литературой, даже самый народъ – живой, умный, пропитанный насквозь истинно-христіанской цивилизаціей – все это подняло меня на ноги и вдохнуло новую energію. Здѣсь я горячо полюбилъ не только народъ вообще, но въ частности и нашъ русскій народъ, и сдѣлать что-нибудь для бѣднаго, смиренного русскаго народа-аскета сдѣлалось необходимой потребностью.

Византійская снисходительность и терпѣливость къ злу уступила во мнѣ мѣсто римскому „*pereat mundus – fiat iustitia*“. Съ этой же точки зрѣнія я взглянулъ на обрядовыя несогласія въ Церкви и несправедливое отношеніе римскихъ латиномановъ къ восточнымъ. Отсюда желаніе борьбы и дѣятельности, желаніе во что-бы то ни стало пробить дорогу, хотя бы даже цѣнной собственной головы.

Здѣсь появляется уже иная мысль о монашествѣ: оно начинаетъ представляться мнѣ средствомъ для достиженія цѣли въ намѣй святой борьбѣ за попраныя права и для миссіи на Востокъ . . .“

Вотъ мысли, съ которыми будущій Экзархъ подходилъ къ дѣлу, которое считалъ „великимъ и святымъ“ и къ которому онъ теперь считалъ себя „готовымъ вполнѣ“.

Митрополитъ Шептицкій, во избѣженіе какихъ-либо непріятностей для Федорова въ послѣдствіи и осложненій съ русскимъ правительствомъ, не хотѣлъ самъ посвящать его и направилъ его въ Константинополь къ католическому болгарскому епископу восточного обряда преосвященному Михаилу Мирову, который и рукоположилъ Федорова 25. марта 1911 года. Молодой священникъ извѣстилъ объ этомъ своего покровителя слѣдующей „открыткой“:

„Господь благословилъ!“

Вашего Высокопреосвященства нижайшій послушникъ  
іерей Леонидъ“.

Три года затѣмъ провелъ о. Леонидъ въ Галиціи, исполняя разныя порученія митрополита Андрея.

Въ маѣ 12-го года онъ началъ свой новиціатъ въ Каменицѣ въ Босніи въ скиту у Студитовъ. – 12-го февраля 1913 г. ста-

рець Іосафатъ далъ ему постригъ и рясу съ именемъ Леонтій и онъ пробылъ въ монастырѣ до декабря того года.

Ѣхать въ Россію для постоянной міссионерской дѣятельности было еще прежде временно; но митрополитъ посыпалъ его каждый годъ на нѣсколько недѣль въ Россію для поддержанія связи со своими русскими католиками восточного обряда и полученія свѣдѣній дѣлъ въ Россіи. Четыре обширныхъ и полныхъ интереса доклада и рядъ писемъ свидѣтельствуютъ о томъ, насколько добросовѣстно онъ относился къ этимъ порученіямъ. Картины болѣзненной формациіи преслѣдуемой правительствомъ первой русской католической общины съ одной стороны и съ другой — картины развала синодальной русской церкви и всего правительственного строя выступаютъ подъ внимательнымъ перомъ о. Федорова въ мельчайшихъ подробностяхъ.

Онъ владѣлъ свободно латинскимъ, итальянскимъ и нѣмецкимъ языкамъ. Подъ псевдонимомами dr. Leonini или Cremoni онъ въ теченіи этихъ лѣтъ напечаталъ рядъ филосовскихъ, богословскихъ и критическихъ трудовъ въ пражской *Slavorum litterae theologicae* и въ Roma e l’Oriente въ Гrottta-Ферратѣ. Онъ принималъ участіе во всѣхъ Велеградскихъ Съѣздахъ, гдѣ выступалъ съ докладами и преніями на латинскомъ языке; сотрудничалъ въ „Велеградскомъ Вѣстникѣ“ (Прага) журналѣ, всецѣло посвященномъ вопросу соединенія церквей.

Объявленіе войны заставило его выѣхать въ Россію черезъ Константинополь. Онъ считалъ долгомъ быть на родинѣ. Онъ прибылъ въ Петербургъ, но и двухъ недѣль не пробылъ тамъ, какъ былъ арестованъ и высланъ административнымъ порядкомъ въ Сибирь въ г. Тобольскъ подъ строгій надзоръ полиціи.

Митрополитъ Шептицкій всегда былъ въ глазахъ царскаго правительства какимъ то пугаломъ: кроме опасенія его вліянія на католическую пропаганду да еще восточного обряда, главнымъ образомъ боялись его „политической“ роли предполагая въ немъ руководителя украинскаго сепаративнаго движенія. Какъ ни старались люди, дѣйствительно освѣдомленные и патріотизмъ которыхъ не подвергался сомнѣнію, доказывать министерству внутреннихъ дѣлъ всю неосновательность этихъ обвиненій, всѣ ихъ старанія разбивались о „твердое убѣжденіе правительства“: —

митрополитъ Андрей заклятый врагъ Россіи и о. Леонидъ являлся его агентомъ, шпіономъ, „іезуитомъ“ и т. д., мѣсто ему въ Сибири.

Три года пробылъ онъ тамъ и только въ мартѣ 1917 года послѣ сверженія царскаго правительства и объявленія Временнымъ Правительствомъ полной амнистіи всѣмъ политическимъ сосланнымъ могъ о. Леонидъ вернуться въ Петроградъ, гдѣ съ нетерпѣніемъ ожидали его митрополитъ Шептицкій, только что самъ освобожденный изъ заключенія и другіе священники католики.

## II.

При царскомъ правительствѣ католическое богослуженіе восточного обряда было запрещено. Манифестъ 1905 г. о свободѣ совѣсти какъ бы скользнулъ по католичеству, остался для него мертвой буквой: ограничительные законы для русскихъ католиковъ вообще оставались въ силѣ, а восточный обрядъ признавался соблазномъ для народа и подрывомъ церкви государственной. Открывшаяся было на Бармалѣевой ул. скромная домашняя церковь восточного обряда была 10. февраля 13 г. опечатана полиціей и прихожанамъ пришлось молиться тайно, при заколоченныхъ окнахъ.

Временное Правительство, прия къ власти (Мартъ 1917), немедленно провозгласило свободу совѣсти, вѣроисповѣданія и культа.

Наконейъ то, послѣ столькихъ столѣтій напрасныхъ стараній, наступило время открыто организовать русскую католическую церковь!

Іерархичечкій глава ея – Митрополитъ Шептицкій оказался въ Петроградѣ; мало того: въ вывезенномъ изъ Львова въ 1914 году, послѣ занятія города русскими войсками, архивъ Митрополита и оказавшемся въ Охранномъ Отдѣленіи (политическая полиція) въ Петроградѣ, нашлись и всѣ документы, устанавливающіе права и полномочія Митрополита Андрея, данныя ему папой Піемъ X. для устройства русской церкви. Давая ихъ въ 1909 г., прозорливый Сватой Отецъ сказалъ: „Теперь еще не время ими воспользоваться, но настанетъ часъ и они Вамъ послужатъ.“ И часъ насталъ.

Митрополитъ дождался пріѣзда въ Петроградъ всѣхъ русскихъ священниковъ католиковъ.— 28-го мая, въ Воскресеніе „всѣхъ святыхъ“, послѣ торжественной службы восточнаго обряда въ Мальтійской церкви, онъ собралъ ихъ подъ своимъ предсѣдательствомъ на первый русскій соборъ въ помѣщеніи католической школы при церкви св. Екатерины. На соборѣ присутствовали оо. Зерчаниновъ, Колпинскій, Верховскій, Днібнеръ, Федоровъ, Сусалевъ и Абрикосовъ, только что посвященный въ Мальтійской церкви. Кромѣ того были приглашены латинскіе епископы: Цѣплякъ, Роппъ, Лозинскій и нѣсколько прелатовъ и ксендзовъ латинскаго клира, и нѣсколько мірянъ.

Собраніе было обставлено особенно торжественно. Въ часовнѣ были выставлены Св. Дары.

Отецъ Колпинскій прочелъ по русски и по латыни актъ установленія въ Россіи экзархата. Митрополитъ Андрей тутъ-же назначилъ о. Леонида Федорова Экзархомъ, подчинивъ его юрисдикції всю Россію за исключеніемъ Малороссіи и Бѣлороссіи. Этотъ актъ былъ скрѣпленъ подписями всѣхъ присутствующихъ въ томъ числѣ и представителей латинскаго клира: затѣмъ представители восточнаго клира присягнули Папѣ и Экзарху.

Такимъ образомъ русскіе католики были, наконецъ, официаль-но, канонично и открыто организованы и выдѣлены въ особую группу со своей канонической іерархіей, отдѣльной отъ латин-ской и временно подчиненной митрополиту Шептицкому. Митро-политъ имѣлъ намѣреніе сейчасъ же посвятить о. Леонида въ епископы съ подчиненіемъ его непосредственно Риму и тѣмъ за-вершить намѣченную еще Піемъ X программу, но уступилъ про-сьюбъ Экзарха повременить до урегулированія въ Римѣ положенія о русскомъ екзархатѣ, а пока дать ему, Федорову, время испы-тать свои силы и приготовиться къ епископскому служенію.

Здѣсь будетъ умѣстнымъ сказать, что утвержденіе экзархата послѣдовало въ Римѣ только въ 1921 году. Причинами такого замедленія были сначала условія военного времени, а затѣмъ — невозможность митрополиту Андрею прибыть въ Римъ для лич-наго доклада Св. Отцу. Только 24. ферваля 1921 г. папа Бене-диктъ ХУ. потвердилъ всѣ facultates данныхя митрополиту Андрею Піемъ X. для устройства русской церкви, а 1. марта послѣдовало

и утверждение Леонида Федорова Экзархомъ съ пожалованіемъ ему титула апостольского протонотаря.

Въ послѣдній разъ, насколько намъ извѣстно, въ оффиціальныхъ документахъ Экзархъ упоминается въ 1930 году. Въ посланіи п. Пія XI. (2. II. 1930), къ кардиналу Помпили по поводу преслѣдованія христіанъ въ Россіи упоминается и „нашъ представитель для восточного обряда Эхзархъ католической Леонидъ Федоровъ“.

Теперь вернемъ къ нашему собору. На немъ были приняты постановленія, регулирующія конституцію русской католической церкви, ея богослуженія поведеніе клира, печатаніе церковныхъ и другихъ книгъ и т. д.

Временное Правительство, было увѣдомлено объ основаніи экзархата и послѣ свиданія митрополита Андрея съ кн. Львовымя, предсѣдателемъ Совѣта министровъ, одобрило его и признало. Оно немедленно пригласило Экзарха въ засѣдавшую тогда комиссию по выработкѣ новаго положенія католической Церкви въ Россіи. Онъ явился представителемъ русскихъ католиковъ восточного обряда; представителемъ отъ польско-латинской группы вошелъ въ комиссіи Цѣплякъ.

Такимъ образомъ въ нѣсколько часовъ времени было достигнуто то чего столѣтіями не удалось оформить царскому правительству.

Открывалось широкое поле для развитія русского католического движенія. Препятствія вѣками создававшіяся самодержавнымъ правительствомъ для свободного обсужденія спорныхъ церковно-религіозныхъ вопросовъ исчезли. Голосъ русской религіозной мысли могъ звучать свободно. Духовно освобожденые русскіе люди, католики и православные, могли встрѣчаться безпрепятственно и что особенно горого, въ чисто русской обстановкѣ, на почвѣ національной, подъ водительствомъ своихъ же священниковъ католическихъ и православныхъ. Передъ Федоровымъ наконецъ-то открывалась возможность дѣятельности, о которой онъ такъ давно и горячо мечталъ и къ которой онъ готовился такъ усердно. Но невольно вспоминаются слова ип. Павла: — „для меня отверста великая и широкая дверь, и противниковъ много“.

Въ Россіи, гдѣ благодаря отчасти правительству, умышленно старавшагося представить католическую Церковь какъ исключительно латинскую и даже польскую, отчасти благодаря историческимъ

условіямъ, въ которыхъ развивалась Брестская Унія и затѣмъ въ Галиції – восточно-католическая церковь, (мы имѣемъ въ виду главнымъ образомъ примѣры постепенной латинизації) – у всѣхъ русскихъ какое бы положеніе они не занимали, на какой бы ступени образованія они не стояли, крѣпко и непоколебимо укоренилось убѣжденіе, что Унія – это „польская“, „іезуитская“, „папская“ хитрость для привлеченія православныхъ и „обращенія“ ихъ постепенно въ латинское „настоящее“ католичество. Слова „унія, уніаты“ прямо претили религіозному и патріотическому чувству русского человѣка.

Съ первыхъ же шаговъ русскому католическому духовенству надо было ясно показать русскимъ людямъ, что ничего подобнаго теперь уже не мыслимо. На епархіальномъ Петроградскомъ соборѣ были выработаны строжайшія мѣры, чтобы въ корнѣ пресѣчь всякія латинизаторскія попытки; греко-rossiйскій обрядъ долженъ оставаться неприкосновеннымъ во всей чистотѣ, какъ то заповѣдалъ п. Пій X: „nec plus, nec minus, nec aliter“.

## CONGRESSUS UNIONISTICUS LEOPOLI

*Dr. Andreas Iščak.*

Diebus 23.—25. Decembris praeteriti anni 1936 benedicente et movente Metropolita Andrea Šeptyckyj celebrabatur Leopoli pro clero graeco-catholico a Societate Scientifico-theologica Ucrainorum primus in hac provincia congressus unionisticus. Occasionem congressui praebuit tercenties anniversaria memoria mortis Metropolitae Rutskyi (1613—37), qui olim omnes vires suas in unione Brestensi 1596 a. pacta propaganda ac stabienda contendit ac gloriosum nomen „atlas unionis“ et „Athanasius Russiae“ a papa Urbano VIII sibi acquisivit.

Ordo solemnitatis congressus a praeside gr.-cath. Academiae et Societatis Scientifico-theologicae Dre Josepho Slipyj praeparatus est. Die festo Immaculatae Conceptionis B. Virginis(22. XII) initiatus est congressus missa pontificali celebrata in ecclesia cathedrali Sti. Georgii Leopoli cum a Dre G. Kostelnyk habita concione occasio-

nali, ad quam tres episcopi a Metropolita invitati ac protohegumeni monasteriorum provinciae PP. Basilianorum, Redemptoristarum et Studitarum apparuerunt. Sequenti die (23. XII) inauguratio facta est ab ipso Metropolita Andrea in eius palatio. Aegrotans paedibus, firmus tamen mente et fervido animo, sedens in sua sella Metropolita in praesentia multorum ex clero et laicis (plusquam 200 numero) congregatorum allocutionem dixit, in qua conspectum evolutionis unionisticae ideae in Occidente novissimis 20 annis exhibuit. Congressus Velehradenses, qui suis theoreticis disceptionibus etiam theologos dissidentes alliciebant, primas partes in hac idea propaganda egerunt. A theoria tamen multo differt praxis, quae dissidentes magis avertit, quam allicit maximamque cautionem ac circumspectionem omnem speciem proselitismi et „missionis“ excludentem exposcit. In nostris congressibus praxis prout theoria praxeos concipitur. Quoad Metropolitam Rutskyj hoc anno iubilaeo multum laboris in scriptis eius investigandis ac in lucem edendis impendendum est, ut beatificatio ac canonisatio huius viri introduci possit. Gaudio expresso propter multitudinem congressus participum suam allocutionem Metropolita Andreas clausit.

Ipsi labores congressus agebantur in aula graeco-catholicae Academiae, ubi ad honorificum praesidium invitati sunt a Dre Josepho Slipyj episcopus Nicolaus Čarneckyj, visitator Apostolicus pro neounitis in Volynia disseminatis, episcopi auxiliares Joannes Nicetas, Joannes Latyševskyj, Budka ac Bučko. Dein preelectiones hoc ordine habitae sunt:

Prima die (23. XII)

1. Conspectus ecclesiarum dissidentium ac de rationibus dogmaticis, quibus dissidentes a catholicis differant — Rector Dr Jos. Slipyj.
2. Quantum Synodus Zamoscena Unioni valuerit — Rev. Romanus Łobodyč (Stanislaopolis).
3. Metropolita Rutskyj in vita hodiernorum Basilianorum — Rev. Josaphat Skruteń OSBM.

Altera die (24. XII)

4. Ideologia Unionis — Rev. Dr Gabriel Kostelnyk.
5. Trecenti anni Unionis in Ucraina — Dr Nicolaus Čubatyj.
6. Relatio unionis ad autocephalismum — Rev. Dr Andreas Iščak.

7. Quae necessaria sint ad efficacem propagationem Unionis? — Rev. Petrus Tabinskyj.
  8. Methodus laboris unionistici inter dissidentes in Volynia? — Rev. P. Basilius Vełyčkovskyj CSSR.
  9. Profectus artium in Unione (intra 300 annos) — Dr Vladimirus Zalozeckyj.
- Tertia die (25. XII)
10. Liturgia s. Joannis Chrysostomi temporibus Metropolitae Rut-skyj — Rev. Stephanus Rud.
  11. Fundamenta Unionis iuridica Rev. Dr Leo Hlynka.
  12. De relatione ephemeridum et scriptorum periodicorum dissidentium ad Unionem — Rev. Petrus Chomyn.

Durante triduo unionistico multae salutationes in scriptis ac teleggrammatibus venerunt, inter quae benedictio Beatissimi Patris cum fervido applausu accepta est. Item salutationes ab Eminentis. Cardinali Tisserant, Episcopis, P. Hudeček et aliis obtentae sunt. Etiam allocutio Romani Pontificis tempore meridiano die 24. Decembris per radiophonum tradita a participibus congressus exaudita est. Post consuetas disceptationes, quae quotidie vespere de praelectionibus interdiu habitis instituebantur, tertia die placita a speciali commissione elaborata, in pleno congressu lecta et promulgata sunt.

Quae sunt:

I. Graeco-catholica Ecclesia omnino conscientia sibi esse debet se esse ecclesiam orientalem in unione cum Apostolica Sede. Quapropter traditiones Orientis conservare debet, ut dissidentibus exemplum exhibeat, quo attrahat eos et indicet practice viam profectus ac perfectionis donorum Spiritus Sancti.

II. Catholicismus in orientali ritu optime respondebat mentalitati nationis ucrainicae tempore praeterito ac in futurum aptus est, ut elevet nationem ucrainicam ex ruina religioso-morali post hodier-nam atheisticam persecutionem in Ucraina.

III. Character orientalis catholicismi apud Ucrainos quoad organisationem, ritum ac disciplinam fundari debet in veteribus traditionibus ecclesiae Ucrainorum, quae periodo heroica Metropolitae Rutskyj vigebant.

IV. Omnes ideae Metropolitae Rutskyj ergo etiam idea patriar-

chatus Kijoviensis hodie quoque profectui catholicismi apud Ucrainos commoda ac fructuosa sunt.

V. Congressus pro necessario habet iura et privilegia Metropolitarum haličensium, traditionis Kijoviensis Metropoleos successorum defendere, quia vetus iurisdictio Metropolitae ab Ap. Sede approbata (bullis: Decet Romanum Pontificem, In universalis Ecclesiae regimine) fundamentum erat firmitatis et roboris graecocatholicae Ecclesiae.

VI. Ad paeclaram Orientis traditionem restituendam ac naturalem evolutionem ritus nostri promovendam participes congressus studia rituum orientalium ac historiae Ecclesiarum orientalium necessaria esse ducunt.

VII. Congregati putant graeco-catholicum clerum haličensis provinciae ritu et natione dissidentibus Poloniae affinem pae aliis ad laborem uniendi suos confratres vocatum esse. Ideoque piget eos, quod huic clero accessus ad laborem unionisticum inter suos fratres paeclusus est ac a Sede Apostolica instanter petit ut fructuosi laboris gratia

1. graeco-catholico clero ad unionisticum laborem in terris Poloniae a dissidentibus inhabitatis aditus pateat;

2. byzantino-slavi ritus hierarchia ordinaria cum plena iurisdictione pro unitis in terris laboris unionistici instituatur.

VIII. Methodos laboris unionistici considerantes congregati necessarium ducunt vitam religiosam et moralem his mediis promovere:

a) a Societate theologico-scientifica Leopoliensi petere, ut necessaria documenta ad beatificationem Velamini Rutskyj colligat;

b) Sodalitatem unitorum condere, quae sumptus operariorum Unionis eorumque laborum sublevet;

c) laicos ad apostolatum Unionis intra limites catholicae Actionis arcessere;

d) ad graeco-catholicos Ordinarios se convertere eisque propnere, ut in omnibus ecclesiis Dominicam precum cum praedicatione ea intentione instituant, ut tota haličensis provincia secundum mentem Metropolitae Rutskyj coadunata certis gressibus ad exsequendum inter populum urainicum voluntatem Christi: „ut omnes sint unum“ procedat;

e) relatio urainicae catholicae Ecclesiae ad dissidentes notis

christianae caritatis insignis esse debet ac desiderio tales conditio-  
nes condere, quae quam optime mutuam benevolentiam in s. Uni-  
one accelerent.

IX. Congregati asserunt sic dictam „missionem Ecclesiae ortho-  
doxae“ in terris graeco-catholicae provinciae ecclesiasticae non ex  
motivis religionis procedere.

X. Congregati desiderant, ut Societas scientifico-theologica con-  
gressus unionisticos cum ideae Unionis ac methodo laboris unio-  
nistici plurimum prosint etiam in futuro procuret.

Ad finem congressus rector Academiae Dr Josephus Slipyj tam-  
quam praeses Societatis scientifico-theologicae gratias egit Metro-  
politae Andreae Šeptyckyj pro consilio capto et inauguratione con-  
gressus, praesidibus, lectoribus ac participibus congressus pro opera  
data ac studio rebus unionisticis adhibito, quae late alteque trac-  
tatae faustum initium pro futuris congressibus praebeant.

Praesidum congressus nomine episcopus Nicolaus Čarneckyj op-  
pat, ut placita congressus per ephemerides divulgentur ac cons-  
cientiam nostrae vocationis in Oriente per preces Sti Josaphati ac  
collumnae Unionis Rutskyj excitent. Dein omnes in sacellum Semi-  
narii ad gratiarum actionem Deo fundendam convenerunt hymno-  
que eucharistico „Gloria in excelsis Deo“ congressum finiverunt.

## RECENSIONES

*Heiler Friedrich, Urkirche und Ostkirche.* XX+607 pg. 8 München, E.  
Reinhardt, 1937, 11 M; lig. 13 M.

Auctor huius libri, olim catholicus docens scientiam religionum Mo-  
nachii, a. 1919 defecit ad protestantismum, 1920 professor scientiae  
religionum in universitate Marburg (Germania). A. 1923 opere (circa  
700 pg.) „Der Katholizismus, seine Idee und seine Erscheinung“  
multorum commovit animos; cui K. Adam, olim eius magister, pros-  
pere respondit libro „Das Wesen des Katholizismus“, in multas  
iam linguas translato. Heiler plus quam decem annis novam famosi  
libri sui editionem parabat eumque auxit. Liber praesens est I. tomus  
novae editionis operi aucti, cui inscribitur: Die katholische Kirche  
des Ostens und Westens; II. tomus erit „Die römisch-katholische

Kirche (proprie nova editio libri laudati, a. 1923 editi)“ ; III. „Die ausserrömischen Kirchen des Abendlandes und das Problem der Einigung der Kirchen.“

Titulo tomī praesentis auctor mentem suam aperte prodit, ecclesiam Orientalem separatam legitime ecclesiae primorum saeculorum successisse. De ecclesia christiana antiquiore (usque ad saec. V.) pg. 1—123 agit. In hac parte suam „evangelicam catholicitatē“ abunde manifestat, dogmata (selecta) catholica cum „pietate“ (ut ipse dicit) protestantica coniungere tentans. Pg. 1—19 nomen catholicum dissertius laudat atque contendit non solam ecclesiam romano-catholicam hunc titulum mereri. In capitibus sequentibus narrat Christum ecclesiam minime directe et immediate, sed solum in germine (keimhaft) instituisse. De promissione primatus Mt 16, 17—19 concedit, haec verba revera (saltem probabilissime) esse ipsius Christi, sed probabiliter in alio contextu post resurrectionem demum prolata; romanam exegesim horum verborum maxime quidem cum sensu primigeno concordare, ast non unicum possibilem esse. Hisce verbis quidem centrum unitatis, ast non primatum iurisdictionis exprimi (pg. 48—60). Apostolum Paulum demum ecclesiam christianam a synagoga iudaica disiunxisse atque ecclesiam *catholicam* instituisse (pg. 68—78). Ap. Joannem vero spiritum mysticum auctoritati iunxisse atque „catholicum evangelicum“ perfecisse (pg. 84—94). Ecclesiam postapostolicam feliciter syncretismum gnosticum superasse atque nihilominus universalismum salvasse. Romanam ecclesiam in hac pugna evolutioneque primas egisse partes primatumque sibi acquisivisse atque confirmavisse (pg. 99—104). Ita ecclesiam factam esse catholicam.

In ampliore altera libri parte (pg. 125—567) de „catholica ecclesia orientali“ disserit. In I. huius partis capite de causis schismatis disserens scribit, immediatas schismatis causas potius ex parte Byzantinorum esse, postea vero utramque partem separationem auxisse atque firmavisse. Disserte „superbiam, calliditatem, astutiam“ Photii et Michaelis Cerularii damnat (pg. 140). De Photii dubia excommunicatione a. 881 novas opiniones ab Amann, Dvornik, Grumel propositas ignorat. Imperatorem byzantinum unionem Lugdunensem (1274) promoventem severius vituperat (pg. 144); celeberrimum de hac unione opus (Norden, Papsttum und Byzanz, Berlin 1903) ignorat.

In capitibus sequentibus de hodierno statu atque doctrina singularum ecclesiarum orientalium fuse tractat. Initio de ecclesia Constantinopolitana, cum theologis catholicis consentiens, scribit, illam fundamentum politicum primatus ecclesiae extollendo, nimiam a statu dependentiam promovisse (pg. 156); item theologos catholicos sequutus dicit, doctrinam orientalem de unica supra potestate concilii oecumenici tragicē contradicere factis, cum iam plus quam mille annis nullum in Oriente concilium oecumenicum celebratum esset; hanc doctrinam immanentem criticen eius dogmatis de constitutione ecclesiae esse (pg. 184—185). Sub finem libri (pg. 417—544) de ecclesiis orientalibus haereticis monophysitis et nestorianis disserit, quas schismaticas vel separatas die getrennten Nationalkirchen dicit, ceteras vero catholicas praedicat.

Per se patet, in tam ampla materia auctorem ab aliis, de his quaestionibus tractantibus, dependere nec multa propria (originalia) proferre. Attamen laudanda est magna auctoris diligentia sollertiaque; multa revera collegit. Abunde usus est etiam auctoribus catholicis, *Janin Jugie* (cuius opus laudat: Fundgrube von Material, pg. 186), *Spačil*, collectionibus „Orientalia Christiana“ etc. Nonnulla quidem minus exacta vel obsoleta vel etiam falsa occurunt. De ecclesia serbica in Jugoslavia obsoleta tradit (pg. 165); novam constitutionem huius ecclesiae ignorat; ecclesiam „orthodoxam“ in Jugoslavia maxime statui subesse (pg. 184) hodie vix potest dici. De theologia russica uberior, ast non sat exacte tractat; russica doctrina de ecclesia nimis complexa est. Hodiernam theologiam russicam libros deuterocanonicos approbare (pg. 188), dici vix potest. Longum est, singula minus exacta colligere atque enumerare.

Hisce non obstantibus, liber praesens de ecclesiis orientalibus illis, qui ab ecclesia catholica dissentunt, utilis esse potest. Catholicis vero, ipso auctore saltem indirecte fatente, hodie de hac materia praesto sunt multi libri, opus professoris Heiler superantes.

Fr. Grivec.

*Gruden John, The Mystical Christ. Introductio to the Study of the Supernatural Character oft the Church, XV + 343 pg. St. Louis, Mos (America) B. Herder 1936.*

Ultimo hoc decennio plures libri et tractatus de Corpore Christi mystico editi sunt, e. gr.: *Anger*, La Doctrine du Corps mystique de J. Chr. (508 pg.; Paris 1929); *Käppeli*, Zur Lehre des hl. Thomas

von Aquin vom *Corpus Christi mysticum* (135 pg; Freiburg, Schw.-Paderborn 1931); *Mura*, *Le Corps mystique du Christ* (duo volumina, 214 et 460 pg; Paris 1934); *Vetter*, *der hl. Augustinus und das Geheimnis des Leibes Christi* 216 pg.; Mainz 1929); *Jürgensmeier*, *Der mystische Leib Christi als Grundprinzip der Aszetik* (1. ed. 1933; a. 1936 iam 6. editio, 346 pg; Paderborn 1936); *Feckes*, *Das Mysterium der hl. Kirche* (1. ed. 1934; 2 ed. 1936, 283 pg.; Paderborn 1931). Libri huius generis revera indigentiis ac desideriis nostrae aetatis convenire videntur; nam non solum a multis viris doctis laudantur, sed etiam magno successu venduntur, prout tot novae editiones testantur. Haec studia etiam ad studia theologiae orientalis atque ad ideam unitatis provehendam multum conferre, iam saepe in conventibus Velehradensis et alliis (Pragae 1929; Ljubljanae 1925) audivimus et tractavimus. Ideo hic de duobus libris recentissimis huius generis referam, nempe de libro prof. *Gruden* atque de opere E. *Mersch*, *Le Corps mystique du Christ*, duo volumina (2. editio emendata et aucta 1936).

Recentissimum opus de *Corpore Christi mystico* est liber professoris J. *Gruden* supra notatus, excunte anno 1936 editus; opus recentissimum non solum tempore, sed etiam ideis et methodo, quia auctor, opportune fructibus aliorum usus, quaedam nova protulit. Professor *Gruden*, gente Slovenus, iam 26 annis theologiam dogmaticam in seminario clericorum in urbe St. Paul, Minn. (America) tradit. Liber praesens est fructus laboris et experientiae 26 annorum, ut Msgr. Murray, archiepiscopus dictae urbis, in praefatione libri memoravit.

Liber in 12 capita dividitur. I. *Introductio de idea Corporis mystici*. — II. capite explicatur ecclesiam apte dici 1. *corpus*, 2. *corpus Christi*, 3. *corpus Christi mysticum*. — III. *De Christo capite ecclesiae*, de indentitate Christi mystici et ecclesiae, de ecclesia sponsa Christi et matre christianorum. — Capita IV. et V. agunt historice de idea Corporis Christi mystici in s. *Scriptura et in scriptis s. Patrum*. — VI. *De nexu Corporis Christi mystici cum hierarchica ecclesiae constitutione*. — VII. *De Spiritu Sancto, anima Corporis mystici*. — VIII. *De relatione inter animam et corpus ecclesiae*. — IX. *Corpus mysticum et sacramenta; de sacramentis organicae vitae christianorum*. — X. *De sacramentis organicae structurae Corporis Christi*.

mystici, i. e. de sacramentis characterem indelebilem imprimenti-bus. — XI. De Christo sacerdote, propheta, rege. — XII. De nexu potestatis sanctificandi et regendi. In appendice breviter agit de communione sanctorum atque doctrinam de Corpore Christi mystico graphice illustrat.

Prout ex indice patet, hic liber unicus est non slavice scriptus, qui de intimo nexu Corporis Christi mystici cum hierarchica ecclesiae constitutione agit. Omnes alii auctores non slavici hoc caput gravissimum et essentiale plus iusto neglexerunt. Ideo fere omnes libri de Corpore Christi mystico ex ea parte defectu non parvo la-borant. Quod eo magis dolendum, quia professor *Th. Spáčil* iam a. 1920 dissertatione *Christus caput Corporis mystici Ecclesiae (Besarione 1920. 147—176)* praeclare hunc nexus explicavit atque so-lida iecit fundamenta huic tractationi. Eum secutus sum in meo opere slovenico „Cerkev“ (Ljubljana 1924), pg. 98 – 107; argumenta pro-fessoris Spáčil perpolivi atque systematice tractatui de ecclesia inserui. Recensionem mei libri scripsit Spáčil in commentariis „Ori-entalia Christiana“ nr. 10, a. 1924, pg. 314 – 317; in recensione libri doctissimi Dieckmann iterum quaedam repetit (Biblica 1925, pg. 480). Professor Gruden in hoc capite meum librum secutus est; fere 15 paginas ex meo libro depromsit atque in linguam anglicam tran-slatas suo libro inseruit (pg. 136—151), quibusdam emendatis et auctis, prout ipse pg. 136 notat.<sup>1</sup>

Praeter hoc caput gravissimum liber etiam alia non pauca habet, quibus pree aliis eminent, praesertim multis annotationibus de theo-logia Orientis separati in hac materia. In hisce secutus est disserta-tiones ac libros professorum Pontificii Instituti Orientalis, praesertim

<sup>1</sup> *M. Gordillo* in commentariis „Orientalia Christiana periodica“ bene animad-vertit, relationem inter ecclesiam et Corpus Christi mysticum negligendam non esse; libros doctorum *Mura* et *Mersch* in hoc capite non laudat (a. 1935, pg. 517—519).

In numeris pauca menda deprehendi, e. g. Solovjev natus est a. 1853 (non 1863; pree clara verba cardinalis Franzelin de christiana ecclesiae Christi defi-nitione in II. editione, quam auctor in fine (pg. 300) allegat, pg. 300 occurunt; pg. 308 vero in 1. editione. De schemate graphico doctrinae de Corpore mystico dis-putari potest. In elenco dissertationum et operum notandae essent etiam dis-sertationes in Conventibus Velehradii, Pragae, Ljubljanae de Corpore Christi mystico prolatae. In indice nominum et rerum multas lacunas deprehendi.

*Spáčil et D'Herbigny*; multa ex meo libro meisque dissertationibus deprompsit.

De singulis sententiis auctoris data occasione postea agam. Liber auditoribus theologiae quidem destinatus est, ast etiam sacerdotibus in cura animarum non pauca utilia ac memoratu digna praebet.

*Fr. Grivec.*

*Mersch Émil, S. J., Le Corps mystique du Christ. Études de théologie historique.* 2. editio, 8<sup>o</sup> I. vol. XLIII + 551; II. vol. 498. Paris-Bruxelles 1936.

E. Mersch omnes alios auctores, qui recenter de hac materia tractant, tum operis sui amplitudine cum apparatu scientifico superat. In hac altera operis sui editione priorem editionem (a. 1933) multis numeris emendavit et auxit (fere 120 paginis).

Volumen I. tractat 1. de doctrina s. Scripturae de Corpore Christi mystico, 2. de traditione apud patres graecos; volumen II. vero de traditione occidentali patrum et theologorum usque hodie (1—379); sequuntur appendices cum supplementis de doctrina s. Pauli, patrum, Luther, Calvin, denique indices nominum et rerum et locorum s. Scripturae. Omnibus capitibus additi sunt elenchi litteraturae de hac materia.

In introductione auctor duplicem distinguit conceptum Corporis mystici: *a)* realem-mysticam, ontologicam unionem cum Christo, *b)* moralem unitatem cum Christo, causa, exemplo atque fonte vitae supranaturalis. Utrumque conceptum approbat, sed primum suum facere fatetur, utpote sublimiorem, magis cum doctrina s. Scripturae ac patrum congruentem (XXIV). In hac ipsa affirmatione iam plus iusto secundum conceptum approbare videtur; nam hic secundus conceptus cum primo (biblico et patristico) non satis concordat neque aequaliter approbari potest. Quae obnubilatio diserti conceptus s. Pauli et patrum de Corpore mystico gravis imperfectio operis esse videtur, auctorem a dilucidiore tractatione doctrinae s. Scripturae et patrum impediens.

Ideam Corporis mystici iam in Antiquo Testamento praeparatam atque praefiguratam esse docet (pg. 6—21). Conceptum regni Dei fere ideticum esse cum Corpore mystico, uberior demonstrare tentat; regnum Dei intimum maximeque essentialie elementum Corporis Christi mystici dicit (pg. 45—57). Intimorem congruentiam

inter doctrinam s. Joannis de vita in Christo atque e Christo et Corpus mysticum intercedere, auctor merito dicit (271—275). Ast sine dubio modum excedit contendendo s. Paulum nil essentia-liter novi tradere (pg. 88 e. a.), differentiam non tam in ipsa re quam potius in diversa utriusque apostoli indole personali positam esse, Paulum ecclesiae militantis gerere personam, Joannem vero potius contemplativam atque quiescentem unionem cum Christo ecclesi-amque theandricam exponere (271—275). Pulchre ideas regni Dei et Corporis mystici (s. Pauli) et vitam in Christo (s. Joannis) comparat. Regnum Dei est oeconomia salutis, evangelium adaptatum auditoribus primorum annorum doctrinae Christi et apostolorum in Palestina, prout in Evangelii et Actibus apostolorum describitur. Mysterium Corporis mystici iam theologiam eamque fere polemicam adumbrat contra angustam imbecillitatem humanam atque iudaicum et paganum nationalismum individualismumque. Vita (s. Joannis ideae) vero magis metaphysice psychologiceque intimum religionis christianaee et christianorum elementum exprimit. Sed omnes tres ideae eandem rem significant: regnum-imperium, subiectionem, consecrationem; mysterium-sanctificationem et unionem; vita-regenerationem. Omnia vero in incorporatione in Christo convenient, qua filii regni, participes mysterii filiique adoptionis efficimur (277—278). Idem Christus renovat regnum, revelat mysterium, dat vitam.

Quae pulcherrima quidem atque maxima ex parte vera sunt, ast essentiam quaestions paululo negligere videntur. Magna quidem similitudo inter vitem cum palmitibus (apud s. Joannem) et Corpus Christi mysticum intercedit, sed minime negligendae sunt differen-tiae, quas *Prat* hic merito „frappantes“ dicit. Apud s. Joannem pal-mites proxime (immediate) trunco adhaerent atque ex ipso sucum vitamque directe ducunt; vita *individualis* in Christo atque e Christo adumbratur. Paulus vero Corpore mystico *socialem* ecclesiae depingit organismum atque diserte monet unionem singulorum mem-brorum cum Christo necessarie cohaerere cum aliis membris eiusdem Christi mystici;<sup>1</sup> uno solo membro corpus constare non posse (Rom. 12, 5; 1. Cor. 12, 14—27). Qui defectus cum fundamentali operis imperfectione cohaeret, prout optime *M. Gordillo* animadver-tit: „Si Corpus mysticum, ut videtur, accipi oportet unionem fide-

<sup>1</sup> F. Prat, Théologie de Saint Paul II. 6. ed. (1923), pg. 347.

lium cum Christo, ita ut omnes *corpus* efficiant, tum certe primae deferendae sunt partes s. Paulo, qui non sine iure Doctor Corporis mystici habitus est. „Si haec ratio *corporis* . . . magis retenta fuerit . tota investigatio magis clara et praecisa evasisset.“<sup>1</sup>

De visione s. Pauli ad Damascum multa pulchra scribit. S. Paulus, persecutor membrorum Christi mystici, manifestatione Christi mystici constitutus apostolus, huius Christi mystici apostolus factus est (pg. 81—89). Nexus Mariae cum ecclesia nascente tempore primi christiani festi Pentecostes pulchre exponens (pg. 76), neglexit doctrinam s. Augustini et s. Thomae Aqu., ecclesiam institutam esse morte Christi in cruce: „Mortuo Christo lancea percutitur latus, ut profluerent sacramenta, quibus formetur ecclesia“ (S. Aug. In Joann. tract. 15, 8; Summa Theol. 1, 92, 3; 3, 64, 2, 3).

Notatu digna sunt, quae auctor de theologia scholastica scribit. Putat enim, theologos scholasticos et medii aevi et saec. XVI—XVII. parum de Corpore mystico tractasse, quia haec doctrina formulis theologicis et forma syllogistica haud facile exprimi potest; praeterea ius romanum, quod scholastici iam secuti sunt, aegre cum doctrina tam mystica componitur; philosophia Aristotelis scholastica huic doctrinae minus favet quam philosophia Platonis, quem patres potissimum secuti sunt (pg. 159 – 161). Haec opinio saltem quoad s. Thomam paululo mitiganda esse videtur; *Grabmann, Anger, Käppeli e. a.* enim putant, ideam Corporis Christi mystici esse quasi medullam theologiae s. Thomae Aquinatis. — In capite de doctrina scholastica de membris Corporis Christi mystici (pg. 233—300) parum attendit, eosdem theologos etiam de ecclesia et membris ecclesiae nondum sat praecise tractasse.

De doctrina theologiae recentioris et recentissimae multa utilia atque notatu digna collegit; item de pondere Corporis mystici in theologia utque vita spirituali.

Attentione digna sunt, quae de idea Corporis Christi mystici in concilio Vaticano (pg. 350—357), atque illa quae ex actis Romaniorum pontificum, Leonis XIII., Pii X. et Pii XI. in nova editione (pg. 357—364) de „pulcherrima mystici Jesu Christi corporis doctrina“ (verba Pii XI.) addidit.

Dolendum est, theologiam byzantinam et orientalem recentiorem

<sup>1</sup> Oriental a Christiana periodica (Roma 1935), pg. 517.

ab auctore plane neglectam esse. Post tot fructus studiorum de Corpore mystico prospere collectos et auctori et rei studia theologia orientalis certe maximo emolumento erunt. In amplissimis elenches litteraturae de Corpore mystico, tanta sollertia in opere doctissimi auctoris exaratis, accuratius notandae essent paelectiones Conventuum pro studiis orientalibus (Ljubljanae 1925, Pragae 1929, Velehradii) de hac sublimi ecclesiae idea, quae non solum ad pietatem et doctrinam, sed etiam ad unitatem christianam provehendam multum conferre potest.

Fr. Grivec.

*Salajka Antonius, ThDr et scientiarum eccl. orient. doctor, Nauka východních odloučených teologů, zvláště ruských, o Kristově výkoupení.* (La doctrine des théologiens orientaux séparés, principalement russes sur la rédemption du Christ) Sumptibus propriis cum stipendio Academiae Velehradensis. Pg. VIII + 174. Resumé en français, pg. 157—172 Praha 1936. Prentium Kč 32—.

Auctor — qui gradum in scientiis ecclesiasticis orientalibus in Pontificio Instituto Studiorum Orientalium Romae adeptus est — in introductione motiva ostendit, quibus ductus soteriologiam Orientis separati tractandam elegit: haec nempe pars theologiae dogmaticae hisce potissimum temporibus obiectum facta est studiorum apud theologos schismaticos, praesertim Russicos (P. J. Svjetlov, metrop. Antonij, S. Bulgakov etc.), qui novas theorias proponentes a traditionali doctrina tum occidentis tum orientis christiani non parum secedunt.

Materiam auctor in quatuor partes dividit, tractando primum de doctrina liborum symbolicorum (pars I., pg. 1—6), dein explicando mentem antiquorum theologorum Orientis christiani (pars II, pg. 7—33), exinde ostendendo placita theologorum orientalium aetatis recentioris (pars III, pg. 34—125); in parte IV. doctrinas orientalium crisi subicit, eorum errores reicit utque doctrinam catholicam defendit (pg. 126—156).

Ea, quae iu libris symbolicis (Confessio Gennadii II., Dosithei, Petri Moghilae, Metrophani Kritopuli, Catechismus Filareti) de soteriologia leguntur, methodo positiva proposita sunt. Quaestiones speculativae omittuntur. Doctrina S. Scripturae et traditioni consona et sententiae catholicorum conformis est (pg. 1—6).

Etiam theologi orientales antiquiores (sc. XVII—XIX: Th. Prokopovič, S. Lebedinskij, H. Karpinskij, Th. Gorskij, Platon Levchin, Eusebij, Makarij Bulgakov, Antonij Amfiteatrov, Filaret Černigovskij, Silvester Malevanskij, N. Kursulas, E. Bulgaris, A. Parios, I. Kontones, Melchisedek, Firmilian) methodo positiva potissimum procedunt, speculationi minus incumbentes. Notiones preciosiores in operibus eorum desunt et in quibusdam explicationibus a sententia catholica non nihil secedunt, sed generatim eorum doctrina de redemptione cum mente catholica consentit (pg. 7—33).

Inter theologos orientales sc. XIX et XX. auctor tripticem classem distinguit: theologos, qui doctrinae catholicae de redemptione non adversantur (Platon, E. Akvilonov, J. Vinogradov, Ioannes Smolenskij; Michaleşcu, Calinescu, Olariu; Firmilian, Teodorović; Andrusos, Z. Rhosis etc.), dein eos, quo doctrinam catholicam impugnant et proprias theorias efformant (praesertim Svjetlov, Malinovskij, Bjelaev, S. Bulgakov etc.), et denique eos, qui in explicanda doctrina de redemptione subiectivismo favent (metrop. Antonij, Nesmješev, Tarasij, Sergij etc.). Optime recenset auctor ea, quae de redemptione et quaestionibus connexis scripserunt P. J. Svjetlov (pg. 67—81 et 121), A. Bjelaev (pg. 83—86 et 122), S. Bulgakov (pg. 88—95), metrop. Antonij (pg. 100—106 et 123), Nesmješev (pg. 106—110).

In doctrina orientalium crisi subicienda intentio auctoris huc potissimum reddit, ut ostendatur ex una parte doctrinae catholicae perperam exprobrari „iuridismum“ ex altera parte orthodoxorum placita minime censenda esse S. Scripturae et traditioni consona. Dissensionis causae, ut auctor iure inculcat, in doctrinis quaerendae sunt, quae dogmatis de redemptione fundamenta sternunt: videlicet in sententiis de protoparentum statu in paradiſo, eorum lapsu, in doctrina de gratia etc. (pg. 129).

Recte explicata doctrina catholica de protoparentum statu (pg. 131—134) et de redemptione (pg. 134—144) sponte sequitur obiectionem iuridismi in concipiendo opere satisfactorio Christi perperam ab orientalibus contra catholicos esse motam (pg. 144). Concise, attamen stringenter premit auctor orientales obicientes, catholicos negligere relationem inter dogmata de redemptione et de iustificatione; aequaliter refutate eos, quicenses reiciendam esse doctrinam catholicam de superabundantia meritorum Christi et eos, qui som-

niant incarnationem Christi ex mente catholicorum omni sensu atque momento esse privatam (pg. 144—151).

Reiectis sententiis metrop. Antonij, Nesmjelov et Sergij et refutatis theoriis S. Bulgakov, quas ostendit non nisi falsis praesuppositis philosophicis et theologicis, fructum studii in verba auctor resumit: „Sententiae, quas libri symbolici et theologi orientales antiquiores et magna pars theologorum recentioris aetatis de redemptione Christi tradunt, doctrinae catholicae consonae sunt. Filaret vero . . . et illi auctores Russici hodierni, qui doctrinam catholicam impugnant suas explicationes proponentes . . . vel qui subiectivam partem redemptionis nimis premunt . . . a doctrina catholica, quae S. Scripturae et traditioni conformis est, deflectunt.“

Opus clarissimi auctoris, enormem amplectens materiam e fontibus primis iisque optimis haustam, non solam imaginem completam quaestioneis lectori depingit, sed id uberrimis annotationibus non sine fervidissima assiduitate congestis armamentarium studiis illimitatis suppeditat. Opus sane dignum, quod manuale evadat omnium, qui scrutandis quaestionibus profundissimis orientis christiani operam navant.

Quo latius huic fini provideatur libellus operi additus est, materiam principalem in lingua gallica resumens (pg. 157—172).

*Dr. Vinc. Pořízka.*

*Dąbrowski E. Dr., Królestwo Boże a Kościół według nauki Chrystusa.*  
Apologetyczne seminarium 4. Uniwersytet-Theologicum. Warszawa 1936. Pg. 26.

Novissimis publicationibus G. Gloege, R. Otto aliisque innixus auctor disserit de Regno Dei secundum doctrinam Christi (pg. 9—16), de idea Ecclesiae in evangeliiis (pg. 16—22) et de relatione inter Ecclesiam et Regnum Dei secundum doctrinam Christi (pg. 22—26). Optime ostendit Regnum Dei ex mente Christi non prae se ferre characterem mere dynamicum et eschatologicum, sed etiam staticum, temporalem et terrenum; participatio in Regno Dei temporali ius tribuit ingrediendi Regnum Dei eschatologicum: „Quisquis non receperit Regnum Dei velut parvulus, non intrabit in illud.“ (Marc. 10, 15) Ecclesia, quae fructus est doctrinarum Christi eiusque opus immediatum, est realizatio Regni Dei in terris. Ambo nomina — Ecclesiae et Regni Dei — unicum organismum designant: Regnum

Dei primarie influxum Dei respicit et conceptio theocentrica est, notio Ecclesiae ab elemento humano incipiens conceptio potius anthropocentrica est.

—vp—

*Kwiatkowski W. dr., Zjawiska naukowego okultyzmu a nieśmiertelność duszy.* (Apparitiones scientifici occultismi et animae immortalitas). Apologetyczne seminarium 3. Warszawa 1933.

Breviter expositis initiis scientificae disquisitionis apparitionum occultismi auctor facta telekineseos (pg.8—11), teleplasticae seu materializationis (11—14), telepathiae (14—20) et visionum (20—25) resumit, quorum veritas historica scientifice constat. Probata authenticitate horum factorum auctor crisi subicit explicationes, propositas per hypotheses animismi et spiritismi. Finiendo studii fructum exprimit verbis: Resistentia passiva scientiae victa est; scientia munus in manus sumpsit, quod laicis periculosissimum est . . . Sed disquisitio scientifica recentior est, quam ut effectus definitivos in sensu hypotheseos spiritismi afferat. Hypothesis illa in se possibilis est et in multis casibus apparitiones occultismi bene explicare valet, attamen non tam stringenter imponitur, ut definitiva dici possit. Ille defectus certitudinis scientificae, qui non est adhuc argumentum contra hypothesis spiritismi, compleri debet consideratione trans-empirica, quam philosophia et theologia suppeditant.

—vp—

*Starodworski Antoni, Tragedja cerkwi prawosławnej w ZSRR* (Tragœdia ecclesiae orthodoxae in URSS). Wydawnictwo Instytutu naukowego badania komunizmu. Warszawa 1934.

Auctor primariis fontibus utens historiam enarrat persecutionum, quas ecclesia orthodoxa Russorum perpessa est ab incipiente revolutione a. 1917. In introductione ostendit partes, quas ecclesia in religiosa et politica vita Russiae ante bellum mundanum habuerit, dein loquitur de revolutione a. 1917, de synodo Pan-Russica a. 1917, de fatis patriarchae Tichon, de Novatoribus et de immensa propaganda atheismi. Pg. 145—181 continent scriptis et imaginibus digesta argumenta de pugna, quam Russiae athei ad religionem exstirpandam inflammaverunt. Deleta vero ecclesia religionis necessitas de medio sublata non est: generationi novae munus religionis restaurandae relinquitur.

—vp—

*Ks. Dr. Wincenty Kwiatkowski. U kolebki chrystianizmu.* Warszawa, 1936.

Jam titulus libri, qui ad verbum translatus dicit' Apud cunas Christianae religionis', innuit auctorem in praesenti opere describere suum iter in Palaestinam et vicinas terras biblicas susceptum. Iter hoc Dr. Kwiatkowski, professor theologicae facultatis in universitate Varsoviensi, anno 1935 perfecit cum duobus collegis sacerdotibus, Mons. A. Kwiatkowski et dr. W. Roslan, modo revera moderno, videlicet curru, qui dicitur automobilis. Varsoviam reliquerunt die 2. aprilis 1935 et iterum in eandem urbem redierunt die 4. Junii ejusdem anni, ita ut totum iter decursu vere duorum mensium absolutum fuerit.

Peragrata Cechoslovacia, Hungaria et Jugoslavia venerunt in Graeciam atque mari Mediterraneo tansfretato visitaveunt Aegyptum usque Luxor. Deinde per desertum Sinaiticum, — quod fors difficillima pars percursus fuit — venerunt in Terram Sanctam. Visitatis principalibus locis Judaeae, Samariae et Galilaeae, transierunt in Syriam tangentes principales urbes hujus regionis, Berytum Damascum et Heliopolim-Baalbek. Denique per medium Asiam Minorem pervenerunt Constantinopolim et per Romaniam patriam suam repetierunt.

Auctor in suo libro describit bonos et malos eventus hujus itineris nec non impressiones, quas in locis biblicis hauserat. Liber est quoddam diarium itineris continens notas breves quidem, sed immediate in ipso itinere consignatas, quae proinde lectionem operis valde amoenam reddunt. Ubique apparet auctorem non esse simplicem viatorem, sed eruditum in re biblica bene versatum. Quæstiones archaeologicas et topographicas data occasione — praesertim quando describit Hierosolymas — pertractat et lectorem saepius ad specialia opera erudita remittit. Stylus est elegans ; frequentes imagines, arte photographica depictae, argumentum operis optime illustrant. — Cognitionem Terraे Sanctae auctor iteratim vocat „quintum evangelium“ et quidem jure merito. Hinc ejus librum eis, qui nostra evangelia melius intelligere desiderant, commendare ad legendum possumus.

*Dr. T. Hudec.*

*Cinek Fr. Th. Dr. Velehrad fidei. Olomoucii 1936.* Pag.745 additae 40  
illustrationes

Notus sanctorum Cyrilli et Methodii cultor Dr. Cinek annales de Velehrad edidit, ubi indiciis diligentissime collectis historiam Velehrad cultusque Cyrillo-Methodiani construxit. Auctor omnes manifestationes inde a millennio a. 1863 celebrato usque ad praeteriti anni sollemnia habitas elucubravit. Non solum historiam claustrum sed etiam effossiones archeologicas descriptsit. Notos facit lectori singulos pastores spirituales, qui in Velehrad fungebantur, item rectores instituti Iesuitarum simulque persuadit de maximo sollemnatum momento ecclesiastico ac nationali. Cunae christianismi slavici omnes sine discrimine Slavos paeprimis autem populum bohemico-moraviensem coniungebant, qui saeculo praeterito gravissimis subditus doloribus a sepulcro sancti Methodii ardorem animi catholici simul et nationalis potentissimum deportabat. Opus hoc certissime accuratissimas motus Cyrillo-Methodiani annales repraesentat.

Scientifici accuratum rerum indicem adhuc desiderant, quo investigatio in tam amplio opere valde allevetur. *Dr. A. Neumann.*

*Pořizka Vincenc dr., Solovjev a cirkev. Úvod do eklesiologie prvního ruského filosofa.* (Soloviev et l'Eglise, Introduction à l'ecclésiologie du premier philosophe russe) Pg. XV - 114. Sumptibus Academiae Veleradensis. Olomouc 1935 Kč 15.—.

Auctor sententias Solovievi accurate reddere satagit seligendo textus praecipuos ex scriptis magni philosophi, quos in tria capita resumit, loquendo de Ecclesiae essentia tamquam Sophia Dei incarnata (pars I., pg. 1—25), dein de Ecclesiae constitutione, quae est applicatio principii trinitarii (pars II., pg. 26—44), denique de theocracia prout est institutio historica (pars III., pg. 45—72). In parte IV. praecipua puncta ecclesiologiae Solovievi crisi subicit eisque doctrinam catholicam opponit (pg. 73—108). Sequitur brevis recapitulatio in lingua gallica citanturque principales textus in lingua originali, russica et gallica.

Etsi auctor opus introductionem in ecclesiologiam Solovievi apellat, totius dissertationis tenor ostendit eum prosecutum esse scopum magis speciale: investigatio eius nempe in detegendo nexu inter ecclesiologiam et theorias philosophicas Solovievi saepissime ver-

satur totumque opus luculenter demonstrat, quantas partes in Solovieve sententiis theologicis interpretandis basis philosophica teneat. Si sententiae magni philosophi — ceteroquin pulcherrimae — non sub specie totius systematis philosophici considerantur, saepe cum doctrina catholica facile componuntur.<sup>1</sup> Suppositiones vero ex utraque parte interdum graviter differunt.<sup>2</sup> Soloviev nempe, ut auctor notat (pg. 106), humili indumento sacrarum veritatum non contentus, interpretationes philosophicas, mirabiles quidem, attamen saepe audaciores, illis tribuebat. Et quia basis metaphysica, in quantum ordinem ad ecclesiologiam dicit, a tempore lectionum Čtenija o Bočelověčestvě (1877 – 1884) usque ad secundam editionem operis Opravdanie dobra (1899) in scriptis Solovievi mutata non reperitur, hac de causa, ni fallor, auctor evolutionem — quam in aliis respectibus nemo negabit — in hac ratione disceptandam non duxit.

Scopus, cuius mentionem fecimus, omnes easque uberrimas, quæstiones connexas in libelli arctatis limitibus tractandas non permisit; specialibus dissertationibus eas dilucidandas auctor reliquit (pg. 103). Quae dissertationes utinam quam primum sequantur, in votis habemus.

—jm—.

## EPHEMERIDES ACADEMIAE VEL. TRANSMISSAE

Bogoslovska Smotra, XXV, No. 1. Zagreb — Bogoslovní Vestnik, A. XVI, sv. III, Ljubljana. — Sborník Velehradský, Nová řada. — The Eastern Churches Quartely — Bohoslovia, Leopoli. — Theologia, Athenis. — Échos d'Orient — L'unité de l'Église — L'Oriente cristiano e l'unità della chiesa — Irenicon. — Bulletin de l'Institut catholique de Paris. — Hrvatska Prosvjeta. — Vjesnik župe sv. Marka, Zagreb. — Analecta Bollandiana. — Consignationem librorum acceptorum proximo fasciculo afferemus.

<sup>1</sup> Confer modum, quo sententiam Solovievi de Ecclesia Corpore Christi reddit Grivec, Cerkev, pg. 22—23, 77—79, 121 et de eadem re loquens Pořízka, Soloviev a cirkev, pg. 17—24, 36, 58—60, 92—94, 96, 100s.

<sup>2</sup> Confer e. gr. verba Solovievi de Altero Adam: Pořízka, Soloviev a cirkev, pg. 6. vel de Corpore Christi Mystic La Russie et l'Eglise universelle, pg 262s. Pořízka, op. cit. pg. 36).

*Relatio de conventu generali Academiae Velehradensis celebrato die  
17. Decembris 1936.*

Primo loco approbata est relatio de ultimo conventu generali, deinde referebat secretarius Academiae de activitate Academiae in de ab ultimo conventu generali.

Praesidium A. V. saepius conveniebat ad decidendas res Academiae, res urgentes expediebantur „circulari“. In prima sessione praesidi vicepraeses Msge Dr. J. Vašica honorificam mentionem fecit de die 70. natalia S. Exc. Revmi archipraesulis Dr. Leopoldi Prečan, aestimans merita eius de Academia ac exoptans ipsi adhuc plurimos ac felicissimos annos.

Praesidium decrevit edendos esse textus reconstructos s. evangelii secundum s. Joannem, paratas a clarissimo professore Dre Jos. Vajs, uti tomus XVII. operum Academiae Velehradensis.

Item Academia edendum assumpsit opus Dris Vinc. Pořízka, Soloviev a církev uti tomum XVI. operum Academiae Velehradensis. Subsidium praestitit Academia Dri Salajka ad edendum librum Nauka východních odloučených theologů, zvláště ruských, o Kristově vykoupení.

Occasione jubilaei s. Methodii secretariatus A. V. emisit folia invitantia praesertim juniores sacerdotes, ut nomen darent Academiae uti socii adjutores.

Tum in parando tum in celebrando VII. Conventu Velehradensi partem habebant plurimi socii Academiae, proponentes suas dissertationes in sectionibus dicti Conventus. De activitate Academiae in ultimo tempore a VI. Conventu transacto referebat in VII. Conventu secretarius Academiae Dr. Jos. Matocha. Hac occasione proposuit R. P. Salaville, ut Acta A. V. regulari modo iterum ederentur uti organon Academiae. Utí novus socius conditor nomen dedit Academiae Clarmus professor msgre Dr. Thomas Hudec, uti socius referens accessit ad Academiam professor universitatis Brunensis Dr. R. Wierer.

Subsidium ad studia in Pont. Instituto Orientali peragenda concessit praesidium A. V. R. D. Dri Josepho Luska.

Votis Excelmi archiepiscopi Dris Leopoldi Prečan obsecundans assumpsit praesidium A. V. curam de edendis Actis VII. Conventus Velehradensis.

Praesidium A. V. dono obtulit opera A. V. praesidenti RČSL et S. Congregationi de Seminariis et studiorum universitatibus, Bibliothecae O. S. Augustini de Assumptione Romae.

Finita relatione proponente viceprae side nominantur socii honorarii A. V. RR. DD.: Dr. Josephus Slipyj, Rector Academiae theol. Leopoliensis, et P. Severianus Salaville, O. Aug. de Assumpt. Romanus. In consilium A. V. electus est R. D. Dr. Antonius Salajka.

Propositio VII. Conventus Velehradensis de edendis Actis A. V. acceptatur unanimiter.

Secundum relationem arcarii P. Jar. Šumšal, accepta A. V. anno 1935 erant: 18.577 Kč, expensa 15.846'35 Kč — Pro anno 1936 remanet ad dispositionem: 32.196'75 Kč — Rationes revisioni subjectae et a revisoribus approbatae erant. Ad vota revisorum concessum est absoloratorium praesidio et arcario.

## MEMENTO MORTUORUM

Die 21. Novembris 1936 in Rajhrad prope Brno mortuus est Abbas istius monasterii Ordinis s. Benedicti, Moraviae Revmus D. praelatus *Petrus Hlobil*, socius Academiae Velehradensis et ab anno 1893 arcarius dioecesani Apostolatus ss. Cyrilli et Methodii, Brunensis, magnus zelator Velehradii, devotus cultor ss. Cyrilli et Methodii. R. I. P.

Joannes Nep. Tenora canonicus ad honorem in Mikulov, parochus emeritus, historicus ecclesiasticus Moraviensis, socius conditor Academiae Velehradensis. Natus die 7. Febr. in Kunštát (diec. Brunensis) die 1. Dec 1936 Bruna mortuus est. Primo topographiam historicam colebat, postea decursum reformationis catholicae investigandum aggressus vitam ven P. Martini Středa S. I. splendida describendo accuratam annorum 1620—48 Moraviae historiam con fecit. Praeterea aliquot studiis aeque subtilibus episcopum Olomucensem magnum illum reformatorem catholicum card. Fe. Dietrichstein illustravit. Quibus tamen antecellit opus, quo vita b. Joannis Sarcander Moraviensis pro secreto confessionali martyris traditur, quodque adhibita amplissima indiciorum copia plerumque ignota

elaboratum qua optima annorum 1600–20 Moraviae historia celebratur De quo opere Tenora optime meritum adhuc polemicae cum historicis protestantico-liberalibus laudant. Cessans muneri parochiali ad fratrem suum decanum capituli Brunensis se contulit, ubi relictis, quod maxime dolendum, reformationis catholicae studiis ad investigandum archivum capituli Brunensis allectus historiae rusticorum Moraviensium se tradidit colenda historiamque praedii capitularis Brunensis conscripsit, cuius volumen primum iam editum, secundum quoque brevi forsitan sequetur.

Mors canonici Tenora, qua maximum detrimentum doletur, quippe qui historiam reformationis catholicae in Moravia optima ex Moraviensibus novit cuique nullus catholicae mentis successurus inventitur. Omnes eius labores, quos sua historica activitate pro Ecclesia subiit, Deus copiose remuneret!

Die 18. Januarii 1937 pie in Domino obiit Canonicus hon., Decanus et parochus in Huštěnovice, R. D. *Jacobus Hudeček*, qui ab anno 1929 fungebatur munere praesidis in docta archeologica societate „Starý Velehrad“ usque ad 1. Aprilis 1936. Indagationibus de historia antiqui Velehradii deditus multa de antiquo Velehrad publicavit in *Sborník Velehradský*, Nová řada, et anno 1935 edidit librum „Život sv. Cyrila a Metoděje“ et „Dějiny Velké Moravy“, R. I. P.

# RELATIO DE ACADEMIA VELEHRADENSI

(PROPOSITA IN VII. CONVENTU VELEHRADENSI 1936)

*Secretarius dr. Josef Matocha.*

Antequam brevem conspectum de actis et factis Academiae Velehradensis proponemus, juvat quaedam praemittere de constitutione eius ad dandam informationem iis, qui Academiam Velehradensem nondum cognoscunt vel parum cognoscunt.

Academia Velehradensis in II. Conventu Velehradensi an. 1909 condita est.

Secundum leges adprobatas Academia Velehradensis est docta societas ad studia ecclesiae orientalis (graecoslavicae) concelebranda instituta.

§ 1. De sede. Sedes Academiae Velehradensis est Velehrad in Moravia. (Sedes administrationis est Olomouc, RČSL.).

§ 2. De proposito. Academiae Velehradensis est studia, quae in rebus ecclesiae orientalis (graecoslavicae) per vestigandis versantur, colere atque augere.

§ 3. De modis quibus id fiat. Ad id propositum assequendum Academia Velehradensis :

a) convocat conventus virorum doctorum et eorum, qui studia rerum ecclesiae orientalis fovent;

b) agit institutionis cursus qui dicuntur, instituit et adiuvat, quae ad haec studia colenda suscipiuntur, quaestiones de rebus, quae ad haec studia pertinent, cum praemiis proponit;

c) edit res doctrina dignas et alios, qui eiusmodi res edunt, pecunia adiuvat;

d) decernit pecuniam ad studia eorum, qui rebus ecclesiae orientalis dant operam perficienda;

e) adiuvat alia studia atque opera, quae ad propositum suum proxime accedunt.

§ 4. Socii Academiae Velehradensis sunt:

- a) honorarii,
- b) conditores,
- c) ordinarii,
- d) adiutores.

Honoris causa in academiam socii adscribuntur, qui et de Academia Velehradensi et de disciplinis ab ea excolendis eximie meriti sunt. Praeside auctore a conventu generali nominantur.

Conditores sunt ii, qui una pensione saltem 1000 Kč donaverunt.

Ordinarii socii labores scientificos paeprimis litterarios in studiis orientalibus colunt et scriptis in Actis Academiae adlaborant. Praeside auctore a conventu generali nominantur.

Adiutores sunt, qui saltem 20 Kč annuas pendunt.

De classibus.

§ 17. In Academia Velehradensi hae constitutae sunt classes:

- a) classis orientalis proprie dicta,
- b) classis occidentalis, cuius est studia theologica inter Slavos cathlicos (ritus Latini) litteris et theologia Orientis colendis augere;
- c) classis Cyrillomethodiana, quae ss. Cyrilli et Methodii vitae rebusque gestis et sacrae Velehradii antiquitati exquirendis dat operam.

Singulae classes in conventibus generalibus proprios conventus habent, quibus interesse omnibus A. V. sociis licet.

Suum cuique classi est collegium praesidens, quod ex praeside, et uno vel pluribus negotia gerentibus constat. Praesides singularum classium a consilio A.V. in quatuor annos diliguntur; qui negotia gerat, ab eodem collegio praeside classis rogante creatur.

De Academiae Velehradensis coloniis.

§ 18. Quolibet loco apud Slavos cathlicos coloniae A.V. constitui possunt. Quarum institutum originis instituto definitum est.

Academiae Velehradensis socii honorarii:

Exc. D. Dr. Andreas Szeptyckyj, metropolita Leopoliensis, Exc. D. Dr. Leopoldus Prečan, archiepiscopus, metropolita Moraviae, † Exc. D. Dr. Antonius Podlaha, eppus auxiliaris Pragensis, Exc. D. Michael d'Herbigny, S. J. Praeses Pont. Inst. Orient. Romae, Exc. D.

Dr. Carolus Kmetko, eppus Nitriensis, Clarissimi DD. professores : Dr. Franciscus Grivec, Labacensis, † Dr. Joannes Hejčl, Olomucensis, Dr. Joseph Vajs, Pragensis, Revmus D. P. Joannes Urban, S. J. redactor, Cracoviensis. Omnes nominati in conventu generali de die 18. Novembris 1931. (Die 18. Decembris 1936 nominati sunt : Clarmus d. Dr. Joseph Slipyj, rector Academiae theol. Leopoliensis, Revmus P. Severianus Salaville, O. Aug. de Assumpt., professor de Propaganda Fide, Romanus).

#### Socii conditores:

- A. 1910: † Dr. Jar. Sedláček, univ. prof. Pragensis, † canonicus, prael. Dr. Joannes Pospíšil, Olomucensis.
- A. 1911: † Vinc. Tesař, canonicus Olomucensis, † P. Gilb. Křikava, Bříště, Dr. Fr. Klobouk, cooperator M. Ostrava, † Dr. Tumpach Jos., prael. Pragensis, Dr. Fran. Grivec, prof. univ. Labacensis, † Aloisius Hlavinka, Litenčice.
- A. 1913: P. Konečný, Vel. Újezd u M. Budějovic.
- A. 1914: † Dr. Suchý, Přestavlky, † P. Adolphus Jasek, catecheta Kroměříž.
- A. 1916: P. Krátký, Ptení.
- A. 1918: Dr. Richter, vicarius Kroměříž, Exc. D. Dr. Ant. Bauer, archieppus Zagreb.
- A. 1919: Prael. Ledóchowski, Olomucensis.
- A. 1923: Dr. Ant. C. Stojan, archieppus Olomucensis, Emmanuel Snášel, praepositus, Dubensis, Hájek Franciscus, Ivanovice.
- A. 1926: abbas Dr. Methodius Zavoral, Pragensis.
- A. 1928: † Dr. Bonifacius Segeťa, canonicus Kroměříž, Msgre Alph. Pryč, par. Brodek, Fr. Florián, prof. Hodonín, † Dr. Joannes Hejčl, univ. prof. Olomucensis.
- A. 1929: Exc. D. Dr. Carolus Kašpar, eppus Hradec Králové, Dr. Jos. Buday, canon. Nitra, Msgre Bartoš, prof. Brno, † Msgre Ad. Tenora, canon. Brno, Exc. D. Dr. Carolus Kmetko, eppus Nitra, D. Fr. Pražák par. Trebívlice.
- A. 1932: Dr. Ant. Ondroušek, catecheta et scriptor Ml. Boleslav, P. Jos. Svatek, par. Křečboř prope Kolín.
- A. 1936: Msgre Dr. Thomas Hudec, univ. prof. Olomucensis.
- Commissio praeparans A.V. constabat membris : Dr. Andreas

Szeptyckyj, P. Aur. Palmieri, Dr. Fr. Grivec, Dr. Bocian, Dr. C. Dočkal, P. Vychodil, Dr. A. C. Stojan, P. A. Jašek, Rector Collegii Velehradensis, Dr. A. Podlahá, P. Ad. Špalďák, S. J., Dr. M. Zavoral, Dr. Pospíšil, Dr. Fr. Hrachovský, Dr. C. Kyselý, P. Prokop Šup, Dr. Fr. Nábělek, Dr. Fr. Kordač, P. B. Hříva.

**Conventus generalis nominavit hos socios consilii (senatus) perpetuos:**

8/X. 1916: Dr. Andreas Szeptyckyj, † Dr. Ant. Stojan, † Dr. Joannes Pospíšil, † abbatem Procopium Šup, † Dr. Ant. Podlahá, † Dr. Fr. Kordač, † Dr. Rich. Špaček, † asser. Vychodil, Dr. Fr. Grivec, Dr. C. Dočkal, † Msgr. Fr. Snopek, Rectorem Col. Velehrad. Dr. Th. Spáčil, P. B. Hříva, † P. G. Křikava O. S. N., † P. Ad. Jašek.

7/VIII. 1921: Exc. D. eppum Dion. Njaradi, † P. A. Palmieri, Dr. Špaldák, S. J., P. Mich. d'Herbigny, S. J.

1/VIII. 1924: Dr. J. Vašica, electus ut secretarius A. V., Dr. Jos. Matocha, uti arcarius A. V.

29/VIII. 1926: † Dr. Joannes Hejčl, electus ut vicepraeses A. V., Dr. Nic. Russnák, Dr. Fr. Cinek, Dr. Joseph. Vajs, P. Fr. Jemelka.

16/I. 1928: Exc. D. Dr. Leopoldus Prečan, archieppus, Dr. Thomas Hudec, redactor Zamýkal, secret. Dr. St. Zela, Dr. Fr. Dvorník Exc. D. Dr. Carolus Kmetko, eppus, Exc. D. Petrus Gebej, eppus, Dr. Andreas Živković, Dr. Andreas Snoj, Dr. Mirt Jos.

16/VII. 1932: P. de Meester, P. S. Salaville, Dr. J. Slipyj, Dr. Šimrak, Dr. Vyšešović, Dr. Pawłowski, Dr. Rogošić, Dr. Božitković.

14/XII. 1933: Dr. Andreas Iščák.

20/XII. 1935: Msgr. Dr. Frid. Vašek, P. Jar. Šumšal, oecon. Olomucensis, electus uti arcarius A. V.

**Uti socios ordinarios (referentes) nominavit conventus generalis:**

18/XI. 1931: Msgr. Dr. Ant. Breitenbacher, archivarius Kroměříž, Msgr. Dr. Otacar Tauber, prof. Olomouc, Dr. Val. Vilinski, scriptor, Dr. Martinus Mikulka, prof. Uh. Hradiště.

18/XII. 1934: Dr. Vincentius Pořízka (electus uti bibliothecarius A.V.), Dr. Hieronymus Jurák, O. Pr., Plzeň.

Socii adiutores numerantur 365.

Actuale praesidium electum est in ultimo conventu generali a. 1935:

Praeses: Exc. D. Dr. Andreas Szeptyckyj. Vicepraeses: Msgre Dr. Jos. Vašica. Secretarius: Dr. Još. Matocha. Vicesecretarius: Msgre Fr. Jemelka. Arcarius: P. Jaroslav Šumšal.

Socii in praesidio: Msgre Dr. Thomas Hudec, Msgre Dr. Stanislaus Zela, redactor Ladislaus Zamyskal.

Revisores relationum: Msgre Dr. Udalricus Karlík, vicarius Jos. Glogar.

Bibliothecarius: Dr. Vincentius Pořízka,

Redactor Actorum A. V.: Dr. Jos. Matocha.

Acta et facta Academiae Velehradensis ab ultimo Conventu Velehradensi, inde ab anno 1932.

Unoquoque anno celebraatur conventus generalis A. V. et consilium praesidens saepius convenit ad sessiones suas habendas et ad decidendas quaestiones cum administratione Academiae conexas.

A. V. hac periodo ipsa edidit vel edere adjuvit sequentia opera:

1. Biblia Olomucensia (mense Aprilis 1933) tom. I.

2. Historia monasterii Ord. Cisterciensium Velehradensis auctore Dre. R. Hurt (partem I.) uti tom. XV. Operum A. V.: „Dějiny cisterciáckého kláštera na Velehradě. I. 1205-1650. V Olomouci 1934“. Occurrente decimo anniversario mortis b. m. Dris Antonii Cyrilli Stojan opus illud memoriae eius est dedicatum: „Světlé památce arcibiskupa Antonína Cyrila Stojana na uctění desátého výročí jeho smrti věnuje Akademie Velehradská“.

3. Acta Academiae Velehradensis tom. XII., fasc. 1—4. (redactore Dre J. Matocha).

4. Dissertatio Dris Vincentii Pořízka, adjuncti C. M. theologicae facultatis: „Solovjev a cirkev“ uti tom. XVI. Operum A. V.

5. Dris Jos. Vajs, prof. univ. Carol. Pragensis, Evangelium sv. Jana. Uti tom. XVII. Operum A. V. Opus est textus reconstructus graeco-palaeoslavicus.

6. Cum subsidio A. V. prodiit: Dr. Ant. Salajka, Nauka východních

odloučených theologů, zvláště ruských, o Kristově vykoupení, Praha 1936.

7. Paratur editio II. partis operis Dris R. Hurt, de monasterio Velehradensi.

**Conspectus rationum huius periodi:**

Anno 1932 accepit A.V.	30.007·45 Kč	solvit	24.036·65 Kč
1933	68.711·15		120.025·30
1934	26.338·—		45.630·—
1935	16.336·60 "		12.336·00 "
Summatim	141.393·20 Kč		202.088·85 Kč

Rationes a revisoribus examinatae et a conventu generali approbatae sunt.

A. V. omni anno certam summam pecuniae adhibebat ad augendam suam sat considerabilem bibliothecam.

Activitas scientifica Academiae Velehradensis proportionata est mediis, quae ipsi praesto sunt, deinde – et hoc maxime – numero et qualitati virorum eruditorum ex nationibus Slavorum, qui vires et labores suos fini Academiae consecrarunt. Si desideramus, ut activitas scientifica in conatibus unitatem Ecclesiarum respicientibus magis magis crescat apud nos et omnes nationes slavicas, educandi ac multiplicandi sunt etiam operarii Academiae Velehradensis.

Academia Velehradensis est opus conditum a Conventu Velehradensi secundo, est opus providentiae divinae, quod procul dubio temporibus futuris multa et gravissima officia implere debebit, si labores in Academia semper charitate illa universalis informati fuerint, qua Conventus Velehradenses semper nutriuntur, ad agendum inflammantur – qua charitate Academia Velehradensis fundata erat.

Ad finem relationis proponere ac rogare liceat,

1. ut coloniae dictae Academiae Velehradensis in omnibus nationibus slavicis condantur (secundum leges Academiae sancitas a Conventu Velehradensi),

2. ut propagatio fiat Academiae Velehradensis eum in finem, ut omnes, qui unitati restituendae adlaborant, etiam nomen dent, auxilia praestent Academiae Velehradensi eiusque activitatem possibilem reddant.

Et Deus scientiarum Dominus benedicat operi Academiae Velehradensis, quae ortum suum nacta est iam in secundo Conventu Velehradensi.

Relate ad Academiam Velehradensem prolatae sunt deinde hae resolutiones :

„Votum pro editione periodici commentarii „Acta Academiae Velehradensis“.

Optandum est, ad continuandam assiduo atque fovendam operam Congressuum Velehradensium, *Acta Academiae Velehradensis*, ut scientificum organum permanens, in lucem prodire rythmo, ut aiunt, magis regulari, id est saltem cum duobus fasciculis per annum, uno fasciculo per semestre.“ Proposuit P. S. Salaville. „Cum academiae scientiarum ubique terrarum fundamentum habeant in collegio virorum peritorum in ipsa sede Academiae vel prope eam habitantibus, ad vitam progressumque Academiae Velehradensis necessarium videtur, ut locis Velehradio vicinis adsit copia virorum rebus orientalibus peritorum, praesertim eorum, qui in Pontificio Instituto Orientali Romae exculti sint“. Proposuit prof. Dr. Fr. Grivec.

# In deposito Academiae Velehradensis adhuc supersunt:

## *Slavorum litterae theologicae:*

Conspectus periodicus, Pragae. (Incomplete!)

Tom. I. 1905  
Tom. II. 1906

Tom. III. 1907  
Tom. IV. 1908

Tom. V. 1909  
Tom. VI. 1910

## *Acta Academiae Velehradensis:*

(Incomplete.)

Tom. VII. 1911 fasc. 1.—2., fasc. 3., fasc. 4. 20 Cč.  
Tom. VIII. 1912 1. – 3. fasc. 10 Cč.  
Tom. IX. 1913 1. – 2. 5 Cč.  
Tom. X. 1914 – 1919. 30 Cč.

Tom. XI. 1920 – 1922. 15 Cč.  
Tom. XII. 1. – 2., 1932  
Tom. XII. 3. – 4., 1934

## *Acta Conventus Velehradensis:*

Acta I. Conventus Velehradensis. 10 Cč.  
Acta II. Conventus Velehradensis. 10 Cč.  
Acta III. Conventus Velehradensis. 15 Cč.  
Acta IV. Conventus Velehradensis, 40 Cč.  
(leg. 50 Cč.)  
Acta V. Conventus Velehradensis. 50 Cč.  
Acta VI. Conventus Velehradensis. 50 Cč.

## *Opera Academiae Velehradensis:*

Tom. II. *Konstantinus-Cyrillus und Methodius, Die Slavenapostel* von Franz Snopek, Kremsier 1911. 30 Cč.  
Tom. III. *Nomenclator (incompletus)*.  
Tom. IV. *Acta conventus Velehrad. III. uti supra*.  
Tom. V. *Die Slavenapostel, Kritische Studien* von Dr. Franz Snopek, Kremsier 1918. 30 Cč.  
Tom. VI. Trudy. *Acta Conventuum Velehradensium in lingua russica*. 10 Cč.  
Tom. VII. Popov, *Katechismus (germanice)*. 5 Cč.  
Tom. VIII. *Vladimír Sergijevič Solovjev, jeho život a působení* od K. Jindřicha. 5 Cč.  
Tom. IX. Dr. Fr. Grivec, *Pravoslaví*, ze slovinského rukopisu přeložil Martin Chudoba, Kroměříž 1921. 5 Cč.  
Tom. X. *Byzantinské pojímání církevního prvenství s dodatkem o pravověrnosti svatého Cyrila a Metoda* od Fr. Grivce, univ. prof., přeložil Martin Chudoba, Kroměříž 1922 (exhaustum)  
Tom. XI. *Acta V. Conventus Velehradensis 1927*. 50 Cč. (2 Dol. am.)  
Tom. XII. Dr. Grivec, *Die hl. Slavenapostel Cyrilus und Methodius*.  
Tom. XIII. Dr. Bonifác Segefa, *Církev východní a západní*. Z jazyka řeckého český překlad 25 Cč. (Socii A. V. 16 Cč.)  
Tom. XIV. *Acta cursus Pragensis 1930*. Pret. 38 Cč.  
Tom. XV. Rudolf Hurt, *Dějiny cisterciáckého kláštera na Velehradě*. 1934. 60 Cč.  
Tom. XVI. Dr. Vincenc Pořízka, *Solovjev a církev*. 1935. 15 Cč.  
Tom. XVII. Dr. Jos. Vajs, *Evangelium sv. Jana*. Text rekonstruovaný.

# Academia Velehradensis Olomouc ČSR. Salesianum.

**ACTA  
ACADEMIAE  
VELEHRADENSIS**

**ANNUS XIII.**

**FASC. 2.-3.**

**OLOMUCII 1937**

**SUMPTIBUS ACADEMIAE VELEHRADENSIS**

# ACTA ACADEMIAE VELEHRADENSIS

Eduntur annuatim in quatuor fasciculis. Subnotatio pro anno 30 Kč, pro externis 40 Kč.

Redactores: Prof. dr. *Jos. Vašica*, msgre *Frant. Jemelka*, prof. dr. *Josef Matocha*, dr. *Vincenc Pořízka*, collaborantibus professoribus Collegii theologicae facultatis a ss. Cyrillo et Methodio, Olomucensis.

Redactio: *Olomouc, Úřednická 7.* – Administratio: *Olomouc, Salesianum.*

Auxilium in edendis Actis promiserunt: Prof. dr. Franc. *Grivec*, Ljubljana; dr. *Jos. Slipyj*, rector Academiae Leopoliensis; prof. P. *Sev. Salaville*; prof. dr. M. *Jugie*; dr. Georgius *Hofmann*, S. J., prof. Pont. Inst. Orientalis Romae; prof. *Aman*, S. J., professor Pont. Inst. Orientalis; dr. Theophilus *Spáčil*, prof. Pont. Inst. Orient. Romae; dr. Thomas *Kurent*, S. O. Cist., Stična, Jugoslavia; dr. Andreas *Živković*, prof. univ. Zagreb; dr. Rochus *Rogošić*, prof. theolog. Makarska; dr. Ignatius *Šwirski*, prof. univ. Wilno; dr. *Špurek*, prof. theolog. Obořiště; dr. Ant. *Salajka*, Praga.

---

Contenta in fasc.: 2. – 3.

	Pag.
<i>S. Salaville, A.A.</i> , Quod documenta patriarchatus Byzantini magno sint emolumento ad theologicē rerumque ecclesiasticarum historiam	73
<i>P. G. Hofmann</i> , S. J., Formulae praeviae ad definitionem concilii Florentini de processione Spiritus sancti	81
Princ. Petrus <i>Wolkonsky</i> , Exarch Leonid Fedorov (russice)	105
Dr. Fr. <i>Grivec</i> , De corpore Christi mystico	123
Dr. Fr. <i>Grivec</i> , Christus in ecclesia	133
Dr. Joannes <i>Kraljić</i> , Doctrina Vladimiri Solovjev de mendacio	145
Dr. Thomas <i>Kurent</i> , Studia quaestionem de primatu ecclesiae saeculo IX. disputatam ilustrantia	178
Dr. V. <i>Pořízka</i> , Existatne connexio Bhagavadgītam inter et evangelium S. Joannis	213
Dr. Fr. <i>Cinek</i> , V a r i a. Conventus internationalis pro Oriente Christiano, Romae 2. – 6. Maii 1937.	222
Memento mortuorum	235

# Acta Academiae Velehradensis

*Tomus XIII.*

*A. D. 1937.*

*Fasc. 2./3.*

REDACTIO: OLOMOUC, SALESIANUM, RČS.

---

Num. ord. 517/37

IMPRIMATUR

Olomucii, 31. V. 1937.

† LEOPOLDUS, archiepiscopus Olomucen.

---

## QUOD DOCUMENTA PATRIARCHATUS BYZANTINI MAGNO SINT EMOLUMENTO AD THEOLOGIAE RERUMQUE ECCLESIASTICARUM HISTORIAM.

*Severianus Salaville, A. A.*

Non inficias ibo nihil aliud mihi propositum fuisse, hasce paginas concinnando, nisi notum facere opus mole quidem ac scientifico valore non mediocriter insigne, cuius jam plures fasciculi typis excussi sunt, hoc generali titulo inscriptum: „*Le Patriarcat byzantin. Recherches de diplomatique, d'histoire et de géographie ecclésiastiques publiées par l'Institut d'études byzantines des Augustins de l'Assomption.*“<sup>1</sup>

Magnum vere atque audax inceptum, quod pretiosissima certo certius fodina exstabit iis qui de rebus orientalibus, byzantinis praesertim, sive ecclesiasticis sive etiam profanis, agere voluerint.

<sup>1</sup> Série I: *Les Regestes des Actes du Patriarcat de Constantinople*. Vol. I: *Les Actes des Patriarches*. Fasc. I: *Les Regestes de 381 à 715*. Constantinople, Institut Assomptioniste, 1932, in 4° XXXV—131 pages; 50 francs. — Fasc. II: *Les Regestes de 715 à 1043*; par V. Grumel, 1936, in 4°, XXIII—267 pages; 80 francs.

Série II: *Corpus Notitiarum episcopatum Ecclesiae Graecae*. Vol. I: Fasc. I, *Die Genesis der Notitia episcopatum. Einleitung*, par E. Gerland, 1932, in 4° XII—48 pages; 50 francs. — Fasc. II: *Les listes conciliaires de 394 et de 431*, par E. Gerland et V. Laurent, in 4°, XVI—106 pages, 1936. Prix: 50 francs.

Totum quidem negotium ad anterius quoddam propositum referatur. Jam enim ab anno 1900 R. P. Ludovicus *Petit*, Augustinianus ab Assumptione, tunc temporis director byzantini Assumptionistarum Instituti necnon commentarii „*Echos d'Orient*“ (qui postea archiepiscopus Atheniensis factus est), consilium publice communicauerat<sup>1</sup> parandi novam editionem praeclarissimi operis a *Michaele Lequien*, O. P. († 1733) compositum cui titulus: „*Oriens Christianus, in quator Patriarchatus digestus, quo exhibentur Ecclesiae, Patriarchae, caeterique Praesules totius Orientis*, studio et opera R. P. F. Michaelis *Lequien*, Ordinis Fratrum Praedicatorum. Opus posthumum. „*Parisiis, Ex Typographia Regia, 1740, 3 vol. in — fol.*

Ad istam autem novam editionen praeparandam experientia facile jam ab initio indicavit necessario consulenda esse permulta documenta et typis excussa et manuscripta in bibliothecarum pulvere jacentia, ut accommodaretur scilicet ingens illud opus juxta progressum rei criticae temporibus nostris consentaneum. Qued ut melius pateat, clariusque videat lector quantum ampla sit materia elucubranda, citare juvabit aliquot excerpta ex libello nunciatorio quem ipse Lequien scripserat: satis enim erit rationes ab ipso Lequien pro suo tempore prolatas aetati nostrae applicare, ut argumenta *a fortiori* fiant ad novam de qua agitur editionem exarandam.

Haec nempe scribebat Michael Lequien anno 1722, undecim scilicet annis antequam immaturius vita fungeretur: „Tertius jam annus vertitur ex quo litterato orbi nuncupavi susceptum a me et ad editionem paratum id genus operis, cui titulus foret *Oriens Christianus et Africa*. Quam molem, immensam prorsus, ut melius, immo audacius, tollerem ac sustinerem, eruditorum undequeque documenta aliaque subsidia flagitabam. Eo siquidem in opere, quotquot hinc inde in libris sive editis sive ineditis, alioque quovis modo reperire esset Orientalis Ecclesiae antistites, colligere aggressus sum, singulosque in dioeceses, provincias, sedesque suas distribuere, ipso prorsus ordine quo viri nostrarum regionum adprime docti Ecclesiarum Europae origines et Episcoporum successiones descripserunt . . . Immensum pene opus desudavi in sexcentarum Ecclesi-

<sup>1</sup> *L. Petit, Un nouvel „Oriens Christianus“, in „Echos d'Orient“, t. III, 1900, pp. 326—333; Conventus alter de Archaeologia christiana Romae habendus, commentarius authenticus, num. 5 (maji 1900), pp. 188—202.*

arum, quae Barbarorum infestis inundationibus extinctae sunt, ruderibus versandis atque scrutandis . . .

. Demum, ut utriusque Ecclesiae cum Orientalis tum Africanae status omnis magis compertus fiat, amplum *Monasteriorum* quae in utroque tractu passim extiterunt, vel hodie exstant, indicem condere proposui, toti collectioni coronidis instar adjiciendum. Haec prolixi operis tota ratio est, quod licet ad umbilicum usque penè deduxerim, litteratos nihilominus quosque iterum compellere pergo, uti caeptis benigne faveant, consiliis suis mihi adjumento sint, sua ipsi symbolas conferant, quo tot series episcoporum completores et accuratores prodeant. Meum erit suas unicuique partes reddere et reliqua grati animi officia redhibere. Quod me ultro praestitum spondeo".<sup>3</sup>

Editores autem operis, septem annis post mortem clarissimi auctoris, haec addebant: „Ea igitur fuit cogitati, haec est demun absoluti operis institutio, cuius dimidiam nondum partem praelo subjecerat Quienus quando rebus humanis exemptus est. Nobis vero in ejus vicem ad incaepita persequenda succedentibus, ubi et scriptionis ejus immensae et adversariorum collectionumve facta est copia, in promptu fuit intelligere simul ac demirari quot et quanta superesent perficienda, sive in recognoscendis auctoribus laudatis, et in ipso rerum contextu retractando, sive in lacunis explendis, quae non paucae occurrebant. Quod nullo fere negotio exsequutus fuisset ille, id nostras statim vires longe superare nobis visum est. At erecti in spem publicae utilitatis, quam defraudari noluimus, accensi praeterea cum ea qua fratri vel demortui cineres prosequimur obseruantia, tum maxime regi christianissimo, qui *Orientem Christianum* typis regiis cudi concesserat, obsequendi desiderio, quod prima fronte, utpote gravius humerisque nostris minime ferendum opus, deprecari penè statueramus, illud tamen alaci suscepimus animo. Ea scilicet omnia tentavimus implere, quae feliciori successu praestitisset Quienus noster . . . Non pauca inseruimus quae auctorem immaturius defunctum fugerant; nonnulla quoque emendavimus, quae ipsi fas non fuit ad trutinam revocare.”<sup>2</sup>

*Non pauca inserere, non pauca emendare, omniaque ad trutinam*

<sup>1</sup> *Oriens Christianus*, t. I, pag. II et III.

<sup>2</sup> *Ibid.*, pag. IV.—VI.

*revocare*: hoc profecto munus est editorum hodiernorum multo magis quam editorum saeculi XVIII-i erat. Quamvis enim tam accurate saeculo XVIII-o paratum atque éditum fuerit opus eruditissimi Lequien, nemini tamen mirum videbitur illud nunc temporis esse antiquatum, in permultis lacunosum, incompletum ac mendosum. Non pauca nempe documenta post ejus editionem inventa sunt, multa archivia explorata, ex quibus innotuerunt et sedes episcopales hucusque ignotae, et nova episcoporum nomina, et monasteria aliaque loca pressius identificata, et circumstantiae historicae majori cum veritate determinatae.

Quinnimmo, etiam post istum jam a peritis viris passim completum laborem, permulta alia dubia sese exhibuerunt, statim ac rem attractare inceperunt studiosi Assumptionistae, maioresque difficultates quam primo tempore excogitatum fuerat.

Ut enim fieret, inquantum possibile, opus, ut aiunt, *definitivum*, necesse omnino erat et bibliothecas denuo explorare et quaestiones solvere innumeras quae ad ecclesiasticam geographiam spectant, ad episcoporum elenchem cujuscumque sedis, ad ipsos episcopos, ad monasteria, etc ..

Dum autem incipiebat ista immensa elucubratio, eruditissimus totius negotii promotor et director, Reverendissimus Ludovicus Petit, ad episcopatum evectus est, archiepiscopus Atheniensis factus atque Delegatus apostolicus in regno Graeciae (majo 1912). Unus vero ex praecipuis ejus collaboratoribus, J. Pargoire, immatura morte jam anno 1907 praereptus fuerat, triginta quinque tantum annos natus; alius item solertissimus frater et collega, P. Sophrouius Rabois-Bousquet, qui pro suo Ecclesiae Graecae amore graecum nomen *Petrides* sibi ipsi adsciverat, anno 1911 vita functus est. Infaustumque bellum paulo post et superstites collaboratores dispersit et totum laborem interrupit.

Nec tamen Assumptionistae a proposito destiterunt. Sed magis ac magis patebat necessitas non statim exarandi opus syntheticum, quod necessario in statu scientiae praesenti omnino imperfectum foret, verum studia magis analytica ac praecisa concinnandi, quae fundamenti instar futuro synthetico operi inservirent.

Postquam autem, auctoribus praesertim clarissimis viris A. Heisenberg et F. Doelger, Commissio scientifica, quae sub patrocinio

Academiarum Monacensis ac Vindobonensis constituta est ad *Corpus der griechischen Urkunden des Mittelalters und der Neueren Zeit*, reliquit Instituto Assumptionistarum curam exarandi Regesta Actorum patriarchalium, statutum fuit analytica haec studia colligere sub generali titulo : „*Le Patriarcat byzantin. Recherches de diplomatique, d'histoire et de géographie ecclésiastiques*“, duplique serie : 1° *Regesta Actorum Patriarchatus byzantini ab anno 381 ad annum 1830*<sup>1</sup>; 2° „*Notitiae episcopatum Ecclesiae Graecae*“.

In primā serie exhibebitur catalogus, cum accurata, scientifica et critica analysi, singulorum actorum publicorum, quomodocumque cognitorum, quae emanaverunt : a) ab ipsis patriarchis ; b) a synodis patriarchalibus ; c) ab episcopis ; d) a caeteris dignitariis ; e) a monasteriis : totum nempe quinque volumina comprehendens, quorum unumquodque pluribus fasciculis constabit.

Hujus primae seriei jam duo fasciculi in lucem prodierunt, qui continent Regesta Patriarcharum ab anno 381 ad annum 715, et ab anno 715 ad annum 1043. a cl. V. *Gruamel* diligentissime concinata. Ut statim perspiciat quilibet momentum et utilitatem hujusmodi elucubrationis, satis heic erit, speciminis instar, unam aliamve exhibere ex notitiis utriusque fasciculi, seligendo apposite brevitatis causa inter illas quae breviores sunt.

Sit v. g. ista ex Regestis Anatolii (449—458), cuius textum integre conscribimus :

N. 119. Novembre 450.

*Commonitorium* (saint Léon). Instructions ou mémoire confié par Anatole aux clercs ses légats pour être présenté par eux à saint Léon. Contenu incertain, car le pape Léon fait répondre verbalement par ses légats.

*Texte perdu.*

*Mention* : Saint Léon à Anatole, ep. LXXXV ; Mansi, VII, 119 A = PL, LIV, 924 A.

*Critique* : Nous soupçonnons que ce mémoire traitait des priviléges à accorder à l'évêque de Constantinople. Cela expliquerait pourquoi saint Léon, qui ne veut pas répondre là-dessus dans ses lettres et renvoie Anatole aux déclara-

<sup>1</sup> De rationibus propter quas electi sunt hi duo termini chronologici — qui ad secundum oecumenicum concilium ex una parte, ex alia autem ad autocephalię Ecclesiae hellenicae referuntur —, videsis V. *Gruamel*, in Praefatione ad fasciculum I Regestorum, pp. XV—XIX. De tota operā in genere, cf. V. *Laurient*, *A propos de l'Oriens Christianus*, in *Echos d'Orient*, t. XXVIII, 1929, pp. 176—178.

tions verbales de ses légats, a mis dans les instructions de ceux-ci précisément celle qu'ils opposeront au 28-e canon de Chalcédoine. Cf. Mansi, VII, 444 A.<sup>1</sup>

Inter acta Photii, duas breves notitias seligimus, quae ad epocham Ioannis VIII et sanctorum Cyrilli ac Methodii referuntur.

N. 522. Mars ou Avril 880.

*Scribens* (Jean VIII). *Lettre au pape Jean VIII.* Il s'excuse de n'avoir pas demandé pardon de sa conduite passée devant le synode, prétendant qu'une telle humiliation ne doit être imposée qu'à des coupables. Le reste de la lettre est incertain

*Texte perdu.*

*Mention:* Réponse de Jean VIII : MGH, ep. VII, 227-228 = Mansi, XVII, 184—185 = PL, CXXVI, 910—911.

*Littérature:* Hergenroether, II, 552; Amann, DTC, VIII, 608, cf. XII, 1592; Jugie, I, 142, note 2; Dvornik, *Les légendes...*, 318—319.

*Chronologie:* Cette lettre a dû être envoyée en même temps que celle de l'empereur (Doelger, N. 502) à laquelle Jean VIII répond le 13 août 880.<sup>2</sup>

\* N. 532. Fin de 885 ou début de 886.

*Potvridi izbor, ovlasti* (Milasch). Photius confirme l'élection de Théodore, évêque de Nina, comme archevêque de Split (Spalato) et charge l'archevêque Valpert d'Aquilée d'effectuer cette promotion.

*Texte non transmis.*

*Mention:* Kontcharevitch, cf. Milasch, 77.

*Chronologie:* Bulich et Bervadi, 154, placent l'avènement de Théodore au siège de Split à la fin de 885 ou au début de 886.

*Authenticité:* Voir N. \*349.<sup>3</sup> (*Hujus numeri \*349 citamus infra notam criticam, quia et ipsa optime ostendit quanta cum accurata eruditio ne omnia exarat fuerint.*)

Ad+N. 349.

*Critique.* Ce N., ainsi que les NN. 353, 373, 421, 426, 519, 532, 589, n'est connu que par les Annales (*Ljetopis*) de Siméon Kontcharevitch, évêque dalmate orthodoxe du XVIII-e siècle. Cet ouvrage est encore inédit, mais Milasch, qui l'utilise dans sa *Pravoslavna Dalmacija* avec une foi aveugle, ne signale nulle part en quels documents ou quels manuscrits l'auteur a puisé ses renseignements et ses

<sup>1</sup> V. Grumel, *Regestes*, fasc. I, p. 53.

<sup>2</sup> Id., fasc. II, p. 107—108.

<sup>3</sup> Ibidem, p. 113. Asteriscus ante numerum positus indicat dubium de authenticitate.

textes. Ajoutez à cela le caractère tendancieux de ce nouvel apport, car le sentiment antiromain ou probyzantin y est constant, et l'on comprendra que nous ne pouvons que nous défier de cette source tardive et intéressée.<sup>1</sup>

Certe notitia quas retulimus ad acta minoris momenti referuntur. Sed praecise qua tales, clarius fortasse quam aliae testantur scientificam acribeiam viri erudit, qui nihil nempe negligit vel ex minimis documentis ad suam rem quomodocumque pertinentibus.

\*

Secunda autem series de „*Notitiis episcopatum*“ aget. Duo fasciculi jam in lucem prodierunt: *Corpus Notitarum episcopatum Ecclesiae Graecae*. Fasc. I: *Die genesis der Notitia episcopatum, Einleitung*, auctore E. Gerland. Fasc. II: *Les listes conciliaires de 394 et de 431*, auctoribus E. Gerland et V. Laurent.

Secundo huic fasciculo praeit biographica notitia de Ernesto Gerland (1870—1934), qui post mortem Henrici Gelzer († 1906) consilium susceperebat prosequendi labores magistri ad praeparandam editionem criticam „*Notitarum episcopatum*“, quin propter diversas difficultates rem complere potuisset. Defuncto Ernesto Gerland, R. P. Vitalianus Laurent, nunc director Instituti byzantini Assumptionistarum, opus inceptum continuare aggressus est. Ipse lectorem monet (pp. VII-IX) de mutationibus quas, consentiente Ernesto Gerland priusquam rebus humanis eximeretur, introduxit in critica catalogorum synodalium transcriptione. Notetur insuper haec animadversio quae differentiam inter primum et alterum fasciculum exponit: „ . . . En changeant de mains, l'ouvrage a, de plus, changé de langue: à l'allemand du fascicule I-er le français est ici substitué. Pourquoi? En raison même des constantes additions et des profondes modifications que le nouveau rédacteur s'est vu et se verra dans l'obligation d'apporter au texte primitif: il a dû rédiger de longs exposés complémentaires et de nombreux paragraphes. Dès lors, introduire, en les traduisant, ces nouveaux éléments dans l'ancien manuscrit exposait aux inégalités et à l'hybridisme. Il a donc paru plus expédient de repenser tout le texte en visant à l'unification et à la facilité de contrôle; ce qui n'eût pu s'obtenir aisément.“

<sup>1</sup> *Ibidem* p. 12.

ment si l'auteur-reviseur n'eût substitué à l'ancien son moyen naturel d'expression" (p. IX).

Nemo non videt hosce fasciculos critica eruditione refertos sum-mam profecto utilitatem praestare pro studiis orientalibus in genere, necnon pro studiis de re theologica, historica, liturgica ac canonica.

Eminentissimus Cardinalis Tisserant, Secretarius Sacrae Congregationis "Pro Ecclesia Orientali", haec nuperrime scribebat collectionis directori, die 26 novembris 1936: "... Mes félicitations au directeur de la collection et au P. Grumel. J'ai parcouru les premières pages, et j'ai admiré l'excellente technique de la présentation. On devine ce qu'il a fallu de travail souvent, et toujours de connaissance précise, pour rédiger les paragraphes sur la critique des documents de nature canonique; je pense que la Commission pour la codification du droit oriental saura s'en servir . . ."

Clarissimus Parisiensis professor Carolus Diehl magna cum laude de istis fasciculis locutus est in Academia Parisiensi quae vocatur „Académie des Inscriptions et Belles-Lettres“, in sessione diei 4 decembris 1936. Haec nempe legimus in commentariis hujus Academiae (*Bulletin de l'Académie des Inscriptions et Belles-Lettres*):

M. Charles Diehl entretient l'Académie des publications entreprises par l'Institut d'études byzantines des Augustins de l'Assomption, et insiste en ces termes sur leur importance pour l'histoire de l'empire byzantin.

„Le premier de ces ouvrages, dont l'auteur est le P. Grumel, a pour titre: *Les regestes du patriarcat de Constantinople*. C'est, disposée par ordre chronologique, l'analyse critique des actes émis par les patriarches, aussi bien ceux dont le texte nous a été conservé, que ceux qui nous sont connus par quelque texte historique. Ainsi, l'ouvrage forme le pendant des regestes des actes des empereurs byzantins que publie à Munich le docteur Doelger, et il n'a pas moins d'importance pour l'histoire religieuse de la monarchie et pour l'étude du droit canonique byzantin . . . L'autre ouvrage . . . a pour titre *Corpus notitiarum episcopatu m*. On sait l'intérêt historique qu'offrent les listes épiscopales, d'abord par ce qu'elles apprennent sur l'organisation religieuse de l'empire byzantin aux différentes époques de son histoire, mais surtout parce qu'on y peut suivre, par l'apparition dans ces listes de nouveaux sièges épiscopaux, les progrès du christianisme byzantin dans le monde oriental, et voir comment par l'œuvre des missions byzantines se sont répandues en Orient l'orthodoxie, l'influence et la civilisation de Byzance . . .

Telles sont les deux publications que nous envoie l’Institut d’études byzantines et elles attestent l’activité scientifique de cet Institut depuis longtemps connu par sa revue *Les Echos d’Orient*...<sup>1</sup>

Litterarum Universitates, Facultates theologicae, Bibliothecae, Academiae praesertim et Instituta quae res Orientis christiani juxta verum suum valorem aestimant atque colunt, cordi honorique habere debent hujusmodi instrumenta scientifici laboris sibi comparare. Neque fortasse haud abs re erit, practicae documentationis causa, lectores monere multo commodiores pretii conditiones fieri per modum subscriptionis toti collectioni.<sup>1</sup> Quod ad ipsum studium de Oriente christiano ad catholicam unitatem revocando pertinet, scientifica hujusmodi scripta certe cosiderari possunt et debent tanquam verus, ut aiunt, intellectualis apostolatus.

## FORMULAE PRAEVIAE AD DEFINITIONEM CONCILII FLORENTINI DE PROCESSIONE SPIRITUS SANCTI.

20. IV.—8. VI. 1439.

*P. Georgius Hofmann, S. J.*

I.

### Conspectus historicus<sup>2</sup>

Ultima sessio conciliaris publica, quae sine successu disputationibus solemnibus de Processione Spiritus S. finem imposuit, die 24 martii 1439 Florentiae habita est. Graeci nolebant amplius tractare de rebus unionis in sessionibus publicis, quamvis latini hoc desiderarent et quamvis inter utramque partem iam Ferrariae conventiones conclusae essent de disputationibus conciliaribus saltem bis hebdomade habendis. Papa Eugenius IV. pacis causa concessit, ut

<sup>1</sup> Subscriptiones mitti debent ad Directorem Instituti byzantini Aumptionistarum: R. P. Vitalianum Laurent (olim Chalcedone, Constantinopoli) nunc autem: Bucuresti. (Romania) 18, Str. Cristian Tell.

<sup>2</sup> R. P. Gordillo, vicepraesidi Pontificii Instituti Orientalium Studiorum, pro caritate mihi in manuscripto corrigendo praestita, gratias ago.

alia via quaereretur ad unionen habendam, et acceptavit die 20. aprilis consilium imperatoris byzantini Johannis VIII. Palaeologi die 15. aprilis coram cardinalibus Juliano Cesarini, Francisco Condulmer, Dominico Capranica aliisque delegatis latinis propositum et ab eodem imperatore die 17. aprilis Papae manifestatum: loco sessionum publicarum selecti sunt congressus delegatorum denorum ex utraque parte.

Deputati latini erant duo cardinales, duo archiepiscopi, duo abbaties, duo magistri („philosophi“), duo sacerdotes. Nomina eorum non sunt nobis tradita. Certe inter eos fuit cardinalis Cesarini<sup>1</sup>, probabiliter Ambrosius Traversari, generalis Camaldulensium, Joannes de Montenigro, provincialis ordinis Praedicatorum Delegati decem graecorum erant metropolitae,<sup>2</sup> quos imperator selegerat: Antonius Heracleensis,<sup>3</sup> Marcus Ephesimus, Isidorus Kioviensis, Dositheus Monembasiensis, Dorotheus Trapezuntinus, Metrophanes Cyzicenus, Bessario Nicaenus, tresque alii.

Quinque congressus inter dies 17. et 29. aprilis habitи sunt. Sed graeci iam post duos congressus a colloquiis cessare volebant; displicebat enim eis, quod latini duas eorum formulas concordiae tunc propositas reiecissent. Obtinuerunt tamen latini enixis precibus a graecis, ut ad tres ulteriores congressus accederent. Versus finem harum deliberationum latini graecis viva voce et mox scriptis declarationem propriam de unico principio spirationis in Sanctissima Trinitate dederunt.

Graeci in domo imperatoris die 29. aprilis coram patriarcha Joseph II. synodum habuerunt, deliberantes, quomodo primae schedulae latinorum responderent. Sed discordia inter eos erupit; aliqui enim dixerunt latinos semper idem dicere, alii latinos ne in uno quidem puncto graecis cedere, alii latinos tribuere Filio causalitatem relate ad Spiritum S., alii latinos duas causas et duo principia in Sanctissima Trinitate statuere, alii denique prudenter monuerunt collegas suos: „Considerate accurate scripturam latinorum“.

Post duos dies latini secundam schedulam aptissimam ad diffi-

<sup>1</sup> Hoc apparet ex eius sermone die 27. iunii 1439 habito et ab Andrea de Sancta Cruce relato; confer editionem Giustiniani 310—1.

<sup>2</sup> Praktika — Mansi 31 A: 972 B; Nickes 281.

<sup>3</sup> Forum nomina Syropulos VIII, 12 indicavit — Creyghton 234.

cultates praedictas solvendas miserunt. Graeci coram patriarcha per duos dies deliberantes tandem, die 5. maii, responsum ad duas schedulas latinorum redigerunt et mox latinis porrexerunt. Hi tamen hoc scripto, quod praecisione terminorum carebat, non fuerunt contenti, et petierunt explicationes de sensu aliquorum terminorum. Secuta est indignatio graecorum, qui responsum differebant, immo in patriam se velle redire dicebant. Imperator autem suos ad patientiam hortatus, die 10. maii, statuit se tractaturum esse cum Papa de quaestione controversa. Summus Pontifex eum die 13. maii ad audientiam admisit, et iterum die 15. maii. Hac die cardinalis Cesarini nomine Papae aperte imperatori declaravit latinos saepe frustra disputationes cum graecis petivisse, misisse eis professionem fidei, quam acceptare noluissent. Graeci, aiebat, miserunt nobis dogmata et dicta sanctorum et doctorum ecclesiae, sed explicationes eorum a nobis desideratas dare renuerunt.

Professio fidei latinorum, de qua cardinalis loquitur, coincidit probabiliter cum documento a Syropulo relato (Creyghton 236—7). Nam hic redactionem huius scripti tempori immediate<sup>1</sup> congressus quinque supradictos secuto, versus diem 29. aprilis, assignat, et tempori, quo imperator aegrotus<sup>2</sup> erat, inter dies 29. aprilis et 13. maii. Connexio primae et secundae schedulae latinorum in **Praktika**<sup>3</sup> enarratarum cum documento Syropuli patet, etsi huius scriptoris textus amplior est. Hic ut ultima redactio considerari potest.

Aliud documentum, scilicet „dogmata et dicta sanctorum et doctorum ecclesiae“ probabiliter est declaratio graecorum, cuius textum integrum Syropulos<sup>4</sup> tradidit. Recensio, quam **Praktika**<sup>5</sup> dant, est aut solum compendium aut redactio praeliminaris.

Textus de duodecim dubiis latinorum vel de eorum difficultibus circa terminos dogmaticos documenti praecedentis a Syropulo<sup>6</sup> est conservatus. Textus in **Praktika**<sup>7</sup> traditus aut est compendium aut redactio praeliminaris.

<sup>1</sup> Syropulos VIII, 13 = Creyghton 235.

<sup>2</sup> Ibidem.

<sup>3</sup> Mansi 31 A: 972 E—973 C, 973 D—E, 976 A; Nickes 282—3.

<sup>4</sup> Syropulos VIII, 17 = Creyghton 243—4.

<sup>5</sup> Mansi 31 A: 976 B—C; Nickes 283—4.

<sup>6</sup> Syropulos VIII, 16 = Creyghton 245—7.

<sup>7</sup> Mansi 31 A: 976 —E; Nickes 284.

Imperatori die 15. maii schedulam graecorum ut sufficientem designanti cardinalis Cesarini terminos adhuc explicandos indicavit.

De his duobus colloquiis imperatoris coram Papa die 13. et 15. maii habitis patriarcha graecus in synodo suorum die 17. maii informationes dedit. Imperator die 21. maii denuo a Papa obtinere studuit, ut controversiae cessarent. Hic ad eum tres cardinales misit, Condulmer, Cesarini, Capranica, et iterum ursit, ut graeci explicationes iam prius desideratas (confer duodecim dubia latinorum) darent, hortatusque est eos, ut in primis vocem *per, diuā* explanarent.

Sed cardinales neque die 21. maii neque die sequenti ab imperatore explicationes supradictas obtinuerunt. In his circumstantiis Papa vocavit ad se imperatorem festo pentecostes, die 24. maii, vespere, eique aperuit, quo dolore propter negligentiam graecorum afflictus esset, et exclamavit: „Aut acceptate professionem fidei vobis missam aut explicate vestram, quam misistis“. Imperator notavit synodales graecos non esse inter se concordes et ab horrere in primis a voce *ex filio*. Tunc Papa imperatori annuntiavit se desiderare synodum graecorum coram se. Venerunt ergo die 27. maii graeci sine imperatore et patriarcha ad Papam, qui circumdatus erat a novem cardinalibus, Antonio Bononiensi, Branda Placentino, Francisco Veneto (Condulmer), Nicolao (Albergati) S. Crucis, Angelotto S. Marci, Juliano (Cesarini) S. Sabinae, Jeanno Vitelleschi Florentino, Prospero (Colonna) S. Georgii, Dominico (Capranica) S. Mariae in Via Lata multisque episcopis. Papa per interpretem longum sermonum habuit de studio suo circa opus sanctae unionis, de conventionibus conclusis inter latinos et graecos circa discussiones publicas ter hebdomade faciendas, de sua benignitate, qua graecis viam congressum privatorum concessit, de suo dolore, quod graeci usque huc explicationes ad propriam schedulam dare recusassent. Denique graecos inflammare studuit ad zelum pro causa unionis, quae eorum animis corporibusque et patriae prodesset. Nomine graecorum Isidorus Kioviensis ea, quae a Sanctitate Sua prolata fuerunt, ut sancta et iusta designavit, sed magnas res aiebat requirere magnas curas, et considerationes, graecosque nondum pervenisse ad solutionem pacificam ne inter suos quidem. Patriarcha de his rebus certior factus misit ad imperatorem quatuor metropolitas, Isidorum, Bessarionem, Methodium Lacedaemonium,

niensem, Dorotheum Hitylenensem; qui de actis coram papa ei die 27. maii relationem fecerunt, simulque cum magna instantia pro unitate concludenda locuti sunt: „Si tua maiestas imperialis non vult amplecti unionem, aiebant, nos uniemur.“ Haec verba imperatorem movebant, ut iam in proximum diem 28. maii, synodum graecorum in domo patriarchae habendam indicaret; ad hanc et ipse venit.

Congregatos imperator de unione amplectanda hortatus est. Legebantur tunc auctoritates Patrum orientalium et occidentalium de processione Spiritus S. Lectio die sequenti continuabatur. Omnes fere synodales concordiam esse inter illas auctoritates admitebant et Marci Eugenici difficultatem contra authenticitatem codicium Patrum latinorum reiciebant. Ad hanc conclusionem praeparandam sine dubio sermo magnus Bessarionis, iam die 13. et 14. aprilis habitus, efficax fuit.

Progressus Magnus in quaestione ita acriter tamdiu agitata in synodo graecorum die 30. maii habitus est. In hac Georgius Scholarius, patriarcha Joseph II., Isidorus, Bessario, Dorotheus, Mitylenensis, ipseque imperator vota emiserunt iam proxime ad postulata latinorum accendentia. Omnes graeci, excepto Marco Eugenico, tribusque aliis metropolitis, die 3. iunii votum novum patriarchae de processione Spiritus S. etiam per Filium (praepositione *per* in sensu causalitatis explicite affirmata) acceptaverunt. Die sequenti, 4. iunii, renovaverunt votum et tomum in tribus exemplaribus redegerunt, quorum unum pro papa, alterum pro imperatore, tertium pro patriarcha destinabant. Die 4. iunii documentum papae missus est, et in praesentia eius et cardinalium textus recitatus est et generaliter approbatus. Mane 5. iunii debuerunt adhuc ex utraque parte deni eligi, qui redactionem definitivam articuli de processione Spiritus S. perficerent. Coram cardinalibus delegati deni utriusque partis legerunt illo die denuo tomum; latini optabant adhuc, ut formula *per filium* non in ipsa definitione, sed alibi in tomo poneretur. De qua re sabbato et dominica mane disputatum est, usquedum graeci consenserunt. Deputati graeci debuerunt tomum ita correctum denuo synodo graecorum praesentare, id quod peregerunt vespere dominicae, 6. iunii, in domo imperatoris coram omnibus episcopis, hegumenis, sacerdotibus clericisque. Iterum in tribus exemplaribus tomus correctus secundum mentem Papae scriptus est. Graeci die

8. iunii coram Papa tomum novum legerunt; hic eum approbavit et ordinavit, ut graeci eodem die hora vicesima redirent, ut tomus interim latine versus et scriptus legeretur publice. Voluntati Papae graeci satisfecerunt cum gaudio universali. Tunc Summus Pontifex ad imperatorem misit archiepiscopum latinum Candiae, Fantinum Valaressi, episcopum Coronensem Christophorum Garatoni, et magistrum Thomam, ut ei omnia de unione facta nuntiarent. Die 10. iunii mane allocutus est Papa quattuor metropolitas graecos deputatos, Isidorum, Bessarionem, Dorotheum Trapezuntinum, Dorotheum Mitylenensem. Summus Pontifex desideravit, ut post concordiam de processione Spiritus S. iam habitam caeterae quaestiones controversae tractarentur, de purgatorio, de primatu papae, de azymo, de sacrificio Missae. Ipsa definitio conciliaris die 6. iulii 1439 promulgata, in articulo de processione Spiritus S. ad formulam concordiae die 8. iunii 1439 conclusam rediit, aliquibus amplificationibus adjunctis.

## II.

### **Fontes formularum.**

Prima declaratio graecorum (documentum n. 1), versus diem 17. aprilis latinis facta, innititur epistola<sup>3</sup> S. Maximi ad Marinum presbyterum, in primis formula ibidem expressa: „*non quod filium spiritus causam faciant* (latini)“. Latini eodem die hunc textum de causa *primordiali* Spiritus S. intelligentes explicite libros S. Augustini, Hieronymi, Ambrosii citant, qui formulam „*spiritum sanctum ex patre et filio procedere*“ tradunt.

Altera declaratio graecorum (documentum n. 2), die sequenti latinis facta, ut viam unionis proponit professionem fidei Tarasii<sup>4</sup> patriarchae Constantinopolitani in septimo concilio oecumenico approbatam formulam hanc continentem: „*Spiritus sanctus per Filium procedit.*“

Prima schedula latinorum (documentum n. 3) ante diem 29. aprilis

<sup>3</sup> Iam post sessionem publicam 17. martii graeci in synodo particulari suorum hanc epistolam consideraverunt. Mansi 31-A: 877-C; Vickes 267; ibidem etiam textus epistolae. Confer Migne P. G. 91: 136A-B.

<sup>4</sup> Mansi 12: 1121 D.

graecis porrecta, ex parte repetit ea, quae Joannes de Montenigro<sup>1</sup> in sessione publica die 17. martii 1439 dixerat, in concordia cum definitione concilii Lugdunensis II. (Denzinger 460).

Secunda schedula latinorum (documentum n. 4), duobus diebus post primam graecis missa, innititur quoad partem finalem definitione concilii Lugdunensi II., quamvis eam non nominet; in ea parte, qua inter substantiam et personas divinas differentiam non re, sed ratione statuit, terminologiam S. Thomae Aquinatis secuta est, quam saepius Joannes de Montenigro in sessionibus publicis iam inculcaverat (e. gr. 2. martii 1439). Adsunt in schedula etiam repetitions verbales aliquorum locorum<sup>2</sup> sermonum Joannis de Montenigro in eodem concilio antea habitorum.

Formula concordiae (documentum n. 5), a latinis post diem 29. aprilis graecis proposita, a Syropulo conservata, in parte principali definitionem concilii Lugdunensis II. repetit, eamque amplificat, sententiis iam a Joanne de Montenigro in concilio prolatis usa.

Graecorum responsum (documentum n. 6), die 5. maii latinis porrectum, expresse citaf' S. Cyrillum Alexandrinum, primum concilium oecumenicum et S. Basilium.

Formula concordiae graecorum (documentum n. 7) imitatur non solum in compositione externa schedulam concordiae latinorum, sed etiam aliquas eius partes verbotenus assumit, imprimis quoad expositionem sententiae latinorum. Pars essentialis, quae professionem fidei graecorum continet, processionem Spiritus Sancti a Patre per Filium affirmat, citationibus etsi non nominatis eisdem usa ac in documento praecedenti. De origine huius formulae concordiae Syropulos nobis indicat.<sup>3</sup> Isidorum metropolitam Kiovensem ex codice Becci auctoritates Patrum orientalium mutuasse, sententiam concilii I. oecumenici (iuxta acta apocrypha)<sup>4</sup> Κάκεῖνο δὲ νοητέον, ὃ φίλε λοιπὸν τῆς ἀληθείας φιλόσοφε, εὔρηται τὸ πνεῦμα ἐκπορευόμενον μὲν ἐκ τοῦ πατρός, ἕδιον δὲ τοῦ νιοῦ καὶ ἐξ αὐτοῦ ἀναβλύζον. Praeterea sciendum, philosophē, amice veritatis: Spiritus

<sup>1</sup> Mansi 31A : 873 Dsqq., Nickes 265—6.

<sup>2</sup> Mansi 31 A: 832 (C—D; 888 E 199. Nickes 238, 269.

<sup>3</sup> Syropulos VIII., cap. 16 = Creyghton 242—2.

<sup>4</sup> Mansi 2: 868 B, C—D; citatio est prolata, sicut habetur in BECCUS, epigraphē = 1 Migne PG 141: 616 C.

Sanctus a Patre procedens reperitur, proprius Filio et ab eo<sup>1</sup> scaturiens; praeterea verba S. Cyrilli Alexandrini: οὐσιωδῶς ἐξ ἀμφοῖν ἥγονν ἐκ πατρὸς δι' νίοῦ προχεόμενον πνεῦμα substantialiter ex ambobus scilicet ex Patre per Filium profluens Spiritus". Formula concordiae iuxta testimonium eiusdem Syropuli<sup>2</sup> a Georgio Scholaris redacta est.

Latini formula concordiae graecorum non fuerunt contenti, sed a his explicationes de sensu complurium terminorum petebant. Si omittimus textum breviorem in PRAKTIKA traditum (documentum n. 8) et mentem convertimus ad recensionem longiorem Syropuli 12 quaestiunculas continentem (documentum n. 9) notare volumus scriptum latinorum complura loca concordiae graecorum citasse verbo tenus, et formulam concordiae latinorum commemorasse.

Sermo<sup>3</sup> cardinalis Cesarini die 15. maii habitus (documentum n. 10) professionem fidei, scilicet schedulam secundam latinorum, vel concordiae formulam latinorum, responsum graecorum et quaestiunculas latinorum nominat.

Hortatio papae<sup>4</sup> die 21. maii ad imperatorem facta (documentum n. 11) professionem fidei supradictam commemorat.

Sermo papae die 27. maii habitus (documentum n. 12) de tribus documentis agit, de professione fidei latinorum, de responso graecorum, de quaestionibus latinorum.

Sententiae<sup>5</sup> Georgii Scholarii, patriarchae Joseph II. Isidori Kiovensis Bessarionis, Dorothei Mitylensis (documenta 13 a—e) in synodo graecorum prolatae die 30. maii sunt conclusio ex lectione Patrum orientalium et occidentalium die 28. et 29. maii in synodo graecorum habita, sicut ex textu votorum supradictorum apparet. Dorotheus Mitylenensis praeterea sententiis a Joanne de Montenegro in sessionibus publicis concilii recitatis et Sacra Scriptura (Joh. XIV. 9—10) usus est.

Sententia unanimis fere synodi graecae die 3. iunii prolata (do-

<sup>1</sup> S. CYRILLUS, *De adoratione et cultu in spiritu et veritate* I = Migne PG 68: 148 A; citatio vero profertur sicut in BECCUS, *epigraphe* 1 = Migne PG 141 618 B.

<sup>2</sup> Syropulos VIII, 16 = Greyhton 243.

<sup>3</sup> Mansi 31 A: 977 D—E, 980 A—B; Nickes 285—6.

<sup>4</sup> Mansi 31 A: 980 E; Nickes 287.

<sup>5</sup> Mansi 31 A: 992 E 199; Nickes 294—5.

cumentum r. 14) et in tribus exemplaribus die 4. iunii redacta (documentum n. 15) partem essentialē concordiae latinorum verbottenus fere amplexa est; de redactione et correctione tomī concordiae graecorum inter dies 6. et 8. iunii confer documenta n. 16 et 17.

Hic tomus graecorum ante correctionem continebat sententiam synodi graecae die 3. iunii habitae, adiecta tamen formula *a Patre per Filium*, eaque in parte centrali („definitione“) posita. Praecise de mutatione loci huius formulae correctio agebat, quae secundum mentem decem deputatorum latinorum a graecis peracta est.

Tomus graecus ita correctus a Papa die 8. iunii ante prandium, approbatus est, et redactio latina eiusdem tomī vespere eiusdem diei (confer documentum n. 17). Textus latinus (documentum n. 18), qui solus nobis conservatus est, formulam primam concordiae latinorum usque huc solum grecce traditam magna ex parte verbottenus repetit.

Redactio definitiva in bullā unionis graecorum habetur (documentum n. 19).

Prooemium et pars historica (narratio) huius documenti n. 19 cum documento n. 8 verbottenus fere coincidunt, sed ipsa definitio, quae incipit: „*In nomine igitur S. Trinitatis*“ amplificat definitionem concilii II. Lugdunensis<sup>1</sup>, quae in documento n. 18 adhuc simpliciter assumpta erat.

### III.

#### **Ordo formularum iuxta relationem cardinalis Cesarini.**

Vicissitudines diversas, quas deliberationes latinorum et graecorum inter dies 17. aprilis et 8. iunii (ante mortem patriarchae) 1439 habuerunt, succincte et limpide cardinalis Cesarini coram papa et cunctis synodalibus latinis die 27. iunii in cappella maiore palatii apostolici (S. Maria Novella) haec exposuit, quae ex manuscripto vaticano latino 4119: 150<sup>r</sup> — 150<sup>v</sup>, copia primaria Andreae de S. Cruce, edam<sup>2</sup>:

Vaticamus latinus 4119: 150<sup>r</sup>—150<sup>v</sup>.

<sup>1</sup> Mansi 24: 81 B.

<sup>2</sup> Editio enim GIUSTINIANI in compluribus locis est imperfecta immo aliqua omittit.

Giustiniani 316—7.

Tertio de processione Spiritus sancti, et illa publice, ut audistis, sed demum visum est imperatori et Graecis, ut cessaretur a disputatione et veniretur ad tractatus certos, sperantes ex eo dari finem, et volebant, quod pauci essent, et quia, ut obtemperaretur voluntati suae, non potuerunt omnes paternitates vestrae requiri, sed certi deputati sunt. Et quia materia processus erat gravior, incoepserunt plures tractatus, in illo sperantes, ut illo concluso in aliis non multum remanerent differentiae, et fuerunt adiunctae multae difficultates et multi modi.

Primo dicebant Graeci, ut diffineretur, quod Spiritus sanctus procederet a Patre per Filium; per deputatos fuit reiecta illa via per multas rationes.

Fuit proposita alia, quod ibi confiterentur bene tenere et nos, et quod ipsi bene tenerent secundum suum intellectum. Ista via fuit reiecta per nos, quia veritas non capit divisionem.

Deinde data est alia, quod declararetur, quod Spiritus sanctus et profluit a Patre et Filio, ab[h] orientibus Graecis verbum *procedere*; et per nos fuit reiecta haec via, quia verba haec haberent dubitationem, et ideo non essent ponenda in diffinitione. Deinde dicebatur, quod differentia non erat, an Spiritus sanctus emanaret vel non emanaret aut proflueret, sed an procederet, et ideo non diffineretur per haec contentio, quae erat.

Deinde fuit propositum, ut diffineretur, quod procedit a Patre et Filio, et a Patre per Filium; et haec via non visa est bona, quia posset fieri mala interpretatio, ut verbum *et* exponeretur in *per*. Dicebatur, quod haec via declararet, quod Filius esset causa, et quod non erat bonus modus pronuntiandi, quia esset dubia sententia, quae debet esse certa.

Deputati Sanctissimi Domini nostri et paternitatum vestrarum semper steterunt constantes, ut diffineretur difficultas secundum dogma sanctae romanae Ecclesiae. Et post multos labores aliquando fuimus propinquiores desperationi quam conclusioni, sed quia Deus vult agnosciri, quod a se cuncta procedunt, cum magis eramus discordes, isti domini graeci assenserunt cedulae deputatorum. Unde habemus reddere gratias Deo, quod ita simpliciter assenserunt cedulae nostrae.

Et licet in concilio Lug[d]unensi fuerit conclusum, quod procedit

Spiritus sanctus a Patre et Filio, hic tamen dicitur in cedula nostra, quod aeternaliter fuit a Patre et Filio, et plura verba, prout continetur in cedula nostra, qua plures difficultates tollunt.

#### IV.

#### Textus.

Documenta sunt ita selecta, ut origo historico-dogmatica definitionis concilii Florentini de processione Spiritus S. melius cognosci possit. Hoc propositum difficultatibus non caruisse patet; nam protocollum concilii nobis adhuc deest, exceptis actibus notarilibus de primis sessionibus Ferrariensibus. Debuerunt singula elementa ex diversis fontibus, scilicet PRAKTIKA (actis anonymis, Dorotheo Mitylensi generaliter nunc attributis), Collationibus ANDREAE DE S. CRUCE, advocati consistorialis, SYROPULO erui, ordinari, componi ad imaginem vivam de discussionibus inter deputatos latinos et graecos depingendam. Alia difficultas ex eo devenit, quod nondum habemus editiones criticas horum trium operum historiorum supranominatorum. Ideo auctor manuscripta autographa Andreae de S. Cruce et Syropuli consuluit. Quod ad PRAKTIKA pertinent, nondum potuit editio critica paeberi, quamvis plus quam 20 codices consultati fuissent. Ex quorum usu saltem hoc elucet editionem primam sub Papa Gregorio XIII. Romae anno 1577 factam et ab editoribus conciliorum repetitam posse adhuc ut bonam designari. Ideo hanc secuti sumus, citavimus tamen eam iuxta MANSI, quia haec editio non ita raro invenitur. Indicavimus etiam paginas editionis a NICKES O. S. B. Romae 1864 factae, quae probabiliter illam primam editionem vel codicem eius ut normam habuit; concordat enim cum illa, licet in primis 47 paginis et in textu bullae unionis graecorum aliquando lectiones diversas in margine notaverit. Dolendum est, quod neque editio anni 1577 neque altera anni 1864 codicem vel codices indicaverint. Aliquando occurrerunt nobis in codicibus Vindobonensibus, Hist. eccl. gr. 14 (anni 1506) et Hist. eccl. gr. 17 (saec. XV) lectiones meliores; praeterea textum, qui sententiam patriarchae Joseph II. 30. maii prolatam continet, comparavimus etiam cum codicibus vaticanis Palatino gr. 285 et

Ottobon. gr. 171 et in primis cum autographo Syropuli, Parisino  
gr. 427.

Versionem latinam PRAKTIKA a Johanne Matthaeo Cariofilo factam et ab editoribus conciliorum Harduin, Labbe, Mansi repetitam aliquando correximus, item versionem latinam Syropuli ab editore Creyghton praestitam. Pro versione latina termini graeci ἐκπορεύεσθαι possunt bene consuli ea, quae habet JUGIE<sup>1</sup> in libro recentissimo. Citationes, quae in textibus habentur, notavi. Regestum omnibus documentis praefixi, ibidem codices et editiones indicavi.

1.

**Prima declaratio graecorum.**

*post diem 17. aprilis 1439.*

*In primo congressu deputatorum latinorum et graecorum hi epistolam S. Maximi ad Marinum presbyterum ut fundamentum concordiae proponunt; latini eam in sensu S. Augustini, Ambrosii, Hieronymi interpretantes Patrem ut causam (principium) primordialem Spiritus S. agnoscant.*

*Vindobenensis graecus 17 146<sup>r</sup>—186<sup>v</sup>; num 17: 148<sup>v</sup>.*

*Mansi 31 A : 972 B—D; Nickes 281.*

*Oἱ δὲ γραῖκοὶ συνήχθησαν πάντες μητροπολῖται, οὓς ὥρισεν ὁ βασιλεὺς, ἔως τῶν δέκα, καὶ ἀπῆλθον μίαν συνέλευσιν.*

*Καὶ ἐξήτησαν οἱ γραῖκοὶ στεργχθῆναι τὴν ἐπιστολὴν τοῦ ἀγίου Μαξίμου τὴν φάσκουσαν,<sup>2</sup> οὐ καὶ τίαν ποιοῦντες τὸν νίον τοῦ πνεύματος.*

Graeci vero convenerunt, decem metropolitae, quos imperator voluit, et primam sessionem celebravere.

Petierunt ergo graeci, ut epistola S. Maximi reciperetur, quae dicit: *non quod Filium Spiritus causam faciant.*

<sup>1</sup> MARTINUS JUGIE A. A., *De processione spiritus sancti ex fontibus revelationis et secundum orientales dissidentes*, in *Lateranum. Nova series*, 2 (1936) 5—6, 13—16.

<sup>2</sup> Migne PG. 91:136 A.

*Καὶ οἱ λατῖνοι ἀπελογήσαντο·  
οὐδὲ ἡμεῖς λέγομεν προκαταρκικὴν  
αἰτίαν τὸν νίὸν τοῦ πνεύματος.*

*μίαν γὰρ λέγομεν νίοῦ καὶ πνεύματος τὸν πατέρα αἰτίαν, τοῦ μὲν  
κατὰ τὴν γέννησιν, τοῦ δὲ κατὰ  
τὴν ἐκπόρευσιν.*

*ἀλλ' ἵνα τὸ συναφὲς καὶ ταῦτὸν  
τῆς οὐσίας καὶ ἡμεῖς δηλώσωμεν,  
καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον διὰ τοῦ νίοῦ  
προϊέναι λέγομεν, καὶ τὸ ἀχώριστον  
τῆς οὐσίας τῶν ὑποστάσεων  
σαφῶς διμολογοῦμεν.*

*ὅ γὰρ νίός ἐστιν οὐσιωδῶς νίὸς  
τοῦ πατρός, τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἄγιον  
ἐστὶν οὐσιωδῶς πατρὸς καὶ νίοῦ.*

*ἐπειδὴ δὲ οὐσιωδῶς τοῦ πατρὸς  
καὶ τοῦ νίοῦ ἐστιν, ἔστι δὲ ἀχώριστος ἡ οὐσία τῆς ὑποστάσεως, ἔστιν  
ἄρα τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον καὶ ἐκ τῆς  
ὑποστάσεως τοῦ νίοῦ.*

*Αλλὰ καὶ ἂς λέγει ὁ Μάξιμος  
χρήσεις φωμαίων ἀγίων πατέρων,  
οὕκ εἰσιν ἄλλαι, εἰ μὴ Αὐγουστίνου,  
Ιερωνύμου, Ἀμβροσίου καὶ τῶν  
λοιπῶν, ὃν αἱ βίβλοι σαφῶς διμολογοῦσι,*

*τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον ἐκπορεύεσθαι  
ἐκ πατρὸς καὶ νίοῦ.*

*Ταῦτα εἰπόντων ἐλύθη ἡ συνέλευσις αὕτη ἡ μυστική.*

*Et latini responderunt: ne nos  
quidem affirmamus Filium esse  
causam primordialem Spiritus  
Sancti;*

*unam enim asserimus Filii ac  
Spiritus causam, Patrem, illius  
quidem secundum generationem,  
huius vero secundum processio-  
nem;*

*sed ut communionem identita-  
temque substantiae nos quoque  
significemus, et Spiritum Sanctum per  
Filiū procedere asse-  
rimus, et inseparabilem esse ab  
personis substantiam aperte pro-  
fitemur;*

*nam Filius substantialiter est  
Filius Patris, Spiritus Sanctus est  
substantialiter Patris et Filii;*

*quia substantialiter Patris et  
Filii est, substantia autem non  
est separata a persona, Spiritus  
Sanctus ergo est etiam ex per-  
sona Filii.*

*Quas vero Maximus dicit sanc-  
torum romanorum Patrum sen-  
tentias, eae non sunt, nisi Au-  
gustini, Hieronymi, Ambrosii et  
reliquorum, quorum libri mani-  
feste asserunt,*

*Spiritum Sanctum ex Patre et  
Filio procedere.*

*Cum haec illi dixissent, hic  
congressus secretus dimissus est.*

## 2.

## Altera declaratio graecorum.

*uno die post priorem.*

*In altero congressu deputati graeci epistolam S. Tarasii patriarchae ut fundamentum concordiae latinis proponunt; hi in recta interpretatione praepositionis per in formula Tarasii insistunt.*

*Vindobonensis graecus 14:186<sup>v</sup> um; 17:148<sup>v</sup> — 149<sup>r</sup>.*

*Mansi 31 A: 972 D—E; Nickes 281—2.*

*Tῇ δὲ ἐπαύριον πάλιν συνῆλθον, καὶ προσήγαγον τὴν δύμολογίαν τοῦ ἀγίου Ταρασίου πατριάρχου Κωνσταντινούπολεως τὴν λέγονσαν, δτι τὸ πνεῦμα τὸ ἀγιον ἐκπορεύεται διὰ τοῦ νίοῦ, δισχυριζόμενοι, δτι ἵνα συμφωνήσωσι λέγοντες καθὼς ὁ Ταράσιος·*

*ἀλλ’ οἱ λατῖνοι τὴν διὰ ταύτην καλῶς ἐξηγήσαντο ὡς ἔβούλοντο,<sup>1</sup> λέγοντες· δτι ἡ διὰ ταύτη ἐτέρα ἐστὶ τῆς ἐκ, ἢ οὐ;*

*Ἄντοκρίνονται οἱ γραῖκοι· ἐτέρα ἐστὶ.*

*Λέγουσι οἱ λατῖνοι. εἰ<sup>2</sup> λοιπὸν ἐτέρα ἐστὶν ἡ ἐνέργεια τῆς ἐκ, καὶ ἐτέρα ἐστὶν ἡ ἐνέργεια τῆς διά, ἐσονται<sup>3</sup> κατὰ τὴν ἀπόκρισιν δύο ἐνέργειαι, μία ἡ τοῦ πατρός, καὶ ἄλλη ἡ τοῦ νίοῦ.*

*ἀλλὰ τοῦτο ἐστιν ἀτοπον, ἀλλὰ τὴν διὰ οὐδὲ ὅλως δεχόμενα, φο-*

*Postridie russus convenerunt, et confessionem sancti Tarasii patriarchae Constantinopolitani attulerunt, dicentem: *Spiritus Sanctus per Filium procedit*; institeruntque, ut concordarent dicentes sicut Tarasius;*

*sed latini vocem *per* bene explicaverunt, dicentes:*

*estne vox *per* diversa a voce *ex*, an non?*

*Responderunt graeci:*  
*diversa est.*

*Dicunt latini: si caeterum alia est actio vocis *ex* et alia est actio vocis *per*, erunt iuxta responsum duae actiones, una Patris, altera Filii;*

*sed hoc est absurdum, immo vocem *per* nulla ratione admitti-*

<sup>1</sup> Duo codices Vindobonenses omittunt: ὡς ἔβούλοντο.

<sup>2</sup> codices Vindob. habent: *Kai*

<sup>3</sup> codices Vindob. habent: *καὶ ἐσονται.*

βούμενοι τὸ δὶα σωλῆνος ἢ δὶ δογάνου δόγμα.

ἀλλὰ λέγομεν, δτι ἐκπορεύεται τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ νίοῦ, ὡς ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς καὶ ἐνεργείας.

Τούτων καὶ ἀλλων δμοίων λαληθέντων ἐλύθη καὶ αὕτη ἡ μυστικὴ συναγωγή.

mus, quia timemus dogma illud *per canalem sive per instrumentum*.

Dicimus vero Spiritus Sanctus ex Patre et Filio procedit, tamquam ab uno principio et una actione.

His et aliis similibus dictis dimissa est etiam ista synodus secreta.

### 3.

#### Schedula prima latinorum.

*ante diem 29. aprilis 1439.*

*Latini se unicum principium spirationis Spiritus Sancti agnoscere declarant, scilicet Patris et Filii actionem productricem (spirantem), at se non negare Patrem ut principium primordiale Spiritus Sancti neque confundere duas personas Patris et Filii:*

*Vindobonensis graecus 14: 186<sup>v</sup>—187<sup>r</sup>; 17: 149<sup>r</sup>—149<sup>v</sup>.*

*Mansi 31A: 972E—973C; Nickes 282—3.*

Καὶ πλέον οὐκ ἥθελον οἱ γραϊκοὶ συνέρχεσθαι μὴ ἔχοντες ἔτερον ξήτημα· ἀλλ’ οἱ λατīνοι ἐσπούδασαν, καὶ συνήχθησαν οἱ γραϊκοὶ τρεῖς συνελεύσεις καὶ ἐποίησαν δτι ἔδωκαν οἱ λατīνοι εἰς τὴν διὰ τοῦ νίοῦ φωνὴν ἐξήγησιν λέγοντες οὕτως.

Ἐπειδὴ ὑποπτεύοντι οἱ γραϊκοὶ ἡμᾶς λέγοντας δύο ἀρχὰς καὶ δύο αἰτίας ἐπὶ τῆς ἀγίας καὶ δμοουσίου τριάδος, λέγομεν

τὸν σ λέγοντας δύο ἀρχὰς ἢ δύο αἰτίας, ἀνάθεμα,

Et graeci nolebant amplius convenire, non habentes, quid ultra proponerent; sed latini zelabant, et graeci ad tres congressus converunt, et effecerunt, ut latini de voce *per filium* hanc explicationem darent:

Quoniam graeci suspicantur, nos duo principia et duas causas de sancta et consubstantiali Trinitate affirmare, profitemur:

Iis, qui dicunt: *duo principia sive duas causas*, anathema.

ἀλλ' ἡμεῖς μίαν ἀρχὴν ὁμοιογοῦμεν, τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ νίοῦ τὴν ἐνέργειαν καὶ τὴν προβλητικὴν δύναμιν

καὶ οὐ λέγομεν, διὰ ἐκπορεύεται καὶ τοῦ νίοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον ὃς ἐξ ἀλλῆς ἀρχῆς καὶ αἰτίας

δυδὲ ὡς τὴν ὑπαρξιν ἔχων ὁ νίος τοῦ πνεύματος.

μίαν γὰρ γινώσκουμεν τὸν πατέρα αἰτίαν καὶ φύσαν καὶ πηγὴν τῆς θεότητος.

Ἄλλ' οὐδὲ λέγομεν ἐν πρόσωπον τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ νίοῦ, διὰ τὸ λέγειν μίαν ἐν ἐργειαν τοῦτο γάρ ἔστιν ἄτοπον·

ἀλλὰ λέγομεν δύο ὑποστάσεις καὶ μίαν ἐνέργειαν καὶ μίαν προβλητικὴν δύναμιν καὶ ἐν τὸ προβαλλόμενον ἐκ τῆς οὐσίας καὶ τῆς ὑποστάσεως τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ νίοῦ.

Διὰ τοῦτο καὶ ἐν τῷ ἴερῷ συμβόλω ἀνεπιύχθη καὶ ἐσαφῆνίσθη, ὥνα μὴ κατὰ μικρὸν ἀντιλέγοντες, διὰ αἰτίας νίος τοῦ πνεύματος, πέσωσιν εἰς δόγμα, χρόνον ποιοῦντες ἐν μέσῳ πατρὸς καὶ νίοῦ.

Οἱ γὰρ μὴ λέγοντες, διὰ ἐκπορεύεται καὶ ἐκ τοῦ νίοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον, σαφῶς παριστῶσι λοιπόν, διὰ ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς, καὶ εἰ ἐκ μόνου τοῦ πατρός, ἔστιν δτε οὐκ ἦν ὁ νίος.

Εἰ δὲ λέγουσιν, διὰ ἐκ μόνης τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως, χωρίζουσι

Sed nos unum principium profitemur, Patris et Filii actionem et productivam potentiam

et non dicimus: Spiritus Sanctus etiam ex Filio tamquam ex alio principio et alia causa procedit.

neque dicimus, quod Filius causa primordialis Spiritus Sancti sit;

nam unam novimus causam et radicem et fontem divinitatis, Patrem.

Neque affirmamus unam personam Patris et Filii, dicendo: *una actio*; hoc est enim absurdum;

sed duas personas dicimus et unam actionem et unam potentiam productivam et unum, quod ex substantia et persona Patris et Fillii producitur.

Ideo hoc etiam in sacro symbolo explicatum et declaratum est, ne paulatim negantes Filium esse causam Spiritus, cadant in dogma, constituentes tempus inter Patrem et Filium.

Etenim qui negant Spiritum Sanctum etiam ex Filio procedere, manifeste profecto declarant, quod ex solo Patre; et, si ex solo Patre, fuit ergo quando non erat Filius.

Si vero dicunt, quod ex sola paterna hypostasi, separant re

τὴν οὐσίαν πράγματι τῆς ὑποστάσεως, καὶ εὑρίσκεται κατ' αὐτὸν ἡ οὐσία εἰς τμήματα, δπερ ἐστὶν ἀτοπον διὸ καὶ ἐτέθη ἐν τῷ ίερῷ συμβόλῳ, ὡς ἔφημεν.

Ταῦτα τῶν λατίνων γραψάντων καὶ τοῖς γραϊκοῖς στειλάντων, τῇ ιδῇ τοῦ ἀπριλίου μηνός, ἡμέρᾳ δῇ τοῦ παραλύτου, συνήχθησαν ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ βασιλέως οἱ γραϊκοί.

substantiam a persona, atqui invenitur secundum eos substantia in partes divisa, id quod est absurdum; ideo etiam in symbolo positum est, sicut diximus.

Cum latini haec scripsissent et graecis misissent, graeci vicesimo nono mensis aprilis feria quarta „de paralytico“, in domu imperatoris convenerunt.

#### 4.

### Altera schedula latinorum

die 2. maii 1439.

*In hac schedula, ad formam professionis fidei redacta, latini pres-sius ea evolvunt, quae iam in priore schedula graecis exposuerunt. Vindobonensis graecus 14:187<sup>r</sup> — 187<sup>v</sup>; 17:149<sup>v</sup>. Mansi 31 A:973 D — E, 976 A; Nickes 283.*

Δύο οὖν ἡμερῶν διαγενομένων πάλιν οἱ λατῖνοι ἀπέστειλαν πρὸς τοὺς γραϊκοὺς ἐτέραν γραφὴν περιέχουσαν οὕτως.

Ἐπειδὴ οἱ γραϊκοὶ δύο ἀρχὰς καὶ δύο αἰτίας συκοφαντοῦσιν ἡμᾶς λέγειν ἐπὶ τῆς ἀγίας καὶ δμούσιον τριάδος, λέγομεν ἐγγράφως οὕτως.

Πιστεύομεν εἰς ἓνα θεὸν πατέρα, καὶ εἰς ἓνα νίδν μονογενῆ, γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς, καὶ εἰς ἓν πνεῦμα ἄγιον, ἐκ τοῦ πατρὸς μὲν τὴν ὑπαρξιν ἔχον, καθώσπερ καὶ δ νίός, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ νιοῦ ἐκπρενόμενον·

Duobus ergo lapsis diebus, rursus latini miserunt ad graecos aliam scripturam. Haec ita habebat:

Quoniam graeci suspicantur nos affirmare duo principia et duas causas in sancta et consubstantiali Trinitate, exponimus scriptis haec:

Credimus in unum Deum Patrem et in unum Filium unigenitum ex Patre natum et in unum Spiritum Sanctum habentem quidem ex Patre suam subsistiam, sicut etiam Filius, sed etiam ex Filio procedentem;

μίαν γὰρ λέγομεν τὸν πατέρα αἰτίαν νίοῦ τε καὶ πνεύματος, τοῦ μὲν κατὰ τὴν γέννησιν, τοῦ δέ κατὰ τὴν ἐκπόρευσιν.

Ἄλλ' ἵνα τὸ ταῦτον καὶ ἐν τῇσι οὐσίαις μή διαιρήσωμεν, καὶ τὴν οὐσίαν ἀπὸ τῶν ὑποστάσεων προσγεματι μὴ διαφέρειν, ἀλλὰ λόγῳ μόνῳ καὶ ἐπινοίᾳ δοξάσωμεν· καὶ ἵνα μὴ, ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον ὑποπτευθῆ, καὶ ἡ οὐσία τῶν τριῶν μία οὖσα ἐν τρισὶ τμήμασιν ὑπονοηθῆ, τὴν ἐκ τοῦ νίοῦ φωνὴν ἐν τῷ συμβόλῳ φύμοιο γοῦμεν.

Διὸ καὶ λέγομεν, ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον ἐκπορεύεται ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ νίοῦ, ὡς ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς.

unam enim dicimus Filii et Spiritus Sancti causam, Patrem, illius quidem secundum generationem, huius secundum processionem.

Sed ne identitatem et unitatem substantiae separemus, et ut profiteamur substantiam a personis re non differre, sed ratione tantum et actu intelligendi,

ne insuper suspicio oriatur ex solo Patre Spiritum Sanctum esse, triumque substantia, quae unica est, ne in tres partes dissinta cuiquam subintelligatur,

vocem illam *ex filio* in simbolo profitemur.

Ideo etiam dicimus Spiritum Sanctum ex Patre et Filio tamquam ab uno principio procedere.

## 5.

### Formula concordiae latinorum,

*inter dies 29. aprilis et 13. maii 1439.*

*Latini proponunt graecis memoriale, quod constat prooemio, narratione et professione fidei de processione Spiritus Sancti, totum formula concordiae vocari potest.*

*Parisinus graecus 427: 157<sup>r</sup>—157<sup>v</sup>.*

*Creyghton 236—7.*

*Versionem latinam documenti graeci potui maxima ex parte transsumere ex documento n. 18. iuxta relationem Andreae de S. Cruce: Vatican. lat. 4119: 131<sup>v</sup>—132<sup>r</sup>.*

*'Ἐπειδὴ ἐν ταύτῃ τῇ ἴερᾳ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ τῇ τοῦ παντο-*

*Quoniam in hoc sacro occumento concilio omnipotentis gratia*

δυνάμον θεοῦ χάριτι ἡμεῖς οἱ Λατῖνοι καὶ οἱ Γραικοὶ συνήλθομεν ὑπὲρ τοῦ μεταξὺ ἡμῶν τὴν ἀγίαν ἔνωσιν τελεσθῆναι, σπουδὴν ἀλλήλοις ἐθέμεθα ὥστε τὸ ἄρθρον ἐκεῖν τὸ περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἀγίου πνεῦματος μετὰ μεγάλης ἀκριβείας καὶ συνεχοῦς διασκέψεως ἐξετασθῆναι.

Προκομισθέντων δὲ λόγων ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν καὶ πολλῶν χρήσεων ἀγίων διδασκάλων ἀνατοικῶν τε καὶ δυτικῶν

ἡμεῖς οἱ Γραικοὶ ἀποφαινόμεθα, δτι τοῦθ' δπερ λέγομεν τὸ πνεῦμα τὸ ἀγιον ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι, οὐ ταύτῃ τῇ διανοίᾳ φαμέν, ὥστε ἡμᾶς ἀποκλείειν τὸν νιόν,

ἐξ οὗ οὐκ ἀρνούμεθα τὸ πνεῦμα τὸ ἀγιον ἀϊδίως ἐκπορεύεσθαι καὶ τὴν οὐσίαν ἔχειν καθάπερ ἐκ τοῦ πατρός,

ἀλλὰ διότι ὑπελάβομεν τοὺς Λατίνους λέγειν τὸ πνεῦμα τὸ ἀγιον ἐκπορεύεσθαι ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ νιοῦ ὡς ἀπὸ δύο ἀρχῶν καὶ δύο πνεύσεων, ἀπὸ τοῦδε τοῦ τρόπου τῆς διμιλίας τοῦτ'εστιν δτι τὸ πνεῦμα τὸ ἀγιον ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ νιοῦ ἐκπορεύεται, ἐφυλάχθημεν.

Ἡμεῖς δὲ οἱ Λατῖνοι διῆσχυριέστατα, δτι τοῦθ' δπερ λέγομεν τὸ πνεῦμα τὸ ἀγιον ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ νιοῦ ἐκπορεύεσθαι, οὐ ταύτῃ φαμέν τῇ διανοίᾳ ὥστε ἡμᾶς ἀποκλείειν τὸν πατέρα τοῦ εἶναι πη-

nos latini graecique convenimus pro sancta unione inter nos assumenda, studiose curavimus, ut articulus ille de processione Spiritus sancti magna cum diligentia et assidua inquisitione discuteretur.

Prolatis vero testimentiis de divinis scripturis plurimisque auctoritatibus sanctorum doctorum orientalium et occidentalium

Nos graeci affirmamus, quod hoc, quod dicimus spiritum sanctum ex Patre procedere, non hac mente dicimus, ut excludamus Filium

ex quo Spiritum sanctum aeternaliter procedere et essentiam habere sicut ex Patre non negamus

sed quoniam opinati sumus latinos dicere Spiritum procedere ex Patre et Filio tamquam a duabus principiis et duabus spirationibus, abstinuimus a dicendo. quod Spiritus sanctus ex Patre procedit et Filio.

Nos autem latini asserimus quod id, quod dicimus Spiritum sanctum ex Patre Filioque procedere, non hac mente dicimus, ut excludamus Patrem, quin sit fons ac principium totius deita-

γὴν καὶ ἀρχὴν δλῆς τῆς θεότητος,  
τοῦ νίοῦ δηλονότι καὶ τοῦ ἀγίου  
πνεύματος

ἢ τοῦθ' δτι τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον  
ἐκ τοῦ νίοῦ ἐκπορεύεται, τὸν νίὸν  
μὴ ἔχειν παρὰ τοῦ πατρός,

ἢ δτι δύο ἀποφαινόμεθα εἶναι  
ἀρχὰς ἢ δύο προβολὰς τοῦ ἀγίου  
πνεύματος,

ἄλλὰ μίαν μόνην ἀρχὴν καὶ μο-  
ναδικὴν προβολήν.

'Ἐν τῷ δνόματι τούννυ τῆς ἀγίας  
τριάδος τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ νίοῦ  
καὶ τοῦ ἀγίου πνεύματος, ἐν ταύτῃ  
τελευταῖον τῇ ἀγίᾳ καὶ θεοφιλεῖ  
ἐνώσει, τῷ αὐτῷ νοΐ, τῇ αὐτῇ ψυ-  
χῇ καὶ τῇ αὐτῇ διανοίᾳ, ἡμεῖς οὖ-  
τε Λατῖνοι καὶ οἱ Γραικοὶ ἀλλήλοις  
συντιθέμεθα καὶ δμονοοῦμεν, ὡς  
ἄν παρὰ πάντων τῶν χριστιανῶν  
αὕτη ἡ τῆς πίστεως ἀλήθεια πισ-  
τεύηται τε καὶ στέργηται.

Καὶ οὗτως ὅμολογοῦμεν δηλονότι  
τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον ἐκ τοῦ πατρὸς  
καὶ τοῦ νίοῦ ἀϊδίως ἐστί, καὶ τὴν  
ἔκστοι οὐσίαν καὶ τὸ ὑπάρκτικον  
εἶναι (τὸ ὑφεστὸς εἶναι) ἔχει ἐκ  
τοῦ πατρὸς ἀμα καὶ τοῦ νίοῦ, καὶ  
ἐξ ἀμφοτέρων ἀϊδίως ὡς ἀπὸ μιᾶς  
ἀρχῆς καὶ μοναδικῆς προβολῆς ἐκ-  
πορεύεται.

Καὶ ἐπεὶ πάντα δσα ἐστὶ τοῦ  
πατρὸς, ὁ πατὴρ τῷ μονογενεῖ αὐ-  
τοῦ νίῳ ἐν τῷ γεννᾶν δέδωκε<sup>1</sup> πλὴν  
τοῦ εἶναι πατέρα; τοῦτο αὐτό, δτι  
τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον ἐκ τοῦ νίοῦ

tis, Filii scilicet ac Spiritus sancti

aut quod id, quod Spiritus sanc-  
tus procedit ex Filio, filius a Patre  
non habeat;

sive quod duo asseramus esse  
principia sive duas spirationes,

sed unum tantum principium  
unicamque spirationem.

In nomine igitur sancte Trini-  
tatis, Patris et Filii et Spiritus  
Sancti, in hac demum sancta ac  
deo cara unione, eodem sensu,  
eadem anima eademque mente  
nos latini et graeci consentimus  
et concordamus, ut ab omnibus  
christianis haec fidei veritas cre-  
datur et suscipiatur,

et ita profitemur, quod Spi-  
ritus sanctus ex Patre et Filio aeter-  
naliter est, et essentiam suam  
suumque esse subsistens habet  
et Patre simul et Filio, et ex utro-  
que aeternaliter tamquam ab uno  
principio et unica spiratione pro-  
cedit.

Et quoniam omnia, quae Patris  
sunt, Pater unigenito Filio suo  
gignendo dedit, praeter esse Pa-  
trem; hoc ipsum, quod Spiritus  
Sanctus procedit ex Filio, ipse

<sup>1</sup> S. Gregorius Nazianenus = Migne P. G. 36: 252 C.

ἐκπορεύεται, αὐτὸς δὲ νίος παρὰ τοῦ πατρὸς ἀϊδίως ἔχει, ἀφ' οὗ αἱδίως καὶ γεγέννηται.

Filius a Patre aeternaliter habet, a quo aeternaliter etiam genitus est.

6.

**Responsum graecorum.**

*die 5. maii 1439.*

*Graeci, innixi testimoniiis S. Cyrilli Alexandrini, S. Basillii, concilii I oecumenici profitentur Spiritum Sanctum ex Patre per Filium »profluere«, sibi reservantes explicationes ad haec in futurum.*

*Vindobonensis graecus 14: 187<sup>v</sup> num. 17: 149<sup>v</sup> — 150<sup>r</sup>*

*Mansi 31 A: 976 B—C; Nickes 283—4.*

*Τούτων γραφέντων καὶ τοῖς γραῖκοῖς σταλέντων συνήχθησαν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ ἐσκέπτοντο σὺν τῷ πατριάρχῃ ἡμέρας δύο, καὶ μόλις ἔγραψαν ἀπολογίαν καὶ αὐτοὶ οὐδὲ γὰρ δλῶς ἤθελον ἀκοῦσαι αἰτίαν τὸν νίὸν τοῦ πνεύματος.*

*"Ἐγραψαν δὲ οὖν δμῶς καὶ αὐτοὶ οὗτως:*

*'Ἐπειδὴ οἱ λατῖνοι δμολογοῦσι μίαν ἀρχὴν τὸν πατέρα νίον τε καὶ πνεύματος, ἔτοῦσι δὲ παρ' ἡμῶν εἰπεῖν τὸ φρόνημα ἡμῶν, λέγομεν καὶ ἡμεῖς, δτι*

*δμολογοῦμεν πηγὴν καὶ φίξαν νίον τε καὶ πνεύματος τὸν πατέρα, καὶ ἄνθη θεόφυτα τὸν νίὸν καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ πατρός, κατὰ τὸν ἄγιον Κύριον καὶ τὴν πρώτην σύνοδον, καὶ τὸν μέγαν Βασίλειον, καὶ λέγομεν, δτι*

*ἀναβλύζει δὲ νίος τὸ πνεῦμα, πη-*

*Postquam haec scripta et graecis missa sunt, metropolitae converunt et cum patriarcha deliberaverunt, et vix responsum ipsi scripto dederunt; omnino enim renuebant audire Filium causam Spiritus.*

*Scripserunt tamen et ipsi.*

*Quoniam latini profitentur unum principium Filii et Spiritus Sancti, Patrem, quaerunt autem a nobis, ut nostram mentem aperiamus, ideo etiam nos fatemur:*

*profitemur fontem et radicem Filii et Spiritus Sancti, Patrem, floresque ac divina germina Patris esse Filium et Spiritum Sanctum, iuxta sanctum Cyrillum, primum concilium, et Basilium Magnum, et dicimus:*

*Filius emittit, facit derivare (ut*

γάξει, προχεῖ, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον πρόσεισι καὶ ἐκ τοῦ νίου, καὶ ἐνίεται καὶ προχεῖται.

Ταῦτα καὶ αὐτοὶ γράψαντες, ἀπέστειλαν πρὸς τοὺς λατίνους, φυλάσσοντες πάντοτε τὰς εἰς αὐτὰ ἔξηγήσεις, καθὼς ἐθελήσωσιν.

a fonte), effundit Spiritum Sanctum, et Spiritus Sanctus procedit etiam ex Filio, emittitur et effunditur.

Haec etiam ipsi scripserunt et ad latinos miserunt, sibi reser- vantes ut possent ad explicati- ones dare sicut vellent.

## 7.

### Formula concordiae graecorum.

*ante diem 9. maii 1439.*

*Graeci latinis formulam concordiae proponunt, in sensu documenti n. 5.*

*Parisinus graecus 427 : 162<sup>r</sup> — 162<sup>v</sup>; Creyghton 243—4.*

*PETIT-SIDERIDES-JUGIE, Oeuvres de Gennadios Scholarios.*

*I. Paris 19 . . 375.*

Ἐπειδὴ ὑπελαμβάνομεν πρότε-  
ρον ἡμεῖς οἱ Γραικοὶ τὸν λατί-  
νους λέγειν τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον ἐκ  
τοῦ πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ νίου ἐκπο-  
ρεύεσθαι ὡς ἀπὸ δύο ἀρχῶν καὶ  
δύο πνεύσεων, ἔτι μὴ λέγειν τὸν  
πατέρα ἀρχὴν καὶ πηγὴν δῆτος τῆς  
θεότητος, τοῦ νίου δηλονότι καὶ  
τοῦ ἀγίου πνεύμυτος

καὶ διὰ τοῦτο ἀπὸ τῆς ἐν τῷ συμ-  
βόλῳ προσθήκης ἢ ἀναπτύξεως  
αὐτῶν ὥσαύτως δὲ καὶ τῆς κοινω-  
νίας αὐτῶν ἐφυλάχθημεν

νῦν ἐν ταύτῃ τῇ ἴερᾳ καὶ, οἶκον-  
μενικῇ συνόδῳ συνελθόντες θεοῦ  
χάριτι ὑπὲρ τῆς ἀγίας ἐνώσεως,

Quoniam nos graeci prius opi-  
nati sumus latinos dicere Spi-  
ritum Sanctum ex Patre et Filio  
procedere tanquam a duobus  
principiis et duabus spirationi-  
bus, insuper non dicere Patrem  
esse principium et fontem totius  
deitatis, Filii scilicet et Spiritus  
Sancti

et propterea ab eorum (lati-  
norum) additione in symbolo vel  
explicatione (symboli) sicut etiam  
ab eorum communione abstinu-  
imus

nunc in hoc sacro et oecume-  
nico concilio Dei gratia pro sancta  
unione convenientes, post mul-

πολλῶν γενόμένων συζητήσεων καὶ διαλέξεων καὶ προκομιδῆς ὁ ητῶν ἀπό τε τῆς Ἱερᾶς γραφῆς καὶ τῶν ἀγίων διδασκάλων τῆς ἐκκλησίας,

ἡμεῖς μὲν οἱ Λατῖνοι διῆσχυριξό-  
μεθα δτι τοῦθ' δπερ λέγομεν τὸ  
πνεῦμα τὸ ἄγιον ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ  
τοῦ νίου ἐκπορεύεσθαι, οὐ ταύτη  
φαμὲν τῇ διανοίᾳ ὥστε ἡμᾶς ἀπο-  
κλείειν τὸν πατέρα τοῦ εἶναι ἀρχὴν  
καὶ πηγὴν δλης τῆς θεότητος, τοῦ  
νίου δηλονότι καὶ τοῦ ἄγίου πνεύ-  
ματος,

ἢ τοῦθ' δτι τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον  
ἐκ τοῦ νίου ἐκπορεύεται, τὸν νίὸν  
μὴ ἔχειν παρὰ τοῦ πατρός

ἢ δτι δύο ἀποφαινόμεθα εἶναι  
ἀρχὰς εἴτε δύο προβολὰς τοῦ ἄγίου  
πνεύματος,

ἄλλ' δμολογοῦμεν τὸ πνεῦμα τὸ  
ἄγιον ἀϊδίως ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ  
νίου ὡς ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς καὶ μονα-  
δικῆς προβολῆς ἐκπορεύεσθαι.  
ἡμεῖς δε οἱ Γραικοὶ δμολογοῦμεν  
μὲν καὶ πιστεύομεν τὸ πνεῦμα τὸ  
ἄγιον ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι,  
ἴδιον δὲ τοῦ νίου εἶναι καὶ ἔξ αὐ-  
τοῦ ἀναβλύζειν, καὶ οὐσιωδῶς ἔξ  
ἀμφοῖν ἦγουν ἐκ πατρὸς δι νίου  
προχεῖσθαι διῆσχυριξόμεθά τε καὶ  
πιστεύομεν.

Καὶ ἡδη ἐνούμεθα ἀλλήλοις καὶ  
θεοφιλῶς συναπτόμεθα, πεῖραν  
δεδωκότες ἀλλήλοις τῆς ἴδιας πί-  
στεως καὶ δμολογίας, καὶ οὐδέτεροι  
ἀπὸ τῆς ἑτέρων ἐνώσεως ἢ κοινω-  
νίας φυλάττεσθαι λοιπὸν διακρί-

tas inquisitiones et disputationes,  
prolatis quoque testimoniis ex  
sacra Scriptura et Doctorum  
sacrorum Ecclesiae :

nos quidem latini asserimus :  
id, quod dicimus, Spiritum sanctum ex Patre Filioque procedere,  
non hac mente dicimus, ut exclu-  
damus Patrem, quin sit principi-  
um totius deitatis, Filii scilicet et  
Spiritus Sancti

aut quod id, quod Spiritus  
Sanctus procedat a Filio, Filius  
a Patre non habeat

sive quod duo asseramus esse  
principia sive duas spirationes  
Spiritus Sancti,

sed profitemur Spiritum Sanctum aeternaliter ex Patre et Filio  
tanquam ab uno principio et uni-  
ca spiratione procedere

nos graeci vero profitemur et  
credimus Spiritum Sanctum ex  
Patre procedere, proprium au-  
tem esse Filii etiam ab ipso sca-  
turire (Spiritu S.) et substantia-  
liter ab utroque, scilicet a Patre  
per Filium profundi (Spiritu S.)  
affirmamus et credimus.

Et nunc unimur ad invicem et  
pie concordamus, postquam spe-  
cimen propriae fidei et confessio-  
nis ad invicem dedimus, et in  
posterum neminem ab unione  
sive communione alterius absti-

νομεν. ἀλλὰ πάλιν συντιθέμεθα  
ἀλλήλοις καὶ δμονοοῦμεν καὶ εἰς  
μίαν ἐκκλησίαν θεοῦ χάριτι πάντες  
ἀποκαθιστάμεθα.

nere debere ambo diiudicamus,  
sed rursum ad invicem coniungimur et in unam Ecclesiam Dei  
gratia omnes restituimur.

## 8.

### Difficultates latinorum contra responsum graecorum.

Post 5. maii 1439.

*Latini explicationes a graecis petunt de sensu terminorum ἀναβλύζειν, πηγάξειν, προχεῖσθαι, cum graeci de secunda quadam processione (missione) loqui videantur.*

*Vindobonensis graecus 14: 187<sup>v</sup> — 188<sup>r</sup>; 17: 150<sup>r</sup>.*

*Mansi 31 A: 976 — E: Nickes 284.*

Οἱ λατῖνοι οὖν τοῦτο ἴδόντες,  
οὐκ ἡρκέσθησαν ἐπὶ τῷ γράμματι  
ἀλλὰ λαβόντες αὐτό, τὴν ἐξήγησιν  
ἐξήτουν παρὰ τῶν γραικῶν λέ-  
γοντες·

τὸ ἀναβλύζειν γέγραπται ἐν  
τοῖς πρακτικοῖς τῆς πρώτης συνό-  
δου, τὸ πηγάξειν δὲ γέγραπται  
ἐν τοῖς συγγράμμασι τῶν ἀγίων,  
δμοίως καὶ τὸ προχεῖσθαι·

τὸ πᾶς δὲ ἐκλαμβάνετε ὑμεῖς  
ταῦτα, θέλομεν ὑμᾶς δμολογῆσαι,  
ἐπειδὴ ἀκούομεν, ταῦτα δευτέρας  
τινὸς προόδου εἶναι, λέγεσθαι δὲ  
χρονικῆς,

ἡμεῖς δὲ μίαν μόνην πρόοδον  
δμολογοῦμεν λέγειν τοὺς πατέρας  
τοὺς ἀγίους ἐν τῇ τοῦ ἀγίου πνεύ-  
ματος προβολῇ; ταύτην δὲ τὴν ἐκ-  
χυσιν τὴν ἀπὸ τοῦ νιοῦ οὐ δευτέ-  
ραν, ἀλλ' ἄλλην χρονικὴν λέγομεν,

Cum hoc latini vidissent, hac  
scriptura non fuerunt contenti;  
sed ubi eam acceperunt, pete-  
bant expositionem a graecis, di-  
centes:

*vox scaturire scripta est in actis  
primi concilii, emittere (ex fonte)  
in scriptis sanctorum invenitur,  
item vox effundi;*

sed quomodo vos haec intelli-  
gatis, volumus vos fateri; nam  
audimus haec esse de secunda  
quadam processione, dici autem  
de temporali (processione)

nos vero profitemur sanctos  
Patres unam solam processionem  
in Sp̄iritus Sancti productione  
asserere, illam autem processio-  
nem ex Filio: non secundam,  
sed aliam, temporalem, quae res-

καὶ τὴν πρὸς ὑμᾶς, ἣν ἔχει καὶ<sup>1</sup> ὁ πατὴρ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον.

Αἰτοῦμεν οὖν ὑμᾶς εἰπεῖν εἰς ταύτην τὴν ἀχρονον προβολήν, αἰτίαν τὸν νίὸν τοῦ ἀγίου πνεύματος.

Πῶς γὰρ ἀναβλύει τὸ ἐννυπόστατον πανάγιον πνεῦμα παρὰ τοῦ νίοῦ, μὴ ἔχον τὸ εἶναι παρὸ αὐτοῦ; Ἀλλὰ καὶ πῶς προχεῖται παρὸ αὐτοῦ, καθώσπερ ἀπὸ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς, κατὰ τὸν μέγαν Κύριλλον μὴ ἔχον αἰτίαν ἀπὸ τοῦ νίοῦ;

Διὸ ἡ μὲν ἐννοία ἡ αὐτῆ ἐστι τῇ ὑμετέρᾳ φασίν, ἡ δὲ λέξις τῶν γεγραμμένων ἔχει ἔμφασιν, διότι μὴ πάλιν δευτέραν πρόοδον εἴπητε ἐπὶ τῆς ἀπλῆς καὶ ἀσυνθέτου θεότητος.

picit nos, quam habet etiam Pater et Spiritus sanctus.

Petimus ergo vos, ut dicatis de hac aeterna productione qua Filium Spiritus sancti causam (principium) credimus:

Quomodo scaturit Sanctissimus Spiritus hypostasia sua subsistens a Filio, nisi habeat esse ab eo? Quomodo vero effunditur ab eo, quemadmodum a Deo et Patre, iuxta magnum Cyrillum, si a Filio causam non habeat?

Ideo sensus quidem, inquiunt, idem est atque vester sed expeditio scripti praebet ansam, ne rursus de secunda processione in simplici et omnis compositionis incapaci divinitate loquamini

## ЕКЗАРХЪ ЛЕОНИДЪ ФЕДОРОВЪ

(Краткій біографіческий очеркъ.)

*Princ. Petrus Wolkonsky.*

*Продолженіе.*

Затѣмъ русскій католическій клиръ поставилъ себѣ задачей сближеніе съ православнымъ духовенствомъ, братское къ нему отношеніе, исключавшее всякий полемическій задоръ, такъ какъ обращеніе народа русскаго могло осуществиться только подъ водительствомъ обращенного православнаго духовенства. Вотъ какъ самъ Экзархъ опредѣлялъ задачи католической миссіи въ Россіи:

„Прозелитизмъ и обращеніе отдельныхъ лицъ не должно составлять главной задачи миссіи т. к. это мало поможетъ дѣлу

<sup>1</sup> Ex codicibus Vindob.

святой Унії. Главной цѣлью мы считаемъ распространеніе и популяризацію самой идеи унії, распространеніе здравыхъ идей о католичествѣ и сближеніе съ православнымъ духовенствомъ. Не освѣтивши русскую тьму настоящимъ пониманіемъ католичества, нечего и думать о крупныхъ успѣхахъ. Мы конечно не отказываемся принимать приходящія къ намъ души, но не ставимъ это главной цѣлью нашей миссіи. Путемъ прозелитизма можно пріобрѣсти, даже въ латинскій обрядъ, цѣлыхъ тысячи душъ, но эти тысячи душъ будутъ только новымъ препятствіемъ между ними и тѣми десятками миллионовъ, которыхъ мы должны привести въ „единое стадо“. Поэтому, когда приходится намъ выбирать между ефемернымъ успѣхомъ въ пріобрѣтеніи новыхъ душъ и основными задачами нашей миссіи, мы не колеблясь жертвуемъ первыми для второй цѣли“. (См. письмо Экзарха въ Римъ 18. УП. I. г.)

Остановимся и мы главнымъ образомъ на томъ, что Экзархъ считалъ первой задачей своей миссіи.

Плоды такой „политики“ оказались немедленно. Въ крупныхъ центрахъ Россіи, главнымъ образомъ въ Петроградѣ и Москвѣ, на приглашеніе восточныхъ католиковъ съ радостью откликнулись православные. Организовывались съезды, устраивались рефераты, бесѣды, даже диспуты, въ которыхъ съ благословенія патріарха Тихона принимали участіе представители православнаго духовенства.\*

Экзархъ – прекрасный ораторъ, проповѣдникъ, апологетъ, и положительно незамѣнимый знатокъ по вопросамъ раздѣленія перквей, выступалъ всюду съ докладами, всегда насыщенными примиряющимъ элементомъ. Его всегда слушали съ неослабнымъ вниманіемъ и православные и католики.

Въ залѣ св. Екатерины въ Петроградѣ онъ говорилъ на тему „Святая Унія“; бесѣда собрала такую массу народа, что большой залъ былъ переполненъ. Православные благодарили его за примирительное и спокойное отношеніе.

Особенно поразилъ слушателей его рефератъ на тему – „Ты еси Петръ“, разборъ только одного 18-го стиха ХУІ гл. Матвея.

\* Съ самымъ патріархомъ Тихономъ у о. Леонида установились прекрасные отношенія.

Конференція имѣла мѣсто въ Москвѣ при недавно организованной о. Абрикосовымъ женской Общинѣ Доминиканокъ Терціарокъ. Въ теченіи трехъ съ половиной часовъ говорилъ Экзархъ при неослабномъ вниманіи аудиторіи. Духъ мира и любви не покидалъ многолюднаго собранія. По окончаніи одинъ изъ присутствовавшихъ православныхъ заявилъ: „Примирительный тонъ Экзарха ужъ такъ примирителенъ, что даже подозрительно, что за нимъ кроется“; а одинъ православный священникъ признался: „О. Леонидъ говоритъ такъ хорошо и кротко, что міряне (т. е. православные) могутъ соблазниться“.

Насколько возможно было посещалъ Екзархъ и другіе города. Особенно знаменательна была его поѣздка въ Могилевъ въ маѣ 22-го года, гдѣ онъ положительно всколыхнулъ массу прежнихъ униатовъ. Послѣ трехдневнаго его пребыванія тамъ, изъ устъ всѣхъ вырывался радостный крикъ: „Вернулась Унія“. Описаніе этой поѣздки, къ сожалѣнію, не вмѣщается въ рамки этого очерка, но хочется отмѣтить, что подъ впечатлѣніемъ царившаго тамъ духа единенія, Экзархъ, вернувшись въ Петроградъ, написалъ слѣдующую молитву о единеніи Церквей:

„Призри, Милосердный Господи, Іисусе Спаситель нашъ, на молитвы и вздыhanія грѣшныхъ и недостойныхъ рабовъ твоихъ, смиленно къ тебѣ приподающихъ, и соедини насъ всѣхъ во единой, святой, соборной и апостольской Церкви. Свѣтъ твой не-заходимый пролей въ души наши. Истреби раздоры церковные, дай намъ славить тебя единымъ сердцемъ и едиными устами и да познаютъ всѣ, что мы вѣрные ученики Твои, Владыко нашъ многомилостивый, скоро исполни обѣтованіе Твое и да будетъ едино стадо Твое и одинъ пастырь въ Церкви Твоей и да будемъ достойны славить имя Твое святое всегда, нынѣ и присно и въ безконечные вѣки. Аминъ.“

Молитва Экзарха имѣетъ значеніе, какъ приемлемая и для православныхъ и для католиковъ; таковой молитвы до тѣхъ поръ не было.

Въ Петроградѣ подъ началомъ Экзарха основываются „Общество Іоанна Златоуста“, „Орденъ Св. Семейства“, „Община Сестеръ Св. Духа“. Въ Москвѣ подъ руководствомъ о. Абрикосова и Матери Анны (Екатерины) Абрикосовой блестяще раз-

вивается женская Доминиканская Община, которая достойна отдельной монографии. Ея письмам положило конец советское правительство, разогнавшее по тюремкам и местам ссылки всех ее членов.

Во время голодных годовъ (1918, 19 и 22) Экзархъ неоднократно обращается за помощью для народа къ Св. Престолу и находитъ откликъ у папъ Бенедикта XV. и Піа XI., присылавшихъ посильную помощь. Къ этому времени именно относится сближеніе Экзарха съ американцемъ, іезуитомъ о. Уольшемъ, оказавшемъ неоцѣнимыя услуги голодному народу и дѣлу міссії; объясняться съ нимъ приходилось Экзарху по латыни.

Въ краткомъ очеркѣ не перечислить всего, что сдѣлалъ за какіе нибудь пять лѣтъ о. Леонидъ и въ каких невѣроятно тяжелыхъ условіяхъ. Но „пивотниковъ было много“.

Прежде всего не гладко проходили его отношенія со всѣми членами подчиненнаго ему клира. Изъ всѣхъ русскихъ католическихъ священниковъ, бывшихъ въ распоряженіи митрополита Андрея для назначенія своего замѣстителя, о. Леонидъ по своимъ нравственнымъ качествамъ и по духовной и богословской подготовкѣ былъ несомнѣнно самымъ подходящимъ кандидатомъ; но по годамъ (ему было всего 37 лѣтъ) онъ былъ моложе многихъ, особенно такихъ ветерановъ какъ о. Зерчаниновъ и Дейбнеръ. Трудно было ему подчинять ихъ своей непреклонной волѣ и къ церковной дисциплинѣ, къ которой такъ не привыкъ русской человѣкъ. Они были склонны смотрѣть на него, какъ на „старшаго товарища“, т. е. съ обычнымъ русскимъ ризгильдяйствомъ. Приходилось на священническихъ собраніяхъ сурово напоминать имъ о „начальничествѣ“, что по признанію Экзарха стоило ему „ужасныхъ мукъ“. Много разочарованія и горя пришлось вытерпѣть о. Леониду отъ этихъ „сотрудниковъ“.

Отношенія съ латинскимъ клиромъ тоже представляли осложненія. Экзархъ прекрасно сознавалъ, что латино-польскій клиръ, всегда главенствовавшій въ католическомъ мірѣ въ Россіи, никогда не согласится въ глубинѣ души съ его стремленіемъ изѣять русское католическое движение изъ латино-польского руководства; онъ сознавалъ, что латинскій клиръ, хотя и будетъ по вѣнчаности оказывать восточнымъ побратьямъ и братскую лю-

бовь и материальную помощь, но „modo occulto“ будетъ всячески подрывать самостоятельность ихъ дѣла. Латинское духовенство было убѣждено, что соединеніе русской церкви съ западной невозможno, что интеллигентный классъ согласится только на католичество латинского обряда, что въ восточномъ обрядѣ останется лишь кучка мѣщанъ и крестьянъ. Взглядъ совершенно ложный. „Только тѣ, которые дѣлаются католиками восточного обряда (пишетъ Экзархъ въ уже упомянутомъ докладѣ), являются настоящимъ семенемъ будущаго единенія. Они несутъ тяжелый побвигъ подъ градомъ насмѣшекъ и укоризнъ какъ со стороны православныхъ, такъ и со стороны своихъ братьевъ латинянъ; но мало по малу самимъ своимъ существованіемъ они открываютъ русскимъ людямъ глаза на вселенскій духъ католической Церкви“.

Латиняне считали недопустимымъ примѣненіе для Россіи енциклики Льва XIII. „Orientalium dignitas Ecclesiarum“ въ то время, когда клиръ восточный держался обратнаго мнѣнія, и не было письма Экзарха въ Римъ, въ которомъ онъ бы не настаивалъ на необходимости офиціального указанія, что енциклика обязательна и для Россіи, а не только для „малоасійскихъ“ церквей, какъ то тольковали Петроградскіе латиняне.

Ясно, что полнаго довѣрія, дружнаго сотрудничества между обоими клирами не могло быть всегда; бывали, къ сожалѣнію, недорасумѣнія и столкновенія. Это тѣмъ болѣе было чувствительно о. Леониду, что материально онъ во многомъ зависѣлъ отъ латинянъ.

А материальное положеніе денъ ото дня, годъ отъ году дѣгалось для Экзарха и всего восточнаго клира все болѣе тяжелымъ и отчаяннымъ. Вотъ какъ самъ Экзархъ описываетъ его въ писмѣ митрополиту (б. ІУ. 22):

„Вашему покорнѣйшему слугѣ, „Эхзарху россійскому, протопресвитеру и protonotарію апостольскому“ приходилось въ 1918 – 19 голахъ голодать до того, что тряслись руки и колѣни, и до сихъ поръ приходится рубить и колоть дрова, ломать на дрова дома и барки, быть молотобойцемъ на кузницѣ, возить тачки и санки съ поклажей и мусоромъ, разрабатывать огороды и дежурить на нихъ по ночамъ... Только милостію Божіей

могу я себѣ объяснить, что еще не умеръ или не приведенъ въ полную негодность, не смотря на анемію и подагрическій ревматизмъ, который грызетъ меня, какъ крыса старое дерево . . . Истрепанные, оборванные, приниженные мы – „*ritus graeci*“ – должны ходить съ протянутой рукой и кланяться нашимъ латинскимъ господамъ.

Бога ради не думайте, что тутъ играетъ роль хоть самома-лѣйшая гордость или обида или зависть. Нѣтъ, тысячу разъ нѣтъ! Если апостолы и святые не стыдились быть нищими Христа ради, то намъ несчастнымъ, „обремененнымъ грѣхами мно-гими“, какъ и думать о какомъ-то самолюбії? Я имѣю здѣсь въ виду совершенно другое. По непреложнымъ законамъ грѣшной человеческой психологіи ниццій всегда нѣчто презрѣнное и пре-небрегаемое, а въ нашемъ лицѣ пренебрегается такимъ образомъ и вся Восточная Церковь.

Вамъ, дорогой Владыко, нужно было бы открыть на это гла-за кому слѣдуетъ, подчеркивая, что на спасеніе 120 –ти миллион-наго, почти католического народа не можетъ быть жалко никакихъ денегъ, что много и очень много денегъ съ необходимостью должно уйти на подготовку настоящей миссіи, на, такъ сказать утрамбовку того пути, по которому двинутся наши наследники. Поэтому было-бы въ высшей степени полѣзно, чтобы мы полу-чили денежную помошь не отъ мѣстнаго латинского клира, а исключительно изъ-за границы . . .“

Главныя затрудненія для успѣшной работы Экзарха исходили, конечно, отъ совѣтскаго правительства. Объ этомъ скажемъ въ своемъ мѣстѣ; а теперь укажемъ, что всѣ трудности и тяжелыя условія жизни и работы ничуть не умаляли апостольского рве-нія и духа о. Леонида. Духовный обликъ его особенно ярко вы-является въ связи съ вопросомъ о назначеніи русскаго епископа для экзархата. На указанія митрополита Андрея, что ему, Федо-рову, надлежитъ стать епископомъ, онъ отвѣчаетъ (письма б. ІУ. 22 и І. УІІ. 23 г.):

„Вы пишете, „*ut exarcha fiat episcopus*“ . . . Не обвиняйте меня, дорогой Владыко, въ малодушіи, въ желаніи свалить съ своихъ плечъ тяжелое бремя и возложить его на другого. Я помню, что обѣщалъ Вамъ не отказываться отъ епископства, когда это бу-

деть необходимо, но эти пять лѣтъ моего іерархического служенія показали мнѣ, что я совершенно не пригоденъ для этого великаго сана... У меня нѣтъ самыхъ существенныхъ свойствъ необходимыхъ епископу, у меня къ сожалѣнію нѣтъ духа отцовской любви къ моимъ вѣрнымъ, мало духа молитвы, нѣтъ твердой и непреклонной воли проводить мои реформы, нѣтъ прозорливости и знанія людей, умѣнія не только „вести свою линію“, но и внушать ее другимъ... у меня нѣтъ любви къ человѣческому обществу. Про меня справедливо говорятъ: „Онъ мученикъ, но не организаторъ“, въ томъ именно смыслѣ, что я безконечно выносливъ, терпѣливъ, но не умѣю заставить окружающихъ меня проникнуться моими идеями...

Какъ я благодаренъ Создателю, что Вы тогда (т. е. при назначеніи Экзархомъ) удержали свою десницу и не возложили ее на меня. Я не принадлежу, какъ Вы знаете, къ тѣмъ лицемѣрнымъ субъектамъ, которые заявивъ съ воллемъ и рыданіемъ о своемъ недостоинствѣ, потомъ, смиренno подставляютъ „вый своя“ подъ омофоръ. Я человѣкъ здраваго и сухого разсудка, который заставляетъ меня серьезно относиться ко всякому дѣлу, а въ особенности къ дѣлу св. Церкви. Если я хороший проповѣдникъ, умѣю хорошо служить и ощущать духъ восточного обряда, если я терпѣливъ, какъ оселъ, и умѣю гнуться во всѣ стороны, если я развиваю иногда большую energiю, защищая Церковь, и не щажу для этого силъ и здоровья, – это еще не патентъ на епископство. Все это съ успѣхомъ можетъ дѣлать любой священникъ...

Вамъ скажутъ о моей любви, ласковости, будутъ превозносить мою кротость и терпѣніе, даже будутъ говорить о моемъ умѣніи проникнуть въ человѣческую душу, но все это только мои отдѣльныя усиленія, *virtus ex necessitate*, усиленія, которыя не укладываются въ мою сущность, никогда не дѣлаются моимъ внутреннимъ я... Я строго провѣрилъ себя и пришелъ къ тому убѣжденію, что „рожденный ползть, летать не можетъ“. Я можетъ быть идеальный творецъ чужихъ порученій, но не творецъ, я не Израиль, борющійся съ Богомъ, а Іовъ, лежащий на гноищѣ. Я овладѣлъ западной мыслью и ясностью, но дряблая восточная натура крѣпко застѣла во мнѣ и не поддается никакимъ воздѣйствіямъ.

Книга, келья, спокойное стояніе на клиросѣ и безконечныя службы, а прежде всего одиночество и бѣгство отъ людей – вотъ моя атмосфера... Соединить же апостольскую жизнь съ созерцательной я не могу. Вы знаете, какъ я люблю іезуитовъ, но никогда не рѣшусь вступить въ ихъ орденъ, т. к. этотъ идеаль для меня недостижимъ... Самое тяжелое для меня – это люди...

Въ эти тяжелые годы я иногда разбитый и измученный вмѣсто того, что бы лечь спать, садился въ кресло и въ полной тишинѣ и одиночествѣ при свѣтѣ одной только лампады просиживалъ въ креслѣ 2-3 часа и наслаждался уединеніемъ. Я сознавалъ себя совершенно оторваннымъ отъ міра, ни о чёмъ почти не думалъ и смотрѣлъ на ликъ Христа, озаряемый тихимъ свѣтомъ лампады... „все суeta и томленіе духа“. Какая сущая правда!

Непреодолимая тяга къ монашеству и уединенію усилились во мнѣ на только, что я уже думаю не о студитахъ, а о командулахъ...

Воспитанный въ правилахъ строгой дисциплины, я совершенно не понимаю, какъ можетъ подчиненный не слушаться своего начальника. И въ то время, когда настоящій епископъ, принимая во вниманіе человѣческія слабости, долженъ мѣрами отеческаго любовнаго воздѣйтвія образумить непокорнаго, я только способенъ его покаратъ...

Для Россіи въ качествѣ епископа нуженъ теперь человѣкъ съ ятой, исполненный *gravitate sacerdotali*, прозорливый, твердый, умѣющій внушать къ себѣ уваженіе... Протянуть нѣсколько лѣтъ въ качествѣ экзарха я еще кое-какъ сумѣю, но принять на себя такую громадную отвѣтственность, т. е. быть первымъ восточнымъ епископомъ въ Россіи – это выше моихъ силъ..."

Сколько въ этихъ признаніяхъ смиренія, безпощадной строгости къ самому себѣ и беззавѣтной преданности къ своей работе! Онъ жилъ исключительно для нея, для интересовъ святой Унії, для блага которой не боялся говорить правды никому. Въ концѣ декабря 1922 г., на канунѣ своего ареста и преданія суду, онъ пишетъ митрополиту Шептицкому:

„Я подготовилъ цѣлый отчетъ *ad usum privatum Summi Pontificis*, о которомъ будете знать Вы и кучка самыхъ преданныхъ и близкихъ людей. Это уже не отчетъ о нашей миссіи, а изло-

женіе тѣхъ причинъ, которыя губятъ дѣло восточного католицизма. Пускай за этотъ меморандумъ меня сгонять съ мѣста, но нужно разъ на всегда, хотя бы въ самой спокойной и почтительной формѣ, сказать правду въ глаза . . .“

А кому, какъ не ему, было знать эту правду?

Главнымъ утѣшеніемъ о. Экзарха, пожалуй единственнымъ, были тѣ рѣдкія письма, которыя доходили до него отъ митрополита Андрея.

„У меня нѣтъ даже словъ, отвѣчаетъ онъ Владыкъ, выразить Вамъ всю ту свѣтлую радость, какую испыталъ я при полученіи Вашего письма. Значитъ, Вы всетаки живы; иными словами – я стою на тверdomъ камнѣ и, какъ глубоко убѣжденъ, чувствую силу Вашихъ молитвъ за себя и за нашу Церковь.“

Въ другомъ письмѣ, уже изъ тюрьмы, онъ пишетъ: „Спасибо дорогой Отецъ, за Ваше письмо. Наконецъ то свѣтлый радостный лучъ, наконецъ то струя чистаго воздуха въ мое изстрадавшееся сердце! Вспомнишь Васъ – и снова хочется жить, получишь вѣсточку – и снова хочется работать. Хотѣлось бы услышать дорогой голосъ, неумолимо вѣщающій Христову истину . . . Есть за кого держаться въ моемъ абсолютномъ одиночествѣ . . .“

Такъ вспоминаетъ о. Леонидъ „своего учителя и отца“, которому „былъ преданъ безъ остатка“.

### III.

Главнымъ врагомъ Экзарха, какъ мы упомянули, было, конечно совѣтское правительство. На каждомъ шагу приходилось наталкиваться на распоряженія, непрѣемлимые для католического священника. Ограбленіе церквей, непомѣрные налоги, запрещеніе преподавать законъ Божій и катехизисъ дѣтямъ моложе 18-ти лѣтъ, требованія подписывать обязательства, запрещенные Римомъ и тому под. – Все это постоянно вызывало столкновенія и недовольство „совѣтскаго начальства“. А тутъ еще Экзархъ являлся горячимъ работникомъ по сближенію православныхъ съ католиками.

Призракъ соединенія церквей не мало страшилъ большевиковъ; они понимали, что католичество сила, бороться съ которой не легко. Торжествуя въ разложеніи церкви православной, они видѣли, что съ представителями церкви католической ничего подѣлать

не могутъ; поэтому всякая работа по привлеченію въ католи-чество являлась революціонной. „Разъ, что вы католикъ, — значитъ и контр-революціонеръ“ — вотъ опредѣленный взглядъ высказанный при допросѣ представителемъ совѣтскаго „судебнаго вѣдомства“.

Вполнѣ естественно, что когда 5. Декабря 22. г. всѣ католическія церкви Петрограда оказались опечатанными, а въ Январѣ 23. г. все католическое духовенство (14 священниковъ съ еп. Цѣплякомъ во главѣ) было вызвано въ Москву на судъ верховнаго трибунала — въ числѣ привлеченныхъ былъ и Экзархъ. Всѣ они обвинялись въ томъ, что съ 1918-го года составляли незаконныя священническія собранія, на которыхъ принимали всѣ мѣры для того, чтобы возбуждать „религіозные предразсудки“ народныхъ массъ и всячески мѣшать совѣтской власти проводить въ жизнь свои полѣзныя реформы; а Экзарху было еще предъявлено специальное обвиненіе въ томъ, что онъ организовывалъ совмѣстные протесты православнаго и католическаго духовенства противъ антицерковныхъ мѣропріятій правительства.

Ни судъ, ни предстоящій приговоръ не страшили о. Леонида. Уже раньше, сколько разъ, когда за отказъ подчиниться требованіямъ „начальства“ ему грозили разстрѣломъ, онъ въ рѣзкой формѣ отвѣчалъ, что ни тюрьмы, ни разстрѣловъ не боится и смотритъ на нихъ, какъ на мученическій вѣнецъ. А теперь онъ пишетъ митрополиту Андрею изъ Москвы (7. III. 23):

„Если дѣло дойдетъ до разстрѣловъ, то жертвой, можетъ быть, буду и я, чего мнѣ, каюсь Вамъ, очень хотѣлось. Я убѣжденъ, что если прольется наша кровь и при томъ въ возможно большемъ количествѣ, то это будетъ самый лучшій *fundamentum Ecclesiae russicae catholicae*; иначе мы будемъ не жить, а прозябать среди нашего темнаго, безпросвѣтнаго совѣтскаго быта ... Впрочемъ „не яко азъ хощу ...“

Господь судилъ иначе и ему пришлось сожалѣть, что не подпалъ подъ смертный приговоръ.

Процессъ, по опредѣленію Экзарха, послужилъ только къ вяще-шаму торжеству Церкви.

„Уже внѣшній видъ, пишетъ онъ (25. IУ. 23), сдѣлалъ многое. Среди латинскихъ сутанъ и бритыхъ лицъ выдѣлялась моя бо-

рода, вызывая всеобщее недоумѣніе; что же это такое? значить и *make* католики бываютъ? Стоустная молва черезъ газеты пронесла теперь въ самые укромные уголки Россіи отголоски процесса, а вмѣстѣ съ тѣмъ и разсказы о русской католической церкви и ея Экзархѣ. Это теперь уже неотъемлемый исторический фактъ. Такъ какъ я уже зналъ, что мы обречены заранѣе и что ни о какой справедливости на судѣ рѣчи быть не можетъ, то постарался съ честью выйти изъ создавшагося положенія“.

Онъ самъ былъ своимъ защитникомъ. Его рѣзкие отвѣты и защитительная рѣчь вызвали восхищеніе многихъ присутствовавшихъ. Онъ явился самой яркой католической фигурой на судѣ. Его фраза: „Хотя мы и подчиняемся совѣтской власти вполнѣ искренно, но смотримъ на нее, какъ на наказаніе Божіе за грѣхи наши“ вызвала сенсацію и ходила по всей Москвѣ. Онъ смѣло бросилъ суду обвиненіе, что ни о какой свободѣ совѣсти въ Совѣтіи и рѣчи быть не можетъ. *Это почувствовали всѣ.*

Выяснилось также и отношеніе большевиковъ къ идеи соединенія церквей; она представляется имъ только, какъ *общій политической фронтъ противъ большевизма*.

„Мои десять лѣтъ тюрьмы, пишетъ Экзархъ (въ томъ же письмѣ), я получилъ именно за это. Прокуроръ (Крыленко), охарактеризовавъ меня, какъ фанатика, идущаго на проломъ противъ совѣтской власти, заявилъ, что мой фанатизмъ не можетъ смягчить моей участіи. „Это онъ, закричалъ прокуроръ, указывая на меня патетическимъ жестомъ, – это онъ собиралъ вмѣстѣ католиковъ и православныхъ для противодѣйствія власти! Это онъ устраивалъ общій фронтъ противъ коммунизма!.. Церковь и совѣтская власть – это антиподы и ужиться вмѣстѣ не могутъ. Всякая проповѣдь съ церковной кафедры противъ атеизма есть уже политическая контр-революціонная агитациѣ“ Такъ съ католиками злобой, захлебываясь отъ бѣшенства, кричалъ на судѣ прокуроръ . . .“

Единственно чего боялся о. Леонидъ, – это быть высланнымъ изъ Россіи. Онъ нехотѣлъ покидать родины, своего дѣла, служенія, своей бѣдной распыленной паствы. Въ тюрьмѣ среди осужденныхъ онъ могъ и продолжать апостольское служеніе, изъ тюрьмы, хоть урывками, – управлять экзархатомъ.

Приговорили его къ 10 годамъ тюремнаго заключенія. Переносилъ онъ его бодро. „Здоровье мое, пишеть онъ, расшаталось, затронута верхушка праваго легкаго, но въ общемъ чувстую себя бодро. Состояніе духа по милости Божией также хорошо, хотя очень тяжело безъ литургіи: чувстую себя какимъ – то никуда не годнымъ человѣкомъ . . .“

И тамъ въ заключеніи у него налаживалось „дѣло“. Тюрьма была нереполнена лучшими представителями православнаго духовенства – тихоновцами – епископами и священниками. Католики помѣщались въ верхнемъ этажѣ, православные – въ нижнемъ. „Я, пишеть Экзархъ, настроилъ моихъ латинянъ какъ слѣдуетъ, и ни одного рѣзскаго слова не вылетаетъ изъ устъ. Я постоянно спускаюсь въ первый этажъ и православные принимаютъ меня, какъ своего. Въ особенности епископъ Х. склоненъ къ соединенію. Думаю, что придется посѣять не одну горсть добрыхъ семянъ.“

Благодаря своей богатой памяти и исключительной эрудиціи о. Леонидъ могъ и въ тюремныхъ условіяхъ продолжать свои научныя работы, пользуясь каждымъ случайнымъ клочкомъ бумаги; за время заключенія имъ составленъ катехизисъ и рядъ богословскихъ и историческихъ очерковъ. Всѣ они, конечно, отбирались начальствомъ и пополняли въ ГПУ улики противъ труженика – „фанатика“.

На этотъ разъ онъ пробылъ въ тюрьмѣ три года и два мѣсяца. Въ силу какого-то манифеста, онъ подпалъ подъ „амнистію“ и былъ выпущенъ; но его „свобода“ выла ограничена такъ называемымъ „минусъ 6“, т. е. запрещеніемъ въѣзда въ 6 главныхъ городовъ и во всѣ морскія гавани.

Мѣстомъ жительства онъ выбралъ Калугу. Благодаря вниманію и добротѣ мѣстнаго латинскаго священника, о. Іоанна Павловича, онъ имѣлъ возможность устроиться съ относительнымъ удобствомъ, а главное – могъ служить обѣдню. Паства о. Павловича, всего 50 человѣкъ, была вся латинская, и его восточная служба вызвала сначала недоумѣніе и даже смущеніе, но авторитетное слово настоятеля сразу положило этому конецъ. „Iterum et iterum“ повторяю, записываетъ Экзархъ, все въ нашей миссіи зависитъ отъ отношенія къ намъ нашихъ латинскихъ коллегъ“.

О своихъ прихожанахъ Петрограда и Москвы доходили до него

печальныа вѣсти. „38 моихъ лучшихъ прихожанъ, пишетъ онъ Митрополиту Андрею, сидятъ по тюрьмамъ и ссылкамъ. Среди нихъ есть старушки по 54 и 57 лѣтъ, да въ добавокъ еще больныя. Не отличаются здороvьемъ и другія мои вѣрныя чада. Ихъ єсть цынга (иа Соловкахъ и въ Сибири), туберкулезъ и другія немощи; раскинуты они по всему пространству нашего необъятного отечества . . . Сидятъ, какъ говорится, ни за что ни про что, или вѣрнѣ за то, что они русскіе католики. Ихъ рѣдкія письма дышатъ такой ясностью духа, такимъ смиреніемъ передъ волей Провиденія, такой радостью за свои страданія во Христѣ, что мнѣ остается только благодарить Бога и учиться у нихъ христіанской стойкости“.

Это письмо, помѣченное 23. Мая 1926. года, – послѣднее извѣстіе, дошедшее до насъ *непосредственно* отъ о. Леонида. Заканчивается оно словами: „Хотѣлось бы мнѣ, что-бы какъ-нибудь было доведено до сведѣнія Святого Отца, что я такъ глубоко тронутъ его заботами обо мнѣ недостойномъ, что мнѣ становится подъ часть стыдно за такое незаслуженное участіе и что только думаю о томъ счастливомъ моментѣ, когда лично смогу преклониться къ его апостольскимъ стопамъ“.

Отрывочныя данныя для дальнѣйшаго нашего повѣствованія мы сможемъ черпать исключительно изъ устныхъ и писменныхъ воспоминаній другихъ русскихъ католиковъ, раздѣлявшихъ съ нимъ мытарства по мѣстамъ заключеній и ссылки, тѣхъ изъ нихъ конечно, которымъ по разнымъ обстоятельствамъ посчастливилось вырваться изъ совѣтскаго рая. Именъ ихъ, пока что, давать мы не можемъ.

Не долго пришлось о. Экзарху пользоваться „свободой“. Прослишали о его освобожденіи и пребываніи въ Калугѣ жители г. Могилева, гдѣ онъ въ свой прїездъ въ 22-мъ году посѣялъ столь благодатныя семена сближенія между православными (бывшими уніатами) и католиками, и рѣшили просить его прислать къ нимъ священника католика восточного обряда для завершенія дѣла Унії. Кого посыпать? Всѣ священники давно зарестованы, поразосланы . . . Экзархъ отправился самъ и снова своимъ горячимъ голосомъ всколыхнулъ массы, призываю всѣхъ къ единенію.

Бывать въ Могилевѣ ему не возбранялось, но вести уніальную

пропаганду – было тяжкимъ преступленіемъ. На этотъ разъ, уже безъ всякаго суда, административнымъ порядкомъ Экзархъ ссылается на Соловки.

На Бѣломъ морѣ, подъ полярнымъ кругомъ, на группѣ Соловецкихъ острововъ съ ХУ-го столѣтія обосновался рядъ монастырей, сыгравшихъ видную роль въ исторіи Россіи и въ духовномъ развитіи русскаго народа. Большевики обратили монастыри и церкви въ тюрьмы а всѣ острова – въ мѣста ссылки и каторжныхъ работъ въ самыхъ кошмарныхъ условіяхъ. Выхода оттуда не было. 60% ссыльныхъ умирало на мѣстѣ. Когда ГПУ арестовываетъ русскаго свободнаго гражданина, первою мыслью арестованного бываетъ: „Только-бы не въ Соловки!“ – Туда-то и попалъ въ Октябрѣ 1926. года нашъ Экзархъ.

Къ великому утѣшенію встрѣтилъ онъ тамъ цѣлый рядъ „своихъ“ людей изъ Петрограда и Москвы, священниковъ и мірянъ; оказались тамъ и двѣ сестры Доминиканки Московской Общины. Встрѣтили его, какъ отца роднаго.

„Какъ сейчасъ помню моментъ встрѣчи съ нимъ, записываетъ одинъ изъ „своихъ“. Я былъ на работѣ на лѣсопильномъ заводѣ. Прибѣгаешь ко мнѣ о. Х съ радостнымъ извѣстіемъ: „Экзархъ пріѣхалъ!“ и проситъ скорѣе повидаться съ нимъ и постараться высвободить его изъ карантина, помѣщавшагося въ страшной 13-ой ротѣ. Въ ея зданіи по нормальнымъ тюремнымъ условіямъ могли помѣщаться 100 – 150 человѣкъ; въ „соловецкихъ“ условіяхъ нормой накопленія „до отказа“ считалось 300 – 500 человѣкъ; но на зиму того года было загнано до 2000. – Я имѣлъ нелегальный ходъ туда и быстро оказался на мѣстѣ. Въ первой полутемной комнатѣ увидѣлъ я о. Экзарха среди такъ называемой „шпаны“, мелкаго уголовнаго элемента. Онъ былъ одѣтъ по свѣтски въ оригиналной истрапанной шляпѣ. Сердце мое сжалось при видѣ въ такомъ обществѣ дорогого Экзарха блѣднаго, усталаго. Онъ мнѣ очень обрадовался. Не смотря на усталость, онъ, какъ всегда, былъ бодръ. Я быстро получилъ разрѣшеніе на его нелегальный выходъ, привель его въ иашу роту, гдѣ помѣщались всѣ священники; съ какой радостью привѣтствовали мы нашего архипастыря! А какая радость была для всѣхъ и для сестеръ, когда послѣ отбытія двухъ-недѣльнаго карантина,

Экзархъ появился въ нашей часовнѣ, совершилъ въ ней службу и сказалъ намъ проповѣдь, какъ всегда, мудрую, сильную и сердечную“

Онъ поучалъ и утѣшалъ ихъ: „Мы жертва за схизму Востока – я не устану повторять это – и должны съ терпѣніемъ нести этотъ крестъ“ „Мы удобреніе для духовнаго возрожденія Россіи“ „Помните, что наши обѣдни на Соловкахъ, возможно, единственные въ Россію; надо стремиться во что бы то ни стало отслужить хоть одну обѣдню въ день . . .“

Совершать эти обѣдни и молиться за русскій народъ – вотъ была первая и главная задача всѣхъ этихъ каторжанъ. Сначала начальство разрѣшало пользоваться для служенія одной заброшенной часовней. Потомъ послѣдовало запрещеніе служить вообще. Всѣ церковныя принадлежности – сосуды, обланіе, книги, служебники, иконы и пр. подверглись „изъятію“. Но несмотря на всѣ преслѣдованія властей, на постоянные обыски по ночамъ, заключеннымъ, памятую слова Экзарха, удавалось почти ежедневно отслужить обѣдню. Служить приходилось гдѣ попало: въ подвалахъ, въ лѣсу на камнѣ или подъ защитой развѣсистой ели.

А съ Іюня 29. года, положеніе еще ухудшилось. Всю „духовную коммуну“ перевели съ главнаго Центрального острова на самый сѣверный небольшой островъ Анзеръ, гдѣ условія во всѣхъ отношеніяхъ были еще тяжелѣе. 33 человѣка оказались скучеными въ небольшой комнатѣ длинною въ 4, 3 метра и около 2-хъ метровъ ширины. Обѣдни умудрились служить на чердакѣ подъ самой крышей; такъ было низко, что всѣ, начиная съ служившаго, могли стоять только на колѣняхъ, и служить можно было только по ночамъ. Все-же оправдывалось замѣчаніе одного мѣстнаго слѣдователя – большевика: „Гдѣ ксендзъ, тамъ и обѣдня!“

О. Леонидъ и здѣсь не оставлялъ своего „писанія“. Какъ часто закончивъ свою урочную работу, (а работы были: рубили и волокли лѣсь, пилили дрова, втаскивали на берегъ прибитыя бурей бревна и т. п.) – садился онъ за опрокинутый деревянный ящикъ и на клочкахъ бумаги продолжалъ своимъ бисернымъ почеркомъ свои труды; судьба ихъ почти всегда была одна: попадали

они въ ГПУ. Такъ его и прозвали товарищи: „писатель ГПУ“. Только два сочиненія минули „ареста“ и покинули Соловки въ девевянномъ ящикѣ съ двойнымъ дномъ. Вывезъ ихъ одинъ православный священникъ. Одно изъ нихъ – Христосъ, какъ историческая личность“ изъ ряда вонъ замѣчательно.

Его товарищи позволяли себѣ иногда отрывать его отъ этихъ работъ, просили порадовать ихъ какимъ нибудь докладомъ. „На какую тему?“ – Давалась тема, и въ продолженіи часа – двухъ, въ темнотѣ, съ неослабнымъ вниманіемъ слушала „комуна“ своего руководителя и утѣшителя.

Такъ цироходило время. Постоянныя заботы о возможности совершилъ Св. Жертву, служеніе обѣденъ во мракѣ ночи подъ постояннымъ страхомъ быть застигнутыми „на мѣстѣ преступленія“, постоянныя заботы о томъ, какъ раздобыть вина, хлѣба, облаченіе, утварь и т. п. – все это заставляло нашихъ каторжанъ проходить большую школу духовной жизни, и жизнь эта была сильнымъ ключемъ и оставила въ ихъ душахъ свѣтлые воспоминанія. Въ то время, какъ всякий совѣтскій гражданинъ съ содроганіемъ и проклятиемъ вспоминаетъ о Соловкахъ, одинъ изъ нашихъ священниковъ, послѣ восьми лѣтъ ссылки, записываетъ въ своихъ воспоминаніяхъ: „Я счастливъ, что былъ на Соловкахъ!“

6-го августа 1929 г. о. Леонида вывезли съ Соловковъ. Поселили его въ маленькой деревушкѣ недалеко отъ уѣзднаго города Пинѣги, Архангельской губ. Въ крестьянской избѣ, гдѣ проживалъ православный священникъ Парфеній Кругликовъ, тоже ссыльный, онъ „уголъ“.

Прошло два года относительного спокойствія. Онъ сошелся съ настоятелемъ православной церкви въ Пунѣгѣ и могъ пользоваться его скромной библіотекой; на Соловкахъ разрѣщалось писать два письма въ мѣсяцъ; теперь этого ограниченія не было. Своего „дѣла“ онъ не оставлялъ и въ этой глухи. Писалъ, получалъ взрослыхъ, училъ дѣтей. Всѣ его полюбили, всѣмъ онъ помогалъ, чѣмъ могъ, дѣлился скучною и рѣдкою помощью, которая доходила до него черезъ „Красный Крестъ“, благодаря хлопотамъ предсѣдательницы Г-жи Пѣшковой (жены М. Горькаго).

Но главное – поражалъ онъ всѣхъ рвенiemъ къ своей апостольской работѣ. Настоятель церкви въ Линѣгѣ говоривалъ, что такие горячие работники опасны не только для большевиковъ, но и для церкви православной, въ которой способны произвести большія потрясенія. Онъ признавался: „Если-бы о. Леонидъ подольше пробылъ у насть, сомнѣваюсь, сумѣль бы я удержать своихъ овецъ; вѣдь ему удалось поколебать даже мои убѣжденія . . .“

А о. Парфеній, сосланный служитель патріаршой церкви (въ то время русская церковь уже подѣлилась на нѣсколько самостоятельныхъ церквей), отдавая полную справедливость и мудрости, и покорности, и ласкавости, и рвеню о. Леонида, подчеркивалъ небезопасность для православія отъ его работы: „это волкъ, который можетъ погубить овчарю Христову“. Не тако-го мнѣнія о немъ былъ самъ патріархъ Тихонъ.

Не удивительно, что большевики рѣшили убрать этого „волка“.

Въ 1931, году перевезли его въ Архангельскъ. Снова – полная изоляція, угрозы разстрѣла и затѣмъ ссылка сначала въ Котласъ, небольшое мѣстечко Вологодской губ., а затѣмъ въ деревушку Полтаву, въ 15 килом. отъ Котласа.

Уже въ Пинѣгѣ началъ онъ серьезно хворать. Сказывались голодные годы и непосильные физическіе труды, тяжелыя условія каторги и ссылки. Сердечные припадки, астмъ; временами душилъ его кашель, говорить становилось трудно; болѣль гастроитомъ, страдалъ отъ ишиаса . . .

Видя его убогое состояніе, ГЦУ признало его „инвалидомъ“ и избавило его отъ принудительныхъ работъ.

Въ Августѣ 1932. года истекалъ срокъ его ссылки. Догло не могъ онъ добиться отъ ГПУ документа, свидѣтельства объ отбытіи наказанія; только въ Ноябрѣ 33. года вручили ему документъ, но . . . о продленіи поселенія еще на три года; дали ему „минусъ 12“!

Мѣстомъ пребыванія выбралъ себѣ о. Леонидъ г. Вятку, гдѣ надѣялся найти старыхъ знакомыхъ товарищѣй по ссылкѣ, да и климатическія условія казались для больного лучшими. Онъ былъ настолько слабъ, что самъ уже ничего предпринять не могъ; говорить могъ только шопотомъ; вывезли его добрые люди.

О жизни Экзарха въ Вяткѣ пока ничего сказать неможемъ, Этого трехлѣтняго срока не суждено было ему дотѣрпѣть.

4-го Марта 1935. года онъ скончался; умеръ онъ въ полной нищѣтѣ, заброшенный; даже не напутствуемый священникомъ, лишенный утѣшений послѣднихъ святыхъ Таинствъ. Добрые люди, крестьяне его похоронили. Могила его известна.

Не стало великаго исповѣдника и мученика Церкви, но дѣло его живетъ его духомъ и молитвами; жизнь его и труды заслуживаютъ болѣе серьезнаго и обстоятельнаго изученія, чѣмъ настоящій краткій очеркъ.

## DE CORPORE CHRISTI MYSTICO

### QUAESTIONES METHODICAE

*Dr. Franciscus Grivec, univ. prof., Ljubljana.*

Ultimis annis multi libri egregii de corpore Christi mystico editi sunt. Compendia theologica in tractatibus de ecclesia et gratia et sacramentis iam uberius de hac sublimi quaestione agere solent. Auctores, de vita christiana atque de theologia ascetica tractantes, non absque magna utilitate doctrinam de Christo mystico respiciunt, imo illam non raro centrum vitae christiana et medullam theologiae asceticae declarant. Ast fere omnes libri et tractatus recentiores de hac sublimi idea difficultatibus vel obscuritatibus vel defectibus methodicis laborant. Quare liceat mihi quasdam observationes methodicas de corpore Christi mystico proponere:

I. Corpus Christi mysticum primario loco ecclesiam significat atque quodam sensu definitio ecclesiae dici potest.

II. Ideo tractatio de corpore Christi mystico arctius cum tractatu de ecclesia connectanda est.

Nec negligendus est nexus cum hierarchica ecclesiae constitutione.

III. Hoc ecclesiae conceptu multae acatholicorum, praeprimis christianorum orientalium, obiectiones aptissime praeveniuntur et dissipantur fratresque orientales ad unitatem in Christo fovendam alli- ciuntur.

## I. Corpus Christi quod est ecclesia. (Col. 1, 24.)

Intimum corporis Christi mystici cum ecclesia nexus theoretice nemo negat, ast practice multi illum nexus plus iusto negligunt.

Ecclesiam esse corpus Christi, ab ipso Christo revelatum est apostolo Paulo. Haec revelatio s. Paulo data est in ipsa eius conversione ante Damascum. Paulo (Saulo) interroganti: „Quis es, Domine“, respondit Christus: „Ego sum Jesus, quem tu persequeris“ (Act. 9, 5). Ast Paulus, ut ipse narrat, persequebatur et expugnabat ecclesiam Dei (Gal. 1, 13). Haec mystica ecclesiae cum Christo connexio et fere identitas prima s. Pauli idea christiana fuit ipsique assidue ante oculos versabatur. In epistolis suis, Spiritu Sancto inspirante conscriptis, constanter hanc ecclesiae ideam praedicat. Christum dedit Pater „caput supra omnem ecclesiam, quae est corpus ipsius et plenitudo eius“ (Eph. 1, 22—23). Apostolus patitur pro fidelibus Christi, pro corpore Christi, „quod est ecclesia“ (Col. 1, 24).

Ergo doctrina, ecclesiam esse corpus Christi mysticum, divinitus *revelata* atque Sancto Spiritu dictante consignata est. Hanc veritatem esse de *fide divina*, theologi non pauci expresse docent. M. d'*Herbigny* docet, hanc doctrinam non solum de fide divina esse sed etiam proxime definibilem, immo iam promulgatam, licet non definitam<sup>1</sup> J. M. *Hervé* eam simpliciter de fide divina esse dicit.<sup>2</sup> S. *Tromp* vero affirmat, hanc veritatem in deposito fidei ita clare contineri, ut eius negatio haeresis dicenda sit.<sup>3</sup> Hanc fidei veritatem eiusque cum ecclesia nexus sancti Patres ecclesiae et theologi scholastici communiter tradunt, doctrinam s. Pauli sequentes eamque illustrantes.

E conceptus corporis Christi mystici nexu cum conceptu ecclesiae logice sequitur, hanc ecclesiae ad Christum relationem in tractatu theologico de ecclesia Christi minime negligendam esse.

Candide fatendum est, s. Pauli sublimem de ecclesia conceptum in catholico tractatu theologico de ecclesia usque ad tempus recentissimum revera plus iusto neglectum esse. Qui defectus cum historia huius tractatus arcte cohaeret. Tractatus de ecclesia enim medio aevo iam exeunte, praesertim vero post saeculum XVI. demum

<sup>1</sup> J. M. d' *Herbigny*, Theologica de Ecclesia (Paris 1920) I, pg. 96.

<sup>2</sup> J. M. *Hervé*, Manuale theologiae dogmaticae, Vol. I. Ed. 14 (Paris 1936), pg. 429.

<sup>3</sup> S. *Tromp*, Corpus Christi quod est ecclesia I. (Roma 1937), pg. 155.

excolebatur. Post magnum schisma occidentale, medio aevo exente, multi orti sunt errores de auctoritate conciliorum, de potestate episcoporum et presbyterorum. Saeculo XVI. protestantes hierarchicam ecclesiae potestatem apostolicamque successionem reiecerunt multisque tractatibus theologicis oppugnabant. Gallicani varia dubia de supra potestate Pontificis Romani movebant. Sublimis s. Pauli doctrina de corpore Christi mystico nec a protestantibus nec a Gallicanis negabatur, nec de illa controversiae exortae sunt. Ideo in tractatu de ecclesia s. Pauli ecclesiae conceptus negligebatur. Doctrina s. Pauli ut nota agnitaque supponebatur. De illa pauca tantum dicebantur, plerumque ad modum brevis scholii. Ita hodiernus de ecclesia tractatus exortus est.

Summa et methodus tractatus theologici de ecclesia breviter comprehenditur definitione ecclesiae, a sancto cardinale Roberto Bellarmino confecta: „Ecclesia est coetus hominum eiusdem christiana fidei professione et eorumdem sacramentorum communione colligatus sub regimine legitimorum pastorum ac praecipue unius Christi in terris vicarii, Romani Pontificis“. Quae definitio in scholis librisque theologicis invaluit. Definitio vere clara et practica, ast non completa, quia essentiam et vitam supranaturalem ecclesiae parum exprimit.

Haec methodus traditionalis tractatus theologici de ecclesiae saeculis XVI. — XIX. conditionibus illius temporis adaptata atque praecipue contra protestantismum antiquorem (orthodoxum) et gallicanismum directa est. Qui protestantismus hodie iam non existit, gallicanismus vero in concilio Vaticano iam victus est. Contra modernam protestantium theogiam, contra modernum rationalismum et subjectivismum et naturalismum alia methodo in alioque campo pugnandum est. Contra acatholicon obieciones atque contra multas ipsorum catholicorum falsas opiniones et difficultates revertendum est ad antiquas traditiones et ad sancti Pauli ecclesiae conceptum. Quod pulcherrime monuerunt theologi concilii Vaticani in primo schemate de ecclesia, concilio Vaticano proposito.<sup>1</sup>

<sup>1</sup> Cf. meam praelectionem in Conventu Pragensi pro studiis orientalibus a. 1929 (*Acta Conventus Pragensis. Olomucii 1930*, pg. 36 — 38). Vide etiam „*Acta Conventus pro studiis orient*“, Ljubljana 1925, pg. 41 et 19 — 29 et *Acta VI. Conventus Velehradensis a. 1932*, pg. 129 — 132.

Non absque nutu quodam providentiae divinae evenit, ut in illo concilio, quo hierarchica ecclesiae constitutio usque ad summum verticem definita est, a primis illius aetatis theologis (inter quos I. B. *Franzelin* eminebat) sublimis apostoli Pauli conceptus ecclesiae tam enixe tamquam medulla tractatus de ecclesia propositus sit. In hoc enim schemate Vaticano de ecclesia primo loco ponitur corpus Christi mysticum clarissimis verbis: „Haec est, quae, ut fidelium mentibus obiciatur alteque defixa haereat, satis nunquam commendari potest, praecellens ecclesiae species, cuius caput est Christus“. Quae verba in annotationibus, schemati adiectis, rationibus sequentibus fulciuntur: „Ad describendam Ecclesiae naturam secundum veram et catholicam doctrinam statuitur primo loco, illam esse corpus Christi mysticum, eo quod 1. in sacris litteris Ecclesia Christi nullo alio schemate (specie) frequentius accuratius et dissertius proponitur; 2. quod eodem schemate continetur ipsa *intima Ecclesiae essentia* et praestantissima, id est *divina* eius species ac vis; 3. ut statim a principio excludatur vulgata apud novatores tam recentiores quam vetustiores exceptio, quasi per catholicos tota Ecclesiae veritas revocaretur ad externa ac sensibilia tantum; 4. nisi illa *interna Ecclesiae species* habeatur ob oculos, constitui aestimarique, ut par est, de iis non posse, quae ad ipsam *externam eiusdem faciem* spectant; et notum est omnibus 5. ipsam in primis esse mystici corporis speciem, quae nunc inter homines adeo carnales ac mundanos aut penitus ignoratur, aut, uti oportet, non attenditur; quare illa videbatur ante omnia in animis fidelium excitanda.“<sup>1</sup>

Cardinalis I. B. *Franzelin*, qui in hoc schemate Vaticano magnas habuit partes, in suis praelectionibus academicis dicit: „Hic modus considerandi ecclesiam (corpus Christi) non solum apud sanctos Patres communis est, sed etiam populo christiano familiaris, eoque manifestior eius praestantia, ut fere dici possit christiana *definitio ecclesiae*.“<sup>2</sup>

Hic ecclesiae conceptus in recentioribus ecclesiae documentis frequenter commendatur et illustratur, e. gr. in litteris encyclicis Leo-

<sup>1</sup> Collectio Lacensis (Acta et decreta s. conciliorum recentium) VII, pg. 567 et 578.

<sup>2</sup> I. B. *Franzelin*, Theses de ecclesia Christi. 2. ed. (Roma 1907), pg. 300.

nis XIII. de unitate ecclesiae („Satis cognitum“ 1896), in litteris Pii XI. de ss. Corde Jesu („Miserentissimus Redemptor“ 1928); in litteris encyclicis de sacerdotio Christi (1935) „haec pulcherrima mystici Jesu Christi corporis doctrina“ laudatur. In recentioribus quoque tractatibus librisque theologicis, apologeticis, asceticis, bibli-  
cisis, in actione catholica studiisque liturgicis sublimis Paulinus eccle-  
siae conceptus frequenter supponitur et explicatur.

E fontibus revelationis, nempe e revelata sancti Pauli doctrina, in eius epistolis divinitus inspiratis tradita atque a traditione et ab ordinario ecclesiae magisterio proposita, ergo sequitur, corpus Christi mysticum esse ecclesiam Christi. Eadem intima ecclesiae et corporis Christi mystici connexio vel potius identitas sequitur e doctrina fidei de sacramento baptismi. Per sacramentum baptismi enim simul Christo et ecclesiae incorporamur; efficimur simul membra Christi et ecclesiae. Haec veritas et a theologis et a solemni ecclesiae magisterio diserte proposita est. Concilium Florentinum docet: „Per ipsum (baptismum) membra Christi ac de corpore efficimur ecclesiae“ (Denzinger 696), concilium vero Tridentinum: „Quos Christus Dominus lavacro baptismi sui corporis membra (1. Cor. 12, 13) semel effecit“ (Denzinger 895).

Quem intimum conceptus corporis Christi mystici cum ecclesia nexum multi theologi recentiores plus iusto negligere vel laxare videntur. Causa huius disiunctionis in ipsa historia theologiae sita est. Inde a saeculo XVI. enim, cum tractatus de ecclesia systematico excolebatur, de corpore Christi mystico in hoc tractatu non disputabatur, prout iam supra explicavi. In documentis ordinarii ecclesiae magisterii et in litteris theologicis etiam hisce saeculis corpus Christi mysticum minime negligitur, ast raro cum doctrina de ecclesia Christi connectitur. Theologi sublimem s. Pauli doctrinam praecipue in tractatibus de vita spirituali et ascetica respi-  
ciebant. Tempore Patrum ecclesiae et theologiae scholasticae antiquioris sublimis doctrina s. Pauli arctius quidem cum conceptu ecclesiae connectebatur. Ast illa aetate ipse ecclesiae tractatus conceptusque nondum systematice excultus est. Ecclesia persaepe sensu latiore concipiebatur, nulla vel non sufficiente interposita distinc-  
tione inter animam et corpus ecclesiae, inter ecclesiam hierarchicam, a Christo hac in terra institutam, et inter ecclesiam sensulatiore, omnes

fideles et sanctos omnium temporum, immo et angelos complectentem. Ideo multi loci pulcherrimi sanctorum Patrum et theologorum antiquiorum de corpore Christi mystico cum illo vago et latissimo ecclesiae conceptu connexi sunt.

Hodie vero tractatus de ecclesia Christi eiusque constitutione hierarchica ad summam iam perfectionem exultus est; multae quaestiones graves a solemni vel ordinario ecclesiae magisterio definitae sunt. Quare iam non licet ita indeterminate hanc tractare doctrinam sicut tempore Patrum. Theologia hodierna etiam sensum latiorem ecclesiae agnoscit: ecclesiam militantem, patientem atque triumphantem. Attamen ecclesiam militantem, hierarchicam, in hac terra versantem, ab ecclesia triumphante (in coelis) et paciente (in purgatorio) accurate distinguit. Christus enim instituit ecclesiam hierarchicam ab apostolis eorumque successoribus regendam; huic ecclesiae visibili hierarchiae tradidit sacramenta. Atqui haec ecclesia in terris adhuc versatur et pugnat (ecclesia militans). Haec est praecise ecclesia a Christo instituta. Hierarchica constitutio et sacramenta ad essentiam eius pertinent; quae in coelis non existunt. Ideo gravis est distinctio inter ecclesiam sensu stricto (hierarchicam, militantem) et triumphantem. Item accurate distinguendum est inter animam et corpus ecclesiae.

Tempore Patrum et scholasticorum quaestiones de ecclesia aliis quaestionibus theologicis (praecipue christologicis) subordinabantur, hodie autem proprius tractatus de ecclesia exultus est sive tamquam pars theologiae, quae fundamentalis dicitur, sive tamquam pars theologiae dogmaticae. In utraque methodo, dogmatica et apologetica (theologia fundamentali) quaestio de corpore mystico vel negligebatur vel ipsi tractatui de ecclesia non satis intexebatur.

Quae historia huius quaestioonis quique quaestioonis et rerum status recentioribus tractatibus et libris de corpore Christi mystico manifesta impressit vestigia. Sublimis sancti Pauli doctrina plerumque historico-dogmatice vel ascetice tractatur atque a hodierna doctrina systematica de ecclesia exactaque terminologia plus iusto seiungitur.

Inter recentes de corpore mystico tractatus liber *E. Mersch*, Le Corps mystique du Christ (2 volumina, 2. editio 1936) tum profunda doctrina tum uberrimo apparatu scientifico eminet; quaestionem praeprimis historice tractat, ut ipse in libri inscriptione monet (étu-

des de théologie historique). De prima editione huius operis amplissimi (plus quam mille paginarum) M. *Gordillo* plures defectus methodicos opportune annotavit,<sup>1</sup> qui omnes defectus in altera quoque operis editione repetuntur.

In theoretica operis introducione E. Mersch duplicem corporis mystici distinguit sensum (pg. XXIII.—XXIV): 1. unionem cum Christo realem et ontologicam iuxta doctrinam sancti Pauli et sanctorum Patrum; 2. unitatem moralem, qua Christo iungimur, exemplari nostro, causae exemplari et meritoriae nostrae iustificationis. Utrumque sensum verum dicit, sed sensum primum profundiorum atque magis cum sacra Scriptura et cum doctrina Patrum concordare concedit. Mea autem opinione, supra iam satis probata, solum primus sensus verus est. Corpus Christi mysticum enim iuxta claram doctrinam apostoli Pauli ita cum ecclesia Christi cohaeret, ut ab illa separari minime possit. Christo et ecclesiae incorporamur sacramento *baptismi*, quae incorporatio in eucharistia ad intimam cum Christo unionem perficitur et consummatur; ergo Christo in unum corpus mysticum iuncti sumus realiter et ontologice, non vero moraliter tantum.

— In primo operis volumine saepe repetit, doctrinam Joannis apostoli de nostra cum Deo et Christo unione eandem esse ac doctrinam Pauli de corpore mystico; immo Joannem sancto Paulo praefert atque theologos scholasticos vituperare videtur, quod s. Paulum potius quam Joannem secuti sint. — Doctrinam sanctorum Patrum Graecorum proponendo non satis attendit, illos etiam locos sacrae Scripturae, expresse de hierarchica ecclesiae constitutione et de primatu s. Petri loquentes, christologice potius quam ecclesiologice applicasse et explicasse. Ergo sicut in illis applicationibus illos hodie sequi non possumus, ita etiam doctrinam s. Pauli de incorporatione in Christum arctius cum conceptu ecclesiae coniungemus; hodie enim non ita agitur de controversiis christologicis sicut saeculis IV. et V., sed potius de vero ecclesiae conceptu. — Haec et alia similia cum minus exacta auctoris opinione de conceptu corporis mystici cohaerent.<sup>2</sup> Hunc conceptum non satis restrinxit; ideo tota eius investigatio minus clara et praecisa evasit, prout M. Gordillo monet.

<sup>1</sup> *Orientalia Christiana periodica* (Roma) 1935, pg. 517.

<sup>2</sup> Cf. meam recensionem istius libri in *Actis Acad. Vel.* 1937, pg. 53—56.

Amplum doctissimi E. Mersch opus multi alii auctores (Gruden, Mura e. a.) in parte historica secuti sunt. *E. Mura*<sup>1</sup> in parte dogmatica corpus mysticum saepe recte cum ecclesia identificare videtur. In parte biblica et historica vero opinionem minus exactam E. Mersch sequitur. Ast neque in parte dogmatica sibi constans permansit. In prima editione (1934) I, pg. 210—211 minus exacte docere videtur, corpus Christi mysticum latius patere quam ecclesiam hierarchicam. Quae falsa opinio in libris recentioribus saepe occurrit. Diversum sensum termini *caput* neglexit. Ideo minus exacte de membris corporis mystici loquitur. Angelos (pg. 297—300) membra corporis Christi mystici atque Christum caput angelorum dicit. Attamen certum est, angelos, puros spiritus, non posse esse membra corporis mystici, cuius caput est Christus natura sua humana. Distinguendum est caput sensu metaphorico (iuridico) a capite sensu magis proprio et mystico.

In parte dogmatica E. Mura cum J. Anger (*La doctrine du Corps mystique de Jesus Christ d'après les Principes de la Théologie de Saint-Thomas.* 1. ed. 1929; 4. ed. 1934) vestigia sancti Thomae Aquinatis premit. S. Thomas cum multis Patribus et theologis medii aevi terminum „corpus mysticum“ cum ecclesia quidem aequiparabat, ast ecclesiam sensu latiore concipiebat, ecclesiam militantem et patientem et triumphantem (simul cum angelis) complectentem. Hoc sensu angelos et omnes beatos novi et antiqui Testamenti in ecclesia ponebant. Ideo angelos et beatos in coelis membra corporis Christi mystici dicebant, i. e. membra ecclesiae.

Qui vero hodie ita loquitur, doctrinam de ecclesia et de corpore mystico ad conditiones theologiae patristicae ac scholasticae perperam deprimit, doctrinam hodiernam de ecclesia atque distinctiones hodie iam tritas et plane necessarias negligit. Qui angelos membra corporis mystici dicit, debet illos etiam membra ecclesiae dicere. Atqui sensu hodierno de membris ecclesiae solum quoad corpus ecclesiae, i. e. quoad ecclesiam visibilem hierarchicam loquimur. Eadem sequuntur ex exacto conceptu corporis mystici, cui sacramento baptismi incorporamur et sacramento eucharistiae perfecte unimur, cuius caput est Christus Deus et homo, ast humana sua natura. Angeli, puri

<sup>1</sup> Ernest Murá, *Le Corps mystique du Christ.* 2. ed. duo volumina. Paris 1936/37.

spiritus, igitur nec ecclesiae nec corporis mystici membra dici possunt. — Praeterea s. Thomas de corpore mystico christologice magis quam ecclesiologice tractat, quia eius aetate sicut tempore Patrum christologia multo magis quam ecclesiologia exculta est.

Inter theologos recentes *M. Scheeben* pulchre de corpore Christi mystico tractabat (in libro : *Mysterien des Christentums*), ast hanc quaestionem tractatibus dogmaticis et christologicis ita inseruit, ut iam ex dispositione materiae tractandae sublimes eius investigaciones potius christologicae quam ecclesiologicae appareant. Eius vestigia premit *C. Feckes* (*Mysterium der heiligen Kirche*. 1. editio 1934, 2. ed. 1935); quaestionem paeprimis christologice tractat.

Ad hunc librum doctoris *C. Feckes* quaedam methodica non spernenda observavit *B. H. Merkelbach O. P.*<sup>1</sup> Contra christologicam ecclesiae tractationem monet, ecclesiam esse corpus sociale et hierarchicum. Ergo tractatus de ecclesia non distrahendus e theologia fundamentali, nec demum post tractatum de Christo reponendus; nec theologia in christologiam convertenda . . . Quamvis ecclesia etiam relationes habeat cum Christo, tamen tota doctrina de ecclesia pertinet ad theogiam fundamentalem, quae agit de fontibus et locis, e quibus eruuntur theologica argumenta, quorum ope scientiam sacram aedicare valeamus. Magisterium vivum et doctrina revelata infallibiliter servata non sunt nisi in vera ecclesia Dei, societate hierarchica visibili. Hucusque *Merkelbach*.

Quae per se vera quidem sunt. Ast minime demonstrant, ecclesiam non esse tamquam corpus Christi mysticum tractandam, sed hoc solum probant, tractatum de corpore Christi mystico non esse ita a doctrina de ecclesia seiungendum, sicut multi theologi hodie faciunt. Tractatio de corpore Christi mystico doctrinae de ecclesiae non solum inserenda est, sed cum ipsa arctius connectenda; methodice et practice demonstrandum est, ipsam ecclesiam hierarchicam visibilem esse corpus Christi mysticum. Corpus Christi mysticum pri-mario quidem loco (in recto; reduplicative) supranaturalem ecclesiae vitam internam significat, ast minime ad animam ecclesiae restrin-gitur, sed essentialiter etiam ecclesiae constitutionem visibilem hierarchicam comprehendit. Quod multos theologos fugit.

Praeterea remanent aliquae quaestiones de corpore Christi mys-

<sup>1</sup> *Angelicum* (Roma) 1935, pg. 92—94.

tico, de quibus aptius in tractatibus de Christo atque de sacramentis disputatur. Medulla tamen doctrinae de corpore mystico tam arcte cum ecclesia connexa est, ut ab ipsa separari minime possit. Sublimis enim veritas corporis mystici non tamquam quoddam corpus separatum nobis revelata est, sed doctrina revelata indubia docet, corpus Christi mysticum esse ipsam ecclesiam Christi. Ergo neque in tractatu de ecclesia corpus Christi mysticum negligendum est, neque sublimior de corpore mystico tractatio a doctrina de ecclesia separanda est. Nexus utriusque veritatis divinitus revelatus est. Theologis ergo non licet hunc nexum vel lacerare vel nimis laxare, neque doctrinam de ecclesia tamquam de corpore Christi mystico ad statum quaestioonis tempore Patrum et sancti Thomae Aquinatis deprimere.

Hanc veritatem Seb. Tromp. S. J., in universitate Gregoriana in Urbe professor, aptissime in ipsa inscriptione sui de hac quaestione operis pronuntiavit: *Corpus Christi quod est Ecclesia* (Romae 1937). Liceat mihi hoc meae dissertationis caput concludere verbis doctoris laudati (pg. 156): „Etiam hodiecum in re nostra defectus quidam claritatis observare est. Et haec est causa, cur nonnulli nimia quadam facilitate et debitibus omissis distinctionibus dicant eos, qui bona fide errant (haeretici et schismatici materiales) non quidem pertinere iuridice ad Ecclesiam Romanam, tamen minime a corpore Christi esse separatos; alii vero haud pauci, licet Pius Papa XI in Encyclica sua de sacerdotio pulcherrimam vocaverit mystici Iesu Christi Corporis doctrinam, tamen audientes vocem Corporis Mystici non subrideri non possint, dicentes multos quidem sub specie profunditatis sermocinari de Mysticō Corpore, interrogatos vero quid praecise realitatis huic locutioni subsit, vel doctissime tacere vel prudentissime dubitare, vel nubilosissime respondere quaestioni positae . . . Tamen non agitur de re diffcili, vel saltem non de maiori difficultate quam in qua versantur ii, quibus explicandus est conceptus Ecclesiae. Etiam vox *Ecclesiae* inde ab antiquissima traditione variis et versicoloribus modis intellecta est.“

Quae huius quaestioonis hodierna conditio cum historia huius doctrinae et cum defectibus supra memoratis arcte cohaeret. Itaque praeprimis quaestiones methodicae declarantur et solvantur, ut defectus methodicae tractationis et claritatis corrigantur vel amovean-

tur. Vagae de corpore mystico locutiones ex illa aetate, cum etiam conceptus ecclesiae nondum restringebatur, sed sensu latiore adhiberi solebat, iam cedant praecisae tractationi, quae in doctrina de ecclesia post saeculum XVI. invaluit. Veritas revelata corporis Christi, quod est ecclesia, congruenter cum ecclesia et revelatione tractetur.

## CHRISTUS IN ECCLESIA

*Dr. Franciscus Grivec.*

Ita inscribitur liber nuper lingua Slovenica editus.<sup>1</sup> Inscriptio non prorsus nova. Iam Robert Hugh Benson scripsit librum: *Christ in the Church* (London 1910). Attamen liber Slovenicus argumento ab opere illo anglico valde discrepat atque quaedam continet, quae attentionem theologorum forsan movebunt. Quapropter *conspectum novi libri* hic trado, additis adnotationibus methodicis.

De meo libro „Cerkev“ (De Ecclesia), anno 1924 ad usum auditorum s. theologiae edito, P. Th. Spačil inter alia scripsit, illum stilo et locutione tam limpida et simplici scriptum esse, ut etiam a laicis in theologia cum facilitate et iucunditate legi possit.<sup>2</sup> Ut huic desiderio magis satisfacerem, prima editione iam anno 1932 exhausta, statui duplicum novam parare editionem, unam scientificam ad usum auditorum s. theologiae, alteram magis popularem (ut dicitur) ad usum *sacerdotum in cura animarum nec non laicorum*. Quam alteram editionem, de qua hic referto, frequente harum quaestionum coram laicis tractatione atque colloquiis cum sacerdotibus, meis discipulis, de experientiis in cura animarum mihi referentibus, paullatim parabam.

Neminem latet, genus humanum post tantas huius saeculi perturbationes firmiora iam fundamenta quaerere. Quo desiderio ducti multi errantes ad ecclesiam, catholici vero ad ideas ecclesiae primaevae ardenter recurrent. In libris sacris Novi Testamenti, in liturgia Patrumque traditione ecclesia Christi paeprimis tamquam

<sup>1</sup> Fr. Grivec, Kristus v Cerkvi. Ljubljana 1936. Pg. 572.

<sup>2</sup> Orientalia Christiana (Romae 1924), nr. 10, pg. 316.

*Regnum Dei et corpus Christi* ostenditur. Uterque ecclesiae conceptus in sacra Scriptura frequentissime atque disertissime describitur, Regnum Dei ab ipso Christo, corpus Christi (mysticum) autem a s. Paulo. Ideo has duas ideas, revelatas et antiquissimas in tractatu de ecclesia Christi minime negligere licet.

Tractatum de ecclesia in quattuor divisi partes: I. De Regno Dei. II. Super firmam petram (De hierarchica ecclesiae constitutione). III. Christus in ecclesia (De corpore Christi mystico). IV. Factum ecclesiae.

### **Regnum Dei.**

Regnum Dei inter ideas gravissimas religionis christianaе numerari potest, non solum quia idea revelata est et frequentissime in s. litteris utriusque Testamenti occurrit atque a Jesu Christo usu frequentissimo sanctificata est, quasi idea eius praedicationis dominans, sed etiam ideo, quia ipsa expressio revelata atque per usum Christi consecrata est. Itaque ad instar formulae dogmaticae proponitur, immo aliis formulis dogmaticis praestantior, quia non ab ecclesia, revelationis custode et magistra, sed ab ipso revelationis auctore manifestata, definita sancitaque est. Talis conceptus nonnisi fidei et pietatis detrimento negligi vel mutari potest.

Excipere quis posset, ideam Regni Dei veteri Testamento propriam esse eamque a Jesu Christo propter accommodacionem Iudeis coaevis tam frequenter adhibitam. Quae exceptio ex aliqua tantum parte vera est. Verum quidem est, Christum Regnum Dei populo Judaico praedicasse, antequam ab illo repudiatus esset. Postquam vero maxima populi Judaici pars, a pharisaeis seducta, Christum Messiam reiecit, contra synagogam societatem suam, quam ecclesiam vocavit, instituere atque super Petrum aedicare decrevit solemniterque promisit. Praeterea hanc ideam sublimem orationi dominicae (Pater noster) inseruit, itaque in fundamentis fidei pietatisque christianaе depositum. Ergo mirum non est, hunc conceptum in pietatem christianam et privatam et liturgicam transiisse ipsique sigillum aeternitatis et perennitatis impressum esse.

Idea Regni Dei etiam aliis conceptibus christianis impressa est. Jesus tamquam rex novi Regni Dei dicitur Christus; nam *Mašiach*,

*Christos, Unctus reges Judaeorum appellabantur, quia a prophetis ungebantur. A Christo rege autem nos christiani nominamur, ergo quasi regii, Regni Dei participes. Christi praedicatio ideo dicta est evangelium, id est bonus, laetus nuntius, quia Judaeis, in servitute pagana gementibus, Regnum Dei flagranter expectantibus, laetum nuntium de adventu et consummatione huius regni attulit. Ast non solum Judaeis, sed etiam paganis evangelium nuntius laetissimus erat, eos a daemonum et peccatorum servitute liberaturus iisque libertatem filiorum Dei in Regno Dei restituto allaturus.*

A vera Regni Dei aestimatione multa hodie impediunt. *Regnum* in linguis modernis communiter regnum in concreto, territoriale, organisatum significat. Ideo sensus obvius *Regni Dei* hodie est: Regnum Dei tamquam societas civium, regnum sociale. In sacris litteris autem Hebraicum *malchut*, Graecum *basileia*, regiam maiestatem vel potestatem eiusque exercitium, regiam dominationem primo vel saltem aequali loco significant. Regnum Dei ergo dominationem divinam, *božje kraljevanje*, *Gottesherrschaft* significat. Secundo demum loco significationem hodie usitatam habet: Regnum Dei in concreto, *Gottesreich*.

Secunda difficultas oritur e magna historica regnorum regiaeque potestatis mutatione. Hodie regnum determinatam formam regiminis significat, certam civilem constitutionem. In antiquitate vero sensu magis vago *rex* fere idem significabat ac *dominus*; nec princeps, dux, rex, dominus multum distinguebantur. Immo strenuus pater familias regi fere aequiparabatur. Nam familiae autonomae adhuc existebant, quorum patres familias regiam potestatem exercabant atque in casu necessitatis contra reges pugnabant, e. gr. Abraham. Strenui patres familias regna fundabant. *Melek*, *rex* fere idem est ac *dominus*, *adonai*, *kyrios*. Frequentissimus titulus *Dominus Deus* in libris utriusque Testamenti ergo fere idem est ac *Deus Rex*. Verum quidem est, Judaeos loco *Jahve* legisse *Adonai* et interpretes LXX *Jahve* nomine *Kyrios* vertisse, ideo hic *Dominum esse Deum*. Attamen saepe *Adonai* etiam propria occurrit significatione: dominus, dominator, dominationem exercens, rex, regnans. Hic domini (patris familias) et regis nexus historicus usque hodie apud quosdam populos viget. Serbi, Montenegrini et Moldavenses reges vel principes suos *gospodar* id est *dominus*, pater

familias appellant; Russicum nomen *gosudar* et dominum et imperatorem significabat; item titulus Graecus *despotes* medio aevo et dominum (patrem familias) et principem regnantem significabat.

Ex evangeliis patet, apostolos Christum plerumque *Dominum* appellasse. Quod nomen Deum vel Messiam (parate viam Domini Is. 40, 3 et Mc. 1, 3; Mt 22, 43) significare potest. Neque tamen sensus magis familiaris et communis negari potest, praesertim si cum nomine, item in evangeliis frequentissimo, *Magister* comparatur; *Dominus* enim fere idem valere videtur ac *Magister*.

Hunc sensum communem ideae Regni Dei et Dei Regis atque titulo Christi Domini et Magistri vere inesse atque subintelligi debere ex oratione dominica (Pater noster) ducere possumus.

**Oratio dominica (Pater noster)** mihi quasi hymnus Regni Dei novi Testamenti videtur: „Pater noster... adveniat regnum tuum, fiat voluntas tua“. Ex hoc contextu clare patet, Patrem coelestem idem valere ac nostrum Regem; precamur enim Regnum Patris, Regnum coelestis Patris familias. Ex hoc contextu patet, Regnum Dei Novi Testamenti vere paternum, familiare domesticumque esse. Quod abunde filiali confirmatur precatione: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. In mensa communi familiae atque pane a patre et matre filiis largito vincula inter filios et parentes revera efficacissime foventur. Ideo praesertim e precatione pro pane patet, Regnum Dei novi Testamenti esse regnum paterni filialisque amoris, paternae Regis coelestis potestatis ac filialis hominum oboedientiae.

Deus Pater amat nos amore paterno. Eius Filius unigenitus homo ac frater noster factus est, ut nos non solum redimeret, sed fratres suos et filios Patris sui efficeret. Itaque Deus veraciter pater noster factus est. Familia Dei sumus, carne et sanguine Jesu Christi supernaturaliter nutrita. Regnum Dei est dominium Patris coelestis familiae divino-humanae.

Jesus Christus, qui hanc familiarem erga Deum Patrem relationem discipulos suos docuit, certe ipse eandem erga se relationem et tolerabat et fovebat benignitate et humanitate sua; in ipso enim apparuit benignitas et humanitas salvatoris nostri Dei (Tit. 3, 4). Apostoli societate familiari Christo iuncti sunt. Ergo nomen *dominus* certe etiam sensu familiari usurpabant; quod etiam similitudine

huius nominis cum titulo *magistri*, item frequentissime in evangeliis usurpato, suadetur. Hic sensus familiaris *domini* alio contextu sensu profano saepe occurrit (Mt. 13, 52; Lc. 16, 8; Mt. 18, 25—34; Mt. 24, 45—50).

Hunc sensum familiarem dominii sui Christus apostolos non solum humili ac familiari cum eis conversatione, sed etiam expressis verbis pulcherrimi sermonis apud Jo. 15, 9—17 docuit: „Manete in dilectione mea . . . Hoc est praeceptum meum, ut diligatis invicem, sicut *dilexi* vos . . . Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat pro *amicis* suis. Vos *amici* mei estis . . . Jam non dixi vos servos . . . Vos autem dixi *amicos*.“ Familiaris sensus tituli *dominus* perspicue patet e verbis Christi, quae eius verba de familiari amore sequuntur: „Non est servus maior domino suo. Si me (dominum) persecuti sunt, et vos (servos, domesticos) consequentur“ (Jo. 15, 20). Eundem familiarem sensum Regni (domini) Dei apostolus Paulus in vita sua interna intime expertus est et docuit, nos esse *domesticos* Dei (Eph. 2, 19).

Ad hunc familiarem et paternum et filialem sensum Regni Dei in oratione dominica atque ad eundem familiarem sensum tituli *Dominus* in evangeliis theologi parum animadverterunt.

Exclamationem apostoli Thomae: *Dominus meus et Deus meus* (Jo 20, 28) theologi communiter ita explicant, ut verba *Deus meus* appositio sint, titulum *domini* declarans; ergo Dominum hic idem significare ac Deum. Ex antea dictis autem potius sequens sensus deduci potest: Dominum et magistrum meum, cum quo tres annos tamquam membrum eius familiae conversatus sum, nunc verae eius resurrectionis testis factus, etiam Deum meum agnosco, eius longanima misericordia confusus, qua mihi incredulo se manifestare dignatus est. Ergo „*Deus meus*“ non est simplex appositio explicans, sed gradatio. Sicut Thomas ita etiam alii discipuli post resurrectionem Christi demum eum clarius Deum verum ac regem supernaturalem agnoscebant, firmius autem demum post adventum Spiritus Sancti. Post adventum Spiritus Sancti titulus *Domini* christianis iam plerumque idem sonabat ac Deus; ita praesertim s. Paulo, qui ad familiam Christi ante ipsius resurrectionem non pertinebat, sed a Christo post resurrectionem iam glorificato in apostolatum vocatus est.

Oratione dominica igitur familiaris Regni Dei character clarius illustratur. Eadem oratione etiam verus Regni Dei sensus profundi explicatur. Theologi catholici hodie iam communiter docent, Regnum Dei primo loco regnum internum, regnum gratiae in animis fidelium significare. Quod e contextu orationis dominicae limpide apparet: Pater noster... sanctificetur nomen tuum, adveniat regnum tuum, fiat voluntas tua. Regnum Dei igitur in illis est, qui Deum verum colunt ei oboediendo atque eius voluntatem faciendo. Tale regnum Christus praeprimis praedicabat atque in discipulorum animis erigebat, ut ecclesiam, Regnum Dei sociale institueret, quae Regnum Dei internum plantaret divulgaretque, ut homines ad Regnum coelorum (eschatologicum) duceret.

De titulis: *dominus*, *kyrios*, *adonai* hodie multum inter theologos disputatur. Praeter protestantes (W. *Baudissin*, Kyrios als Gottesname 1929; W. *Bousset*, Kyrios Christos, 2. editio 1921: W. *Förster*, Herr ist Jesus 1924) etiam multi catholici de his tractant, e. gr. L. *Cerfaux* Kyrios et la dignité royal de Jésus (Revue de Sciences Philosophiques et Théol. 1922—1923); K. *Prümm*, Herrscherkult und Neues Testament (Biblica 1928); Lebreton, Les origines du Dogme de la Trinité, 4. éd. (Paris 1919) pg. 335—342 et 372—375; L. *Grandmaison*, Jésus Christ. II. éd. (1929) pg 563—567. Omnes quidem sensum familiarem horum titulorum concedunt vel concedere videntur, ast parum in illo insistunt. Mea opinio iis non contradicit, sed eos potius supplet.

Ex oratione dominica et e vero sensu Regni Dei apparet, Regnum Dei fere idem esse ac *religionem* et veram pietatem. Religio est enim agnitus dominii Dei, cultus Dei atque voluntatis eius adimplatio; ergo fere idem ac Regnum Dei. Quam dominii divini agnitionem cultumque Dei illustris idea Regni Dei non solum blanda luce circumfundit, sed etiam prospere fovet. Itaque idea Regni Dei non solum ad veram religionem ecclesiamque cognoscendam, sed etiam ad vitam christianam religiosam et pietatem multum conferre potest; ergo non solum doctrinam, sed etiam vitam christianam adiuvat.

Ex quo arctissimo Regni Dei et religionis christianaे nexus porro haud dispar nexus Regni Dei et *ecclesiae* sequitur. Nam ecclesia realiter identica est cum religione Christi in concreto, organisatio

religionis christianaæ. Eundem arctum nexum Regni Dei et ecclesiae etiam historia revelationis et ipsius Christi praedicatio ostendit. Tamen uterque conceptus non prorsus identicus est. Regnum Dei latius patet quam ecclesia, quasi conceptus genericus, cuius species ecclesia est. Nam Regnum Dei triplex est: internum regnum gratiae, regnum sociale (ecclesia), regnum eschatologicum (coeleste). Christus sapienter dixit: „Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam... Et tibi dabo claves Regni coelorum“ (Mt 16, 18—19). (Regnum coelorum apud Matthaeum Regnum Dei significat). Potestas clavium enim non solum Regnum Dei sociale (ecclesiam) regit, sed remitendo peccata etiam ad Regnum Dei internum atque eschatologicum extenditur.

In libro „Cerkev“ (1924, pg. 32—34) breviter respondi ad singularem erroneam opinionem, quam E. Akvilonov (Novozavětnoe učenie o cerkvi 1904, pg. 46—54) doctrinæ catholicae opposuit, nempe catholicos Regnum Dei ecclesiae aequiparando docere, ecclesiam esse societatem iuridicam ad instar status (regni saecularis), ut ita doctrinam Pauli de ecclesia ut corpore Christi mystico excluderent atque monarchicam ecclesiae constitutionem ostenderent. Hanc opinionem falsam esse, sat patet. Regnum Dei enim corpore Christi mystico minime opponitur, sed potius ad doctrinam s. Pauli proprius accedit, quia primo loco vitam internam (Regnum ei internum) significat atque etiam regnum coeleste comprehendit. Ceterum opinio Akvilonov prorsus singularis est neque ab aliis theologis Russis (Makarij, Silvester, Malinovskij e. a.) repetitur.

Inde magna utilitas huius doctrinae pro tractatu de ecclesia Christi apparet. Idea Regni Dei non solum animi catholicorum alliciuntur atque ad vitam christianam moventur, sed etiam praeiudicia acatholicorum dissipari possunt. Ita etiam variae formae pietatis catholicæ non sine fructu illustrantur: e. gr. festum Christi Regis, devotio Cordis Jesu.

Hanc mei libri Slovenici partem in septem capita divisi: 1. Evangelium Regni Dei (pg. 15—19); 2. Essentia (conceptus) Regni Dei (pg. 20—25); 3. Pater noster... adveniat regnum tuum (pg. 25—28); 4. Triplex Regnum Dei (pg. 28—37); 5. Regnum Dei in traditione Judaeorum (pg. 37—40); 6. De relatione Regni Dei ad ecclesiam (pg. 40—45); De relatione ecclesiae ad synagogam (pg. 45—51).

Haec libri pars ubertate materiae a solo *H. Dieckmann* (De ecclesia I, pg. 14—186) superatur.

### **Super firmam petram.**

In II. libri parte breve compendium tractatus de hierarchica ecclesiae constitutione invenies, ad usum laicorum accomodatum. Praeter consuetam materiam pauca etiam propria addidi. Post caput de successoribus apostolorum inserui quaestionem de relatione inter Christum et apostolatum. Nam Jesus Christus ecclesiam plantandam et propagandam apostolatui commisit atque libera hominum cooperatione utitur. Apostolatus cooperationis humanae, medium natura sua labile, viget et vincit spiritu et virtute Christi. Per apostolatum perennem ecclesia Christi conservatur et aedificatur. In eo divina virtus Christi, auctoris apostolatus, elucet et triumphat. De hoc praclare scripsit *Nostitz-Rieneck* in „Stimmen aus M. Laach“ 1901, tom. 60 et 61. Pauca apud *Dieckmann* (De ecclesia I, pg. 227) inveniuntur. — Apostoli Christi iam varios apostolatus *adiutores* sibi iunxerunt. Hodie *actio catholica* laicos ad cooperationem cum apostolatu hierarchico invitat; de hoc *apostolatu auxiliari* pauca dico (pg. 70.)

Potestas hierarchica iure divino ecclesiam regens nonnulis modernis vix tolerabilis videtur. Ad hanc difficultatem solvendam quae-dam de *spiritu potestatis ecclesiae* adnotavi (pg. 78—81). In promissione et collatione supremae potestatis Christus s. Petrum monuit, ipsi et aliis in ecclesia potestatem hierarchicam gerentibus necessariam esse fidem vividam, magnam humilitatem (Christus Petrum statim post promissionem vituperavit) atque amorem Christi membrorumque eius (Jo 21, 15—17). Eandem quaestionem in capitibus de *interna ecclesiae convenientia* (pg. 98—105) et de *oboedientia potestati ecclesiae* (pg. 106—112) explicavi.

Quaestionem de *spiritu potestatis hierarchicae* et de *oboedientia huic potestati omnium* optime illustravit Vladimir *Sоловьев*, ex quo quaedam gravia deprompsi. Contra Homjakov et alios hierarchicae potestatis adversarios Solovjev contendit, oboedientiam esse propriam christianam virtutem, immo propriam Christi virtutem. Ad ingressum in Regnum Dei necessaria est oboedientia voluntati divinae, quae aptissime mediantibus aliis hominibus manifestatur. Ordo hierarchicus in ecclesia, in terris adhuc versante, nondum perfecte ordini

morali correspondet, id est potestas ecclesiastica non a perfectione morali personae antistitis dependet, sed a vocatione et collatione divina. Hac via et humilitas fovetur et superbia reprimitur. Si autem potestas a perfectione morali antistitis penderet, portae aperirentur et insolentiae antistitum et servili cultui virorum potestatem ecclesiasticam propriis meritis gerentium. In hodierno autem ordine hierarchico unusquisque antistes ecclesiae potestatem sanctificationis et iurisdictionis et docendi ab aliis atque ultimo mediantibus apostolis a Christo accepit, non propriis meritis, sed vocatione, misericordia gratiaque divina, ergo per viam humilitatis et sui abnegationis, Pauca huius generis etiam *K. Adam* habet: „Das kirchliche Amt sichert gerade durch seinen unpersönlichen Charakter die Freiheit der christlichen Persönlichkeit. Es bewahrt vor der geistigen Gewaltherrschaft und dem Mittleranspruch der sogenannten Führerpersönlichkeiten und stellt Christus und Gläubige unmittelbar einander gegenüber“ (Das Wesen des Katholizismus. 7. ed. 1934, pg. 33). Ast sublimitatem sententiarum Solovjevi non adaequat. Hanc profundam quaestionem definitive solvi in tertia libri parte lumine Corporis Christi mystici.

Cum hoc ordine hierarchico doctrina catholica de infallibilitate ecclesiae et Romani pontificis apte cohaeret, nimirum infallibilitatis independentia a pontificis sanctitate personali. Contra hanc infallibilitatis naturam theologi Russi (Homjakov, Lebedev, Malinovskij) multa non spernenda congesserunt. Ad ea iam in libro „Cerkev“ (1924, pg. 214 – 218) respondi; quae paululum perpolita in libro meo novo invenies (pg. 94—98).

Theologi Russi supra laudati, infallibilitatem intime cum sanctitate cohaerere dicunt. Quod aliquo sensu verum est. Infallibilitas revera essentialiter cum ecclesiae sanctitate connexa est, nempe cum sanctitate eius obiectiva, ontologica, sanctitate eius auctoris Jesu Christi, in ecclesia adhuc inhabitantis et ipsam vivificantis. Sancta sunt sacramenta, sancta doctrina, sancta membra per baptismum in Christum implantata, praesertim sancta est hierarchia, praeter characteres indalebiles baptismi et confirmationis etiam charactere ordinis intime Christo, fonti sanctitatis iuncta.

Falsum autem est, infallibilitatem essentialiter et inseparabiliter cum sanctitati personali vel subiectiva connexam esse, sicut falsum

esset, gradum hierニックum a sanctitate personali (subjectiva) hierarchae pendere. Verum quidem est, cognitionem religiosam (fidei) gratia divina dari et augeri atque a vita christiana dependere. Infallibilitas in docendo autem non est donum gratiae, quae unicuique obicem non ponenti et cum gratia cooperanti confertur, sed donum extraordinarium, assistentia divina extraordinaria, ecclesiae a Christo promissa et collata. Opinio falsa laudatorum theologorum Russorum hierarchicae constitutioni ecclesiae contradicit atque ad protestanticam negationem hierarchiae sacramentalis et iuris divini ducit. Iuxta illam opinionem veri hierarchae essent solum repraesentantes sanctorum fidelium et ipsi sancti. Ecclesia esset invisibilis, hierarchica ecclesiae constitutio destructa.

### De corpore Christi mystico.

Haec pars III. dimidium fere libri occupat (pg. 115—235), nec solum illa comprehendit, quae a laicis utiliter legi possunt, sed multa etiam sacerdotibus et *doctrinae* theologicae praebet.

Ratione naturali iam concludi posset, ecclesiam Christi vivum organismum esse. Tamen Deus hanc sublimem veritatem non rationacioni humanae reliquit, sed eam per apostolum Paulum revelare et docere dignatus est. Apostolus gentium in conversione sua mirabilis magis quam alii apostoli vim Christi animos regenerantem in se expertus est. Ad Damascum Christus illi obiective apparuit tamquam ecclesiam suam inhabitans et vivificans. In illa visione mystica Christi cum ecclesia unio vel quasi identitas mystica Christi et ecclesiae apostolo Paulo revelata est (pg. 115—120). Hanc veritatem s. Paulus Spiritu Sancto dictante in epistolis inspiratis nobis tradidit. Itaque hic sublimis ecclesiae conceptus similiter ac Regnum Dei etiam quoad formam revelatus est atque *formulis dogmaticis* aequiparari potest.

Evangelium S. Pauli de Christo in ecclesia non solum evangelium de Regno Dei, ad promissiones de mansione Christi in fidelibus, ad eius parabolam de viti et palmitibus proxime accedit, sed potius ideas has ulterius evolvit atque supplet. Veritatem de corpore Christi mystico s. Paulus non solum in sua conversione et postea in vita ecclesiae primaevae expertus est, sed eam etiam apologetice evolvit et auxit, ut contra Judaeorum praejudicia demonstraret: „gentes esse coheredes et concorporales et comparticipes (cum Judaeis) in Christo

Jesu per evangelium“ (Eph. 3, 6), vere domesticos Dei (Eps. 2, 19). Saepe repetit (Eph. 3, 3—9 e. a.), hoc esse mysterium eius praedicationis, hoc esse eius evangelium.

Communis s. Scripturae, Patrum, liturgicae traditionis theologorumque de corpore Christi mystico doctrina ea aetate, qua tractatus de ecclesia systematice evolvebatur (contra protestantes), plus iusto neglecta, a theologis concilii Vaticani iterum in centro totius tractatus de ecclesia posita. Cardinalis Franzelin, praestantissimus concilii Vaticani theologus, de corpore Christi mystico docet, hunc modum considerandi ecclesiam fere dici posse christianam definitionem ecclesiae. Quae sententia tempore recentissimo saepe laudatur (pg. 123 – 125).

Post hanc brevem introductionem historicam iam ipsam doctrinam de corpore mystico expono. De hac doctrina in dissertatione „De corpore Christi mystico quaestiones methodicae“ ago.<sup>1</sup> Hic sufficiat singula libri capita enumerare :

Ecclesia est corpus Christi (pg. 126 – 130) idque mysticum (130 – 132). Christus est caput ecclesiae non solum sensu translato (iuridico), sed etiam sensu magis proprio vel mystice (132 – 138). Ecclesia est plenitudo Christi (139 – 140), Sponsa Christi et mater nostra (142). Christus novus Adam (140 – 142). Profundus sensus formulae: In Christo (143 – 146). Spiritus sanctus est anima ecclesiae (146 – 149), Eucharistia cor corporis mystici (150). Analogiae biblicae (corpus, caput, sponsa, mater) praestantiones sunt quam imagines a theologis propositae (151). Distinctio ac nexus animae et corporis ecclesiae (152 – 156). „De clemento humano“ in ecclesia (156).

Ecclesia organismus sacramentalis dici potest, vitam supernaturalem e Christo et in Christo conferens et fovens (157 – 159). In organisatione corporis mystici potiorem partem habent sacramenta characterem indeleibilem imprimentia (159 – 162). Singula recensentur sacramenta eorumque partes in organismo et organisatione ecclesiae atque in *vita christiana* exponuntur (162 – 183). Baptismo corpori Christi mystico, id est ecclesiae incorporamus; propterea in hoc capite (162 – 166) doctrina de membris ecclesiae breviter attingitur. Confirmatio est sacramentum actionis catholicae (167 – 169). Eucharistia sacramentum unitatis ecclesiae (171 – 177). Sacrificium eucharisti-

<sup>1</sup> In hoc fasciculo.

cum est sacrificium corporis mystici (177—180). Etiam sacramenta poenitentiae, extremae unctionis, matrimonii in corpore mystico pulchre illustrantur (181—183).

Ecclesia tamquam organismus sacramentorum hodie saepe societas liturgica (Liturgische Gemeinschaft) non frustra appellatur (183 — 184). Tempore recentissimo sacerdotes in cura animarum de parochia in corpore mystico atque de organisationibus catholicis (quae dicuntur) utiliter disputant (185—189).

Relatio doctrinae de corpore Christi mystico ad hierarchicam ecclesiae constitutionem a theologis catholicis hodie plus iusto negligitur. Ut hanc lacunam repleam uberior contendo : 1. Corpus Christi mysticum in recto (vel reduplicative) quidem vitam ecclesiae internam significare ; 2. neque hierarchicam constitutionem excludere ; sed potius essentialiter includere; 3. nec primatum capitis monarchici visibilis excludere (189 — 200). Ex hoc capite et e dictis de anima et corpore ecclesiae (152 — 156) iam clarius patet relatio corporis mystici et ecclesiae hierarchicae, coetus amoris et societatis iuridicae (201—208).

Intimum animae et corporis ecclesiae nexum atque corporis Christi mystici et ecclesiae hierarchicae identitatem implicite quidem, sed pulchre docet Vaticana Constitutio dogmatica de ecclesia Christi: „Pastor aeternus et episcopus animarum nostrarum, ut salutiferum redemptionis opus perenne rederet, sanctam aedicare ecclesiam decrevit, in qua veluti in domo Dei viventis fideles omnes unius fidei et caritatis vinculo continerentur.“

Praeter ecclesiam catholicam etiam ecclesia orientalis separata hierarchicam constitutionem servavit. Ast negato et reiecto primatu visibili monarchico, episcoporum iurisdictio in ecclesia orientali minus quam in catholica manifestatur. Inde explicari potest, aetate recentiore in ecclesia orientali theologiam Russicam „slavophilam“ (Homjakov e. a.), hierarchicam ecclesiae constitutionem obscurantem vel fere negantem, invaluisse. Huius theologiae aculeum anticatholicum F. Dostoevskij in capite „*Magnus Inquisitor*“ (fabulae romanensis „Frates Karamazov“) acerrime effinxit. Quae calumniae, a Dostoevskij magna arte depictae, ab orientalibus et occidentalibus ecclesiae catholicae adversariis saepius repetuntur, ultimis his annis praesertim a quibusdam Serbis. Historice iam constat

„Magnum Inquisitorem“ proprie non contra ecclesiam catholicam, sed contra omnem ecclesiam directum esse. Christus, qualis in illa fabula pingitur, non est Christus religionis christiana, sed Christi imago depravata a *deismo* (qui 18. saecullo floruit), miracula, providentiam divinam, revelationem ecclesiamque negante. Cum Dostojevskij ipse Vladimir Solovjev aliquo tempore consentiebat, sed postea in idea corporis Christi mystici solutionem difficultatum contra ecclesiam hierarchicam invenit (208—216).

K. Adam, P. Lippert, Guardini, Solovjev e. a. iam multa ingenuosa de relatione ecclesiae hierarchicae ad libertatem personamque humanam scripserunt. Quae luce doctrinae de corpore Christi mystico uberius illustravi ac supplevi (217—225).

Supremum huius partis caput de nexu corporis mystici cum *vita christiana* (225—235) medullam doctrinae asceticae atque devotiones christianas graviores luce Christi mystici collustrat. Hoc capite quasi culmen totius libri attingitur, quippe qui ad vitam cum ecclesia invitat ostendendo, ecclesiam, domum dei viventis, Regnum Dei Christumque mysticum, esse focum vitae christiana, vitam christianam autem participationem vitae ecclesiae esse.

**Pars IV.** methodo empirica ecclesiam catholicam veram Christi ecclesiam demonstrat duobus capitibus, nempe de facto ecclesiae et facto catholico (239—252). In capite postremo officia fidelium erga ecclesiam exponuntur: oboedientia, amor, cooperatio (252—255). Oboedientia, ordinario Romani pontificis magisterio (per se non infallibili) atque axioma „extra ecclesiam nulla sallus“ breviter explicantur.

Liber de *Christo in ecclesia* ergo medium viam tenet inter compendia theologica et libros vulgarisationis laicis destinatos. Ab omnibus autem multum discrepat cum uberoire de Regno Dei atque Christo mystico tractatione tum harum sublimium veritatum arctiore cum ecclesia hierarchica connexione. Regno Dei et corpore Christi mystico cum ecclesia hierarchica connexis etiam motiva vitae christiana arctissime ecclesiae intexuntur, ut ipsa catholicos efficacius ad vitam christianam invitare possit ipsisque amabilior, acatholicis vero familialior fiat. Christum in ecclesia aspiciendo securius per ecclesiam ad Christum gradiemur atque christianis a vera ecclesia separatis viam ad ipsam ostendemus.

DOCTRINA  
VLADIMIRI SOLOVJEV DE MENDACIO  
COMPARATA CUM DOCTRINA S. AUGUSTINI

*Dr. Joannes Kraljič, Ljubljana.*

*Vladimir Sergeevič Solovjev* (1853—1900) inter varia sua opera theologica et philosophica nullum habet, quod in Russia maiorem laudem ipsi intulerit, quam opus philosophicum quod inscribitur: *Opravdanije dobra seu nравственная философия*, id est: *Justificatio boni seu philosophia moralis*.<sup>1</sup>

Quaenam est *idea principalis*, quam Solovjev in suis operibus theologicis et philosophicis tamquam stellam sequitur? Eius propria idea de homine: *Hominem*, quia materia et spiritu constat, *esse ens ordinis divinae creationis coniungens*, in opere creationis medium locum tenens inter entia irrationabilia et ens supremum. Haec idea in Christi persona theandrica culmen assequitur, prout dogma christianum de Incarnatione Verbi divini docet. Quae idea matrix, fundamentum principiumque totius Solovjevi systematis theologici et moralis et ascetici,<sup>2</sup> secundum iudicium *E. L. Radlovi-Solovjevi philosophiae optimi interpretis* — praecclare elucet ex opere „*Opravdanije dobra*“, quod *E. L. Radlov* integerrimum, perfectissimum absolutissimumque opus Solovjevi proclamat.<sup>3</sup>

Quod mirum non est! Nam absque haesitatione de Solovjevo dici potest, eum de quaestionibus ad *ethicam pertinentibus cum vera prae-dilectione* disputasse et scripsisse. Qua de causa eius systema ethicae omnem animi attentionem meretur.

Huius dissertationis non est totum eius sistema morale elucubrare, omnes ideas quibus illud innititur examinare, sed *dissertatio nostra finem prosequitur, unam tantum quaestionem Solovjevi philosophiae*

<sup>1</sup> Opus ab auctore editum anno 1897. Jam post novem menses nova editio necessaria fuit. Continetur in tomo VII editionis omnium operum Solovjevi: *Sobranie Sočinenij Vladimira Sergeeviča Solovjeva*, S. Peterburg 1903 (XXVI-485).

<sup>2</sup> Cfr. Spiritualia vitae fundamenta (seu: Fundamenta vitae spiritualis); russice: *Duhovnyja osnovy žizni*.

<sup>3</sup> *E. L. Radlov, Vladimir S. Solovjev, Žiznj i učenie*. S. Peterburg 1913. pg. 129.

*moralis discutere eamque cum doctrina catholicae theologiae moralis comparare.*

Haec est celebris *illa quaestio de mendacio*, apud philosophos et scriptores ecclesiasticos per tot saecula tam acriter disputata, usque ad nostra tempora nondum absoluta. *Solovjevi de mendacio sententia cum doctrina s. Augustini comparabitur*, qui quindecim saecula ante tam eggregie de cadem materia scripsit.

#### SENTENTIA SOLOVJEVI DE MENDACIO

Quaestionem de mendacio Solovjev non directe ab vitio mendacii sed e contrario, id est, a virtute veracitatis examinare incipit. Ut melius cognoscatur mendacium, prius cognosci debet *veracitas* (pravdivost), quae multas controversias moralistarum variarum scholarum commovet. Ideo a principio necessarium statuere censem, quid veracitas sit, ut obscuritates ex difficultate quaestiones exurgententes opportune amoveantur.<sup>1</sup>

*Veracitas est accidens humanae locutionis, enti rationali tam proprium*, ut apud animalia de mendacitate loqui non liceat. Animal fidele vel callidum quidem est, nunquam vero verax vel mendax. Memoriae digna est Solovjevi sententia *veracitatem specialem virtutem dici non posse*, sed eam esse virtutem secundariam, ut distinguantur a virtutibus principalibus, prout e. gr. iustitia, veritas, caritas et aliae huius modi sunt.<sup>2</sup>

*Sermo est instrumentum naturae rationalis*, ope cuius veritas in pectore hominis abscondita proximo naturaliter revelatur. Respicit sublimiorem naturam humanam. Supponuntur intellectus, voluntas signaque externa.

Si propter bona materialia, quae sunt minoris momenti in comparatione cum bonis ordinis spiritualis, homo mendaciter loquitur, tunc contra suam sublimiorem naturam peccat. Abutitur facultate loquendi, *facit aliquid turpe quia eius mendax sermo contra dignitatem humanam est. Sequitur conclusio mendacium mentientem exonorare.*

Sicut mendacium individualem naturam humanam exhonoret, ita *non minus etiam socialem*. Nam locutio est etiam enuntiandi modus

<sup>1</sup> Solovjev, Opravdanie dobra, c. 5, qu. 6 et 7; pg. 121—128.

<sup>2</sup> O. c. pg. 122, adnotatio.

solidarismi humani.<sup>1</sup> *Solidarismus* societatem humanam significat, constantem ex multis membris, sibi aequalibus ratione dignitatis naturae et utentibus iisdem iuribus ligatisque iisdem obligationibus erga proximum suum. In nostro casu quilibet homo vult, ut sibi dicatur verum; vice versa et ipse proximo suo idem ius debet agnoscere, ut verum dicat, loquendo cum eo. *Homo habet ius ad veritatem.*

Societas humana sermone utitur tamquam instrumento, quo homines suas ideas aliis communicare possunt et solent. Quemnam fugit sermonem praestantissimum modum *communicationis humana* *narum idearum esse?* Ex ipsa natura rei sermo verus esse debet.

Quamobrem veritas dicenda est propter bonum commune totius generis humani. Ideo minime licet mentiri, neque in utilitatem suam, neque in utilitatem familiae, corporationis, status partisque alicuius. *Mentiens laedit ius alterius et nocet vitae sociali.*

Elucet mendacium ex una parte turpitudinem afferre ei, qui mentitur, et ex altera iniuriam inferre ei, cui illud est destinatum et praeterea vitae sociali nocere. *Veracitas itaque optime fulcitur duplice fundamento morali.* Primo, in humanae naturae dignitate loquentis; secundo, in iustitia (spravedlivost), id est, in agnitione iuris proximi ad veritatem.<sup>2</sup> Ultimum auctoris iudicium memoria tenendum est, ut modum eius probationis sequi possis. Veracitas intime conexa est cum fundamento moralitatis, aliter veracitas sensu morali poni non potest.

Solovjev philosophiam „scholasticam“<sup>3</sup> accusat hanc intimam connexionem veracitatis cum fundamento morali disiungere. Philosophia scholastica statuit veracitatem ut absolutam virtutem, praecipientem: *Noli mentiri, atque nullam exceptionem permittentem.* Omnes contradictiones et dubitationes ex quaestione de mendacio exsurgententes, non ex essentia causae, sed ex predicta separatione oriri.

Admittit Solovjev rectitudinem conclusionis, quae consequenter deducitur ex dicto: „*Noli mentiri*“, et e philosophico-empirica notione veritatis. Secundum scholasticam philosophiam *mendacium (lož)* *est contradictio veritati (protivorečie pravde).*<sup>4</sup> Sicut enim veritas nullo

<sup>1</sup> O. c. pg. 122.

<sup>2</sup> O. c. pg. 122.

<sup>3</sup> I. e. quae traditur in scholis, etiam philosophorum protestantium (Kant e. a.)

<sup>4</sup> O. c. pg. 122.

casu exceptionem patitur, ita etiam veritas moralis; mendacium nunquam admitti potest.

Contra philosophicum conceptum veritatis quotidianaे vitae facta pugnant. E. gr., *si innocens victimā, suum persecutorem fugiens, se abscondit in domo alicuius*. Licetne victimam occultare et negare innocentem in domo commorari, annon? Est-ne haec negatio mendacium, annon? Si hoc non est mendacium, tunc portae patent ad quodlibet malum excusandum. Si hoc mendacium est, atqui omne mendacium illicitum est, tunc homo non mentiendo immediatus co-operator fit occisionis innocentis, quod omnino repugnat sanae menti et sensui morali. Tertium non datur! Nam si homo de responsione danda haesitaret, haesitans confirmaret quaerentis suspicionem, et vitam iusti definitive traderet in manus persecutoris.

De vera solutione praecedentis casus inter moralistas acriter controvertitur. *Pars rigidior* — ad quam tam egregii moralistae ut sunt Kant et Fichte — defendit absolutum et formalem characterem moralium praeceptorum, haec pars etiam in tali casu non licere mendacio vitam alicui salvare affirmat. *Pars mitior* omnem moralitatem in sensu sympathiae et principio altruismi reponit, proinde et mendacium ad magnum bonum faciendum vel proximi magnum malum a-vertendum non solum licitum, sed etiam debitum esse statuit.

Solovjev censem praedictum dilemma vitiosum esse. Unumquodque membrum ad absurdam conclusionem dicit. Principium absurditatis est ipsa vox *mendacium-lož* (lgat, ložnij), quae vox in lingua russica ambigua est. In dilemmate ambiguitas notionis causa deceptionis est. Atqui si ista vox in ipsis propositionibus syllogismi sensu falso summitur, etiam conclusiones fallaces sequi debent. Fastidiositas discussionis lectorem ne taedeat, quae discussio non rota est, nisi ex „scholastica fastidiositate abstractorum moralistarum“.

Formalis definitio mendacii est contradictio inter enuntiationem de aliquo facto et inter actualem existentiam (id, quod est) sive modum existendi huius facti.<sup>1</sup> Quam definitionem ut formalem, id est, immediatam relationem ad moralitatem non habentem, reicit Solovjev. *Nam enuntiatio huic quod est (dejstvetelnost, Wirklichkeit) contradicens, interdum erronea (ložnost) tantum esse potest, quo casu „lož-*

<sup>1</sup> O. c. pg. 124.

*nost“ ad obiecta restringitur, moralitatem autem subiecti non afficit. Quod error dici potest, minime vero mendacium.*

Veracitas laeditur mendacio. Aliqui loquendi modi speciem mendacii prae se ferunt, etsi vitio mendacii non laborent. Ex inadvertentia insane loquendo, vel falsis verbis utendo, veracitas non laeditur. Errorem dicendo vel scribendo, non iam propterea mentitur homo, dummodo dicat et scribat, quod cogitat. *Omnia huiusmodi erronea quidem, minime vero mendacia sunt.* Locutio ad forum conscientiae pervenit, quando loquens sciens et volens loquitur aliter quam sentit.

Ex supra dictis patet iuxta Solovjev mendacium sensu morali neque in difformitate locutionis et veri actualis, neque in difformitate conceptus mentalis et veritatis obiectivae contineri. Remanet unica difformitas, quae fit vel saltem fieri potest inter voluntatem et veritatem, ita ut loquens mendacium directe intendat. Quam possibilitatem Solovjev strenue negat, saltem in homine sui capace. *Omnes homines enim propter aliquem finem mentiuntur, sive vanae gloriae cupidi, sive materialis utilitatis causa.*

Utrumque mendacium (vaniloquium et fraudus) subest legi morali, utrumque est turpe ipsi mentienti, utrumque inuriosum alteri et nocivum. Praeter *utrumque genus mendacii*: vaniloquii (třeslavie ili hvastostvo)<sup>1</sup> et fraudis (lži koristnoj ili naduvateljstvo) *existit et tertium subtilissimum.* Quod genus mendacii motivis malis non regitur, tamen quoque ipsum, quia proximo iniuriosum, omni morali condemnatione dignum est. Istud mendacium fit ex contemptu generis humani sive humanitatis (lož iz prezrenja k čelovečestvu).<sup>2</sup>

Mendacium tertii generis in sua extensione omne mendacium a simplici et conventionali: „domi non sum“, usque ad complicatissimas et politicas et religiosas et litterarias mystificationes continet. *Quae mystificationes per se turpes non sunt, dummodo materialem utilitatem intentio non quaerat, quae ad principium altruismi relatae absque ullo dubio immorales sunt.* Nam certum est mystificatorem nolle, ut ipse ab aliquo fallatur, et omnem mystificationem ergo se ut proprii iuris laesionem aestimare; ita consequenter neque ipsi licere ius alterius laedere.

Quibus praemisis Solovjev ad casus solutionem accedit. uae-

<sup>1</sup> O. c. pg. 125.

<sup>2</sup> O. c. pg. 125.

*ritur enim, utrum homo, innocentem victimam apud se absconditam, homicidae locutione sua celans, mendacii arguendus sit, annon? Si homo mentitus est, oportet statuere in quo genere mendacii legem moralem transgressus sit? Nulla difficultate responsio laborat. Non est mentitus ratione vaniloquii, multo minus materialis utilitatis, remanet quaestio, num mystificatione sua ius alterius laeserit? Minime! Quis ullum ius habet exigendi adiutorium in hominis interfectione? Quid vero aliud persecutor quaerit, quam auxilium, ut suam victimam inveniat, ad occidendum illam.*

Licetne moralistae fictiones fingere, quando et ubi vita hominus pericitatur? Fictivum suppositum ansam praebet falsae opinioni, persecutorem interrogantem ius habere ad cognoscendam veritatem, ut claram responsonem recipiat ab eo, cui quaesita veritas cognita est. Nil nisi mera fictio! Aliud est ius ad veritatem, et aliud ius exigendi auxilium ad hominem occidendum. Interrogatio existimari potest ut signum curiositatis, ubi victima latitat! Interrogatio est unus ex longa serie actuum, ex toto in unum finem tendentium, occidere hominem. Interrogatio non est actus independens vel separatus, immo pertinet ad conatum homicidii. Responsio affirmativa non est tam executio communis iuris audiendi veritatem quam potius executio homicidii.<sup>1</sup>

Veracitas exigit, ut omne existimetur, sicut actu tamquam totum existit, atque sensu proprio. *Nostro casu omnia ab intentione occidendi hominem suum sensum accipiunt.* Sub hoc unico et vero respectu omnia consideranda sunt. Responsio a praedicto obiecto apte separari non potest. Conexione interrogationis cum obiecto facta aufertur obligatio moralis ad responsum dandum. Quodcumque ius morale et ratio theoretica ad quaesitum ius exigendum deest.

Interrogatio proprie non significat: „*Ubi est*,“ sed potius: „*Adiuva me, ut hominem interficiam*“! Interrogatio praecisa a suo obiecto indubie saltem theoretice apparentem relationem ad ius audiendi veritatem pree fert, practice vero est actus praeparatorius ad executionem et complementum criminosi conatus.

Patet unica via, ut innocentis vita salvetur et tempus adducatur, ut malefactor suum consilium forsitan mutet, recedendo a criminoso conatu: danda est responsio negativa. Certe errant dicentes illum,

<sup>1</sup> O. c. pg. 126.

qui morali obligatione ductus responso suo negativo malefactorem homicidio prohibuit, esse mentitum aut non recte egisse. *Ratio philosophorum erroris est duplex sensus vocis „mendacium“ (lož), qui est formalis et moralis, a philosophis vero crebro permutatur et sic est ipsa vox causa substantialis differentiae.*<sup>1</sup>

*Asseclis pseudomoralis rigorismi nullum refugium remanet, nisi ut religiosam rationem appellant.* Quamvis enim persecutorem in falsum vestigium inducendo ius humanum non transgrediat, laeditur tamen mandatum divinum, vetans mendacium. Solovjev vero censet mendacium nulla lege divina prohiberi;<sup>2</sup> tamen existere mandatum divinum amoris erga proximum. Igitur in hoc casu adimpleatur!

Potest-ne modo „mystico“ praeceptum caritatis adimpleri atque mendacium vitari? Licet-ne victimam consequenti tradere, deinde autem Deum omnipotentem exorare, ut miraculo conatum homicidii impeditat? Minime! Miraculum postulare, cum ipse malam fortunam avertere possis modo simplici et innocuo, certe dishonestum est.

*Nostram quaestionem reducere ad quaestionem de moralitate vel immoralitate mendacii ut talis, idem est ac supponere id, quod demonstrandum est.* Quod suppositum logice demonstrari non potest, illud enim fulcitur permutatione duorum, sensu suo omnino divisorum terminorum: ložnago et lživago, falsi et mendacis. Ubi nulla intentio moralis existit, ibi nec mendacium inveniri potest. Res ita se habet in casu nostro.

*Solovjev casum sic solvit.* Negativum responsum homini interroganti datum, falsum quidem, minime vero mendax declarandum esse, prout plerique censem. Formalis falsitas terminorum (*ložnost*) relationem ad moralitatem non habet. Mendacitas (*lživost*) vero indicat aliquid immorale, quo differt a falsitate. Nostro casu deest finis immoralis, deest debita conexio termini cum principiis moralitatis, ergo nullus datur locus mendacitati.

Sumarium tam longae argumentationis sequentem continet conclusionem: *Formalis falsa enuntiatio non est semper mendacium sensu morali. Fit mendax, quando enuntiatio procedit a turpi (deformi) voluntate, quae locutione data opera ad suos fines abutitur. Turpis*

<sup>1</sup> O. c. pg. 127

<sup>2</sup> Falsum testimonium non dices, iudicio Solovjevi, non pertinere ad nostram quaestionem. Prohibet calumniam, non mendacium in genere. O. c. pg. 127.

*proprietas voluntatis non consistit tam in contradictione cuidam facto quam debito. Debitum necessarie et perfecte definiri potest in tribus relationibus: in eo quod est infra nos, quod est simile nobis, quod est supra nos. Hae tres relationes ad tres postulationes reducuntur. Primo, subordinatio inferioris creaturae animo humano; secundo, aequa aestimatio iuris (uvaženija) entium nobis similium; tertio, perfectum obsequium erga supremum principium mundi.<sup>1</sup>*

Actus humanae voluntatis tunc tantum deformis, imo immoralis fit, si una ex illis tribus obligationibus transgreditur. Voluntatis actio nominatur in primo casu turpis; in secundo iniuriosa; in tertio inhonesta. *Negativa responsio nullam harum obligationum laedit, ergo neque turpis, neque iniuriosa, neque inhonesta, neque exceptio a regula morali est; itaque exemplum allatum non cadere sub regula morali.*

Pars morali rigorismo adhaerens affirmat, negativam responsonem mendacem esse et medio immorali uti minime licere. Ergo moriatur innocens? Pars altera similiter contendit mendacium commissum esse, sed obligationem proximi vitam salvare longe maiorem esse quam loqui veritatem, ideo licere medio malo uti ad proximi salutem. Solovjev utramque solutionem ut falsam repudiat et earum loco ponit tertiam: Mendacium (sensu morali) in hac responsonie, innocentia et ad vitam salvandam necessaria, homo uti potest ac debet.<sup>2</sup>

Juxta Solovjev controversia exorta est ex infelici distinctione, qua veritas fit specialis et formalis virtus. Eius separatio a suo objecto internam involvit contradictionem, atque admitti nequit. Veritas sicut et omnes ceterae virtutes<sup>3</sup> non in se moralitatem includit, sed eam a sua conformitate cum fundamentalibus principiis moralitatis accipit. Separata ab his, veritas potest fieri fons mendacii, nostra locutio esset solum imago externae veritatis singulorum factorum. Vera veritas econtrario conformitatem cum interna rei veritate postulat.

#### SOLOVJEVI SYSTEMA MORALE

Quaestio de mendacio satis parva pars est totius eius philosophiae moralis. Etsi parva, tamen sat gravis et idonea, ut ex ea auctoris mens, systematis eius moralis principia methodusque cognoscantur.

<sup>1</sup> O. c. pg. 128.

<sup>2</sup> O. c. pg. 128—129.

<sup>3</sup> O. c. pg. 129.

*Solovjevi ethica est transcendentalis et religiosa, naturalis quidem, tamen lumine revelationis indirecte illustrata.* Abhorret auctor a quolibet morali materialismo, sensualismo, hedonismo; Kanti autonomiam moralem reicit. Finis ultimus est Deus, prout cognoscitur ex ratione humana revelationeque christiana, cui omnis creatura laudem exhibere debet. Homini ministerium mediatoris inter Deum et visibilem creaturam secundum eius naturalem conditionem competit. Modo mirabili ex materia animoque compositus, homo vitae moralis capax factus est. Si homo sola materia constaret, moralitas apud hominem omni fundamento careret. Animo homo visibilem naturam transcendit. *Idea hominis mediatoris in Deo homine Christo Jesu culmen attingit.* Quae idea revelata theandrismi (bogočelovečestvo) medulla theologiae Solovjevi existit. Eius systema morale itaque intime cum eius theologia cohaeret.

*Doctrinae de triplici relatione* originalitas denegari non potest. Videlur tamen probabile Solovjev eam ex operibus Patrum Graecorum hausisse, qui de dignitate humanae naturae disputantes fundamentum dignitatis etiam in hominis imagine similitudineque Dei ponunt. Placet Graecis de hominis potestate supra creaturam visibilem disputare, quae est praedilecta idea Joannis Chrys. et Theodoreti de Cyro. Sicut Deus omnipotentiam suam in universam creaturam exercet, ita homo Deo assimilatur, exercendo potestatem in visibilem creaturam.

Huic fundamento Solovjevi systema morale superstruitur. Homo tenetur, ut inferiora gubernat, homines sibi aequales agnoscat, enti supremo obsequium praestet. Si homo conscienter amittit imperium erga inferiora et se carnalitati subdit, tunc declinat a vera moralitate atque in homine pudor de non usu humanae potentiae excitatur. Conscientia est species verecundiae. *Verecundia hominem exaltat supra animal, quod est verecundiae incapax.*

*Ex relatione ad aequales gignitur sympathia.* Ipsa notio e philosophia rationalistica desumpta est cui novum sensum Solovjev infudit. *Schopenhauer* nomen sympathiae in sensu metaphysico adhibet, Solovjev in psychologico. Apud Schopenhauer idea sympathiae universalis est, apud Solovjev vero partialis, nempe relatio hominis ad hominem, correlatione ad infra et supra hominem facta. *Solovjev hanc ideam solidarnost, solidarismum et sympathiam et congruen-*

tiam dicit. Quae idea aequalitatem hominis ad consimilem sibi significat, nulla exceptione admissa.

*Ex tertia relatione principium pietatis (blagogovenie) sequitur.* Ex-primit voluntariam, subditionem inferioris superiori, sicut primarie in pueris ergo parentes invenitur. Allegat eam et Kant cum aliis multis. Nomen est idem, sensus diversus. Solovjev communiter cum credentibus accipit pietatem sensu religioso, ideo est relatio rationalis creaturae ergo Deum.

*Verecundia, sympathia pietasque sunt quasi tres columnae, quibus totum Solovjevi sistema morale superstruitur.* Unitatem inter haec principia iustitia parat, quae prout complexio omnium virtutum aestimanda est. Est unitas in triplicitate! Haec necessaria sunt ut praecipuis habeatur Solovjevi sistema, quod sine eius theologia sufficienter declarari non potest. Doctrina moralis etiam cum eius ascetica intime coniungitur, cui nominata triplicitas fundamentum sternit.

Ideo ethica Solovjevi eo pluris aestimanda, neque eius imperfectiones, quae negari non possunt, plus iusto vituperandae sunt.

*Ethica sua Solovjev omnes philosophos in patria sua superat.* Cum morali sobrietate, ex intimo corde ingeniouse et religiose scripsit de temporis nationisque suae necessitatibus, ad conscientiam pertinentibus. Quamquam publica persuasio in Russia eius opus cum applausu recepit, tamen fatendum est eum propositum finem omnino assequi non potuisse, suo ingenio non obstante.

*Perfectiones doctrinae expositae, cum doctrina s. Augustini comparatae.*

Solovjev de mendacio multa scripsit, sobrie digneque. Gravitas et profunditas causae non fugit eum. Mendacium exhonorat hominem atque ordinem socialem laedit.

Quid de gravitate disputatae materiae censet, locus indicat, quo eam in suo systemate morali ponit. *Praecellentem locum, praecellentiorum philosophis catholicis Solovjev attribuit ei.* De mendacio enim in ethica generali, non in speciali tractat, sicut catholici agere solent. Inter ipsa principia philosophiae moralis, cum de nobilissimis vitae christiana virtutibus loquatur, de eo disserit. Haud quasi mendacium una ex eis esset, sed tamquam de vitio virtutibus iustitiae et veritatis opposito.

*Mendacium est oppositum utrique virtuti, magis et primarie veri-*

*tati, secundarie iustitiae.* Primam oppositionem vocat contradictionem veritati. Hanc contradictionem primum et constitutive necessarium elementum ad notionem mendacii efficiendam censem. Notionem veritatis decursu dissertationis minime determinat. Vera notio ex contextu eruenda est. Ex quo patet eum in mente eam veritatem habere, quam philosophia scholastica nomine veritatis moralis seu veracitatis designat. Haec contradictio enim ex abusu humanae loquela oritur. Contradictio veritati in eodem sensu accipienda est, quod nostri mitius exprimunt verbis: locutio contra mentem.

De rebus philosophicis tractandis patristica terminologia persaepe usus est. S. Augustinus in nostra materia sic argumentatur: Nullum est enim (mendacium) quod non sit contrarium veritati.<sup>1</sup> Non valde distant Augustini: contrarium veritati et Solovjevi: contradictio veritati, quae melius contrarietas dicenda est. Augustinus tamen indicat distinctionem veritatis dicendo: Qui mentitur facit certe contra aliquod verum.<sup>2</sup> *Quod (verum enuntiandum) in suo quoque genere verum est.*<sup>3</sup> Verbo veracitatis s. Doctor nondum utitur, loco eius dicit: verum enuntiandum, ut hoc verum a vero in contemplando distinguit.<sup>4</sup> Indubia affinitas – juxta eius doctrinam – elucet ex tractatione de mendacio, tamen utraque format suum genus veritatis. Prima (in contemplando) est logica, secunda (in enuntiando) vero veritas moralis.

*Quomodo mendacium iustitiae oppositum sit,* multo minus patet. Solovjev oppositionem mendacii et iustitiae affirmit. Justitia est virtus generica et principalis, qua operationes ad alterum rectae rationi conformentur. Propria dicta diversitatem personarum requirit: et ideo non est nisi unius hominis ad alterum relatio.<sup>5</sup> Justitiae est reddere unicuique quod suum est.<sup>6</sup> Solovjev aperte affirmit, mentientem *mendacio actionem iniuriosam ponere* atque ius alterius laedere.

Patres et scriptores catholicae theologiae moralis concordant partim cum eo. Nominandus est s. Augustinus. Veritatis amator qui fuit,

<sup>1</sup> Contra mendacium, PL. 40, 520.

<sup>2</sup> Cfr. De mendacio, PL. 40, 501.

<sup>3</sup> De mendacio, PL. 40, 515.

<sup>4</sup> Cfr. o. c. ibid.

<sup>5</sup> S. Thomas Aqu., Summa theol. 2—2, 58, 2 c.

<sup>6</sup> S. Thomas Aqu., Summa theol. 2—2, 58, 11c.

concludit de mendacio: Ac per hoc quod est contra veritatem, justum (mendacium) esse non potest.<sup>1</sup> Verba s. Doctoris pensanda sunt. Statuit factum in praesenti, et illud excludit pro futuro, nullam exceptionem ab hac regula admittens. *Sicut est omne mendacium necessarie contra veritatem ita necessarie est et contra iustitiam.* Facta conclusione dicit: Nullum ergo justum esse potest mendacium.<sup>2</sup>

Mendacium non est ex veritate, non est ex iustitia. Istam sententiam s. Augustinus primis temporibus minus aperte docuit, ambo vero ultima opera, postremo tempore conscripta,<sup>3</sup> absque ullo dubio illam explicite asserunt. Philosophi *catholici* hodie uno animo docent veritatem esse specialem virtutem, intime cum iustitia conexam. Solovjev econtra specialem virtutem veracitatis minime admittit. Etiam in hoc casu, sicut in priori, inde a temporibus Patrum apud Solovjev nullus progressus apparet.

Conexionem veracitatis cum iustitia catholici scriptores verbis parum forse enuntiant. Inter protestantes sunt, qui vestigia Kanti proterentes, momentum veracitatis exaggerant, eam usque ad supremam et independentem normam moralitatis evehentes. Illis veracitas omnium obligationum principalis est, mendacium unicum peccatum; humanae actiones in tantum peccaminosae sunt, in quantum de mendacio participant. Abundantius scribit Maćkowiak.<sup>4</sup>

Solovjev iustitiam veritati anteponit. Solovjevo est iustitia quasi ultimum criterium moralitatis. Mentiens ius alterius ad cognoscendam veritatem laedit. Quomodo hoc intelligendum est? Quilibet homo vult, ut ipsi verum dicatur, ne ipsi quis mentiatur, ergo nec ipsi licet suo proximo mentiri. Aequum ius pro omnibus similibus. *Proximus et similis nobis est omnis homo.* Omnis homo nobiscum idem ius habet, ut audiat veritatem. Praedictum ius Solovjev principium solidarismi (solidarnost) vocat, a quo moralitas actus humani dependet. Mentiens illud transgreditur, qua de causa eius locutio a Solovjev iniuriosa notatur.

Dolendum est, quod auctor notionem huius iuris quaestionis men-

<sup>1</sup> Contra mendacium PL. 40, 540.

<sup>2</sup> O. c. ibid.

<sup>3</sup> Contra mendacium et Enchiridion circa a. 420.

<sup>4</sup> Dr. W. S. Maćkowiak O. P., Die ethische Beurteilung der Notlüge, Studia Gnesnensia 1933, pg. 5—16.

dacii ratione ulterius declarando non procedat. Ex contextu patet, quod ad alterum referatur, quod debitum respiciat, quod ad aequalitatem reddat. Proximum nostrum ius ad veritatem audiendam, omnes nos cognoscimus. Huic iuri proximi a parte nostri debitum nostrum correspondet. Aliquando debitum talis est naturae, ut ope iudicis exigi possit. Vera locutio a iudice non dependet, procedit a bona hominis voluntate. Primum debitum est legale, secundum morale, ad quod debitum praestandum homo ex sola virtutis veracitatis honestate tenetur. Quae distinctio inter iustitiam et veracitatem ratione debiti exprimitur: *Justitiam principalem virtutem esse eique veracitatem adnexam esse. Solovjev distinctionem non agnoscit*, characterem specialis virtutis veracitati abnegat.

*Veracitas versatur circa bonum quod est ad alterum.* Inprimis inhaeret voluntati. Haud dubium est, sermonem humanum mentis et voluntatis et alicuius corporis motus effectum esse. Nam in mente concipitur (conceptus). Internum verbum proximum latet, solo sentienti cognitionem. Isti interni actus aliquo medio indigent, cuius ope eorum transmissio ab intra ad extra, ab invisibili ad visibilem statum fiat, ut et proximo noti fieri possint.

Solovjev dicit sermonem *unicum huius transmissionis instrumentum esse*. Sub quo conceptu omnes visibiles corporis motus concipiendi, qui per se apti sunt ad manifestandum verbum internum. Etiam oculus, manus, facies, gestus et huiusmodi praesertim autem praeclarissimum membrum, ad hoc natura sua destinatum, os et lingua. Verbum externum, quod est verbi interni representatio, semper relatio unius hominis ad alterum est.

Sermonem ad sublimiorem partem naturae humanae, ad intellectum et voluntatem pertinere, Solovjev iure affirmit. Externi motus etsi per corporis sensus fiant, a voluntate tamen dependent. S. Augustinus in relatione ad nostram quaestionem testatur: Quia et ipsum mentis imperium, cui debet omnis inferior motus hominis oboedire.<sup>1</sup> Ipsum mentis imperium voluntatem significare, ex contextu patet.

*Ordo naturalis postulat, ut mentem sequatur voluntas, utens sensibus, ad loquendum aptis.* In quo casu locutio vera est. Quando vero locutio ab hoc naturali ordine declinat, mendax fit. *Nulla sufficiens causa inveniri unquam potest, talem declinationem et perturbationem*

<sup>1</sup> Contra mendacium PL. 40, 528.

*ordinis naturalis excusans*. Multo minus causae ordinis materialis excusant. Si hoc accidit, homo facultate loquendi abutitur — ita Solovjev — et turpe facit. Quare turpe? Quia mendax sermo contra dignitatem naturae humanae est. Ratio grandis, quam affert auctor. Vera est eius conclusio: *mendacium hominem exhonoreare*.

Nomen abusus declaratione indiget, ut ambiguitas verbivitetur. Alter de abusu voluntatis s. Augustinus, aliter Solovjev censet. Nostro sensu perturbationem significat, quam causat voluntas, verbum mentis aliter proferendo ad extra, quam in mente inhabitat. Voluntatis est, non aliter proferendam ore corporis sententiam, quam in animo concepta atque conspecta est.<sup>1</sup> Non ita Solovjev. Abusus voluntatis est, quod a deformi voluntate ad turpes fines procedit. Requiritur deformitas voluntatis et turpis finis, ut actus humanus immoralis (mendax) efficiatur. *Turpe nominat, quod contra debitum est*. Concludi potest — ex Solovjevi verbis — moralitatem a fine determinari.

Definitio mendacii apud catholicos essentialiter stabilita est, accidentaliter auctores discedunt. Ordinarie dicunt: Mendacium est locutio contra mentem ad fallendum prolata. Controvertitur, quomodo intelligendum sit: ad fallendum prolata. Sitne hoc elementum constitutivum definitionis, annon. Aut requiratur, ut mentiens finem decipiendi habeat et de facto proximum decipiat?

Jam a temporibus s. Augustini controversia perdurat. Ipse eam non solvit, dubitavit, et dubium posteris reliquit. Affert plures definitiones.<sup>2</sup> Harum antiquissima sonat: Ille menitur, qui aliud habet in animo, et aliud verbis vel quibuslibet significationibus enuntiat,<sup>3</sup> Recentissima: Omnis autem qui mentitur, contra id quod animo sentit loquitur voluntate fallendi.<sup>4</sup> Prima ab altera plus triginta annorum spatio distat. Utraque est characteristica. Ultima omnia enuntiat quae prima tenet et his omnibus tamquam complementum verba „voluntate fallendi“ adicit. *Videtur s. Augustinum primam ut perfectam definitionem aestimasse*.

<sup>1</sup> S. Augustini, De mendacio, PL. 40, 515.

<sup>2</sup> Cfr. De mendacio PL. 40, 488, 491; Contra mendacium, PL. 40, 520, 527; Enchiridion ad Laurentium, PL. 40, 243; Quaestionum in Heptateuchum libri III., c. 68; PL. 34, 707.

<sup>3</sup> De mendacio, PL. 40, 488 (circa a. 395).

<sup>4</sup> Enchiridion, PL. 40, 243 (a. 421).

Verum est s. Doctorem *communius secundam quam primam allegare*. Nam ipse dicit: Nemo autem dubitat mentiri eum, qui volens falsum enuntiat causa fallendi; quapropter enuntiationem falsam cum voluntate ad falendum prolatam, manifestum est mendacium.<sup>1</sup> Huic definitioni autem adiungit: *Sed utrum solum sit mendacium, alia quaestio est.*<sup>2</sup> Prima est ergo essentialiter sufficiens, secunda perfectior. S. Thomas s. Augustinum perficit dicendo: (Voluntas falendi) non pertinet ad speciem mendacii, sed ad quamdam perfectionem ipsius.<sup>3</sup> Solovjev secundae adhaeret. Explicite id non affirmit, sed pluries de intentione fallendi loquitur.

Primo argumento contra mendacium, ex individuali vita desumpto, secundum ex vita sociali subiungit. Sermo est unicum medium communicationis. Est bonum commune. Non licet eum ita ad proprios fines, neque in finem familiae, status partisque adhibere, ut bonum commune damnum patiatur, quia totum maior est parte. *Mendacium laedit bonum commune, quod in nostro casu veritas est. Ergo est vitae sociali nocivum.*

Praeterea laedit et ius proximi, ut audiat veritatem a proximo. Quod ius ad veritatem Solovjev ulterius non declarat. Quilibet ius habet, ut a proximo veritatem excipiat, quando proximus sua sponte loquitur, vel audientis subditus est et de materia officii, agitur. In ceteris casibus unusquisque ius ad secretum habet. Sententia Solovjevi rectum sensum habere potest. Verba propterea sunt instituta... per quae in alterius quisque notitiam cogitationes suas perferat.<sup>4</sup>

Mendacio ius proximi aliquo sensu revera laeditur, etsi non semper. Solovjev docet, quod semper; idque essentialie elementum sui principii solidarismi facit. Voluntas abutitur sua potestate, mendacium loquendo contra ius proximi. *Omne mendacium est iniuriosum, Solovjevi constans sententia est.*

His duobus argumentis Solovjevi iudicium fundatur. Mendacium ut actionem legi morali non conformem, absolute reicit. Culmen attingitur in sententia: *Mendacium est immorale. Est turpe, nocivum et iniuriosum. Nunquam est licitum, omne mendacium est prohibitum.*

<sup>1</sup> De mendacio, PL. 40, 491.

<sup>2</sup> O. c. ibid.

<sup>3</sup> S. theol. 2—2, qu. 110, a. 1.

<sup>4</sup> S. Augustinus, Enchiridion, PL. 40, 243.

Quae ultima Solovjevi assertio nobis dubia appareat. Quomodo omne mendacium damnare potest, et illud simul ad hominem salvandum admittere et postulare. Ratio dubii in terminologia quae-renda est. Illud, quod nos catholica theologia imbuti mendacium esse dicimus, Solovjev, suam sequens, mendacium esse negat.

*Optimam tenet aestimationem de bona hominis voluntate.* Concedit propter materialem finem et vanae gloriae cupiditatem hominem mentiri. Acerreme vero possibilitatem mendaci propter ipsum mendacium negat. Talis finis ei abiectissimus videtur, qui cum dignitate humana componi non possit. Non de facto disputat, sed de possibili-tate facti. Qui ita mentiretur, haud ei capax sui videtur.

Facta quotidiana vero contra Solovjev pugnant. S. Augustinus inter octo genera mendaci<sup>1</sup> quartum enumerat, propter mendaci libidinem.<sup>2</sup> Huiusmodi mendax bona materialia, bona socialia (honorrem etc.) non quaerit. Ratio mentiendi ex vi et metu abest. Nihil a mendacio accipit, nec ipse, nec alii. Sola mentiendi fallendique libidine mentitur. Gaudium in mentiendo sentit, quod unica ratio mentiendi est. Hoc genus, s. Augustinus, merum mendacium declarat, mendacium *κατ' ἔξοχήν*.

*Austerum est Solovjevi iudicium contra mentientes.* Aliis obiciens rigorismum, se ipsum rigoristam facit. Omnis homo qui mentitur, mendax est ei. Sive quis semel vel pluries mentiatur, sive invitus vel fallendi libidine, sive ex internis vel externis motivis. Inter mentien-tes discrimin non agnoscit.

S. Augustinus sibi ipsi fidelis adagium sequitur: *Interficide errores, parcite hominibus, mendacium damnat, hominibus parcit, in quantum potest.* *Loquitur de mentientibus et mendacibus.* Hoc est inter eos discrimin. Mentientium genus constituunt, qui occasionaliter men-tiuntur, quasi inviti. Laborant homines — satis prope ad Solovjev accedit — loqui mendacium.<sup>3</sup> Laboriosum non corporaliter, evidens est. Laboriosum ipsi animo, quia homo conformitatem mentis et volunta-tis in loquendo cum interna repugnatione destruit. Quis invitus mentitur?<sup>4</sup> Propter aliquod bonum vel malum, sed non ex libidine men-

<sup>1</sup> De mendacio, c. 14; PL 40, 505.

<sup>2</sup> O. c. ibid.

<sup>3</sup> Ennarratio in Ps. 130; PL. 36, 1811.

<sup>4</sup> De mendacio, PL. 40, 501.

tiendi. Ad secundum genus pertinent, qui gratis mentiuntur. Ipsi enim proprie mendaces dicendi sunt. Interest enim inter mentientem atque mendacem. Nam mentiens est enim qui mentitur invitus: mendax vero amat mentiri, atque habitat animo in delectatione mentiendi.<sup>1</sup>

Sequitur conclusio practica: *Nunquam est mentiendum. Mentiens exhonoret seipsum, iniuriam proximo facit, societati nocet. De mentientibus s. Augustino severius iudicat.*

Remanet quaestio: *Ubi causa mentiendi reponenda est?* Certo, in interiore homine! Nam externi sensus non mentiuntur, nec mentiri possunt, proprio sensu. In mente, an voluntate paritur mendacium?

Primo intuitu mendacium mentiennesse videtur. Solovjev loquitur de contradictione veritatis. Veritas et oppositum veritatis menti tribuntur. Discernit errorem et mendacium, primum tribuens mentem et secundum voluntati. Ložnost non est lož, falsitas non est adhuc mendacium. Continuat asserendo errorem ad vitam moralem non pertinere.

Simili modo *inadvertentiam et carentiam scientiae* a mendacio immunem declarat. Utrumque erroribus cogitandi adscribit. *Mendacium econtrario est accidens inordinatae voluntatis.* Homo sciens et volens a norma moralitatis declinat, quod sane vitium est, potius peccatum, etsi ipse Solovjev hoc nomine non utatur.

Concordat s. Augustinus: Error est in humana infirmitate, sed non in conscientiae sanitatem.<sup>2</sup> Falli pertinet ad infirmitatem, mentiri ad iniuritatem.<sup>3</sup>

#### S. AUGUSTINI ET S. HIERONYMI TERMINOLOGIA DE MENDACIO OFFICIOSO.

Mendacium per se unum est. Quamvis notionis divisio secundum substantiam difficilis sit, tamen ad praticos usus valde necessaria est. Ideo iam aetate ss. Patrum varia mendacii genera dividebantur. S. Augustinus in suo opere *De mendacio* (c. 14) octo mendaciorum genera enumerat. Divisio minus practica ipsi auctori videbatur. Nam non respiciens suam divisionem, novos terminos quaerit, quibus varias mendacii species designaret. Nominat e. gr.: mendacium ex pie-

<sup>1</sup> O. c. ibidem.

<sup>2</sup> S. Augustinus, Sermo 133, PL. 38, 738.

<sup>3</sup> O. c. ibidem.

tate, damnosum, ex benignitate,<sup>1</sup> mendacium in jocando, non excepto officioso. Praevaluit scholastica divisio, quae tres mendacii species notat: iocosum, damnosum et officiosum.

Ratione momenti et historiae in comparatione ad alias mendacii species *officiosum* longe praevalet. Nomen suum saepe mutavit. Temporibus s. Augustini vulgo iustum, bonum, misericors, compensatum, honestum et huiusmodi denominabatur. Officiosum s. *Augustinus* induxit, sub quo titulo nobis hodie maxime notum est.

Illud s. Doctor definit *ut mendacium, quod nulli obest et alicui prodest*.<sup>2</sup> Duo non sunt praetereunda, ad veram eius notionem aquirendam. *Primo, excludit omne damnum, et sic opponitur mendacio damnosus. Secundo, affert magnum bonum.* Quod fieri potest dupli modo: bonum praebendo vel a damno liberando et sic hominem in fruitione boni relinquendo. Qualis naturae hoc bonum sit et cui afferat illud, in sequenti declarabitur. Nota characteristica mendacii officiosi est magna *utilitas*.

S. Augustinus ad illustrationem et declarationem notionis proponit aliqua exempla, prout in quotidiana vita obveniuntur: de aegroto et morti proximo; de strupratore, qui vi virginem opprimit; de cathachumeno, in carcere detento et ad mortem damnato; et plurima exempla ex Sacris Scripturis: Sara, cum risisset; simulatio Josephi erga fratres suos; Jacob, ut benedictionem acciperet; Raab; obstertrices Aegyptiacae; David fugiens a facie Saulis; Archangelus Gabriel in libro Tobiae; Paulus et Petrus Antiochiae; Jesus, qui in via in Emmaus se finxit longius ire (Luc. 24, 28). Non sunt omnia exempla, ad quae assertores liceitatis officiosi mendacii revocabantur et adhuc revocantur; allata sufficient, ut ex eis natura utilitatis officiosi mendacii cognoscatur.

Allata exempla probant finem et motivum officiosi mendacii – magnam utilitatem esse. De corporali commodo, de aquirenda benedictione, de mysterio occultando et huiusmodi in his exemplis agitur.

*Cui prodest officiosum mandacium?* Ipsi mentienti? Etiam aliquando! Sed saepius alteri, id est, proximo mentientis. Varios fines, quos commemorat Sacra Scriptura, enumerat *Cassianus*.<sup>3</sup>

<sup>1</sup> PL 36, 85.

<sup>2</sup> De mendacio, PL 40, 505.

<sup>3</sup> Coll. XVII. c. 25; PL 49. 1077.

*Hoc utile mendacium*, quod sive corporalem vel spiritualem, sive mentienti vel proximo sed sine aliena iniuria semperque quasi notam magnae utilitatis in se impressam habet ab s. *Augustino* nomen *officiosi mendacii* accepit.

Quare novum nomen et quare antiquius fuerit omissum? Probabiliter proptera, quia nomen iusti, misericordis honestique mendacii liceitatem mendacii suaderet.

Mendacium utile populus falso sensu forsan intelligeret. Circumstantiae temporis et loci suadebant ad novum terminum eligendum.

Certum est novum terminum s. *Hieronymo* non placuisse.<sup>1</sup> Inde longa et acerba litteraria collocutio inter eos exorta est, de qua acute scripsit *Andreas Oddone*.<sup>2</sup> Interrogat *Augustinus Hieronymum*; „Nisi forte nomen (mendacii officiosi) te movet, quia *non tam usitatum est* in ecclesiasticis libris vocabulum officii, quod *Ambrosius noster* non timuit, qui suos quosdam libros utilium praceptionum plenos, *De officiis* voluit appellare.“<sup>3</sup>

Ex quibus colligi potest nomen tunc in ecclesiastica terminologia usitatum non fuisse, etsi ex profana litteratura optime cognitum. Cognitum quidem secundum verbum, sed non secundum hunc sensum, ut ad speciem mendacii denoninandam adhiberetur. Quo non supposito, arguendus esset s. *Hieronymus imperitiae linguae latinae* qui notionem apud s. *Augustinum* non intellexit. Quare illam noluit accipere? *Hieronymus* sensum ab *Augustino* intentum reprehendebat, non vero verbum. Quod ex s. *Augustini* ets. *Hieronymi* scriptis patet. S. *Hieronymus* inusitatum sensum approbare noluit; s. *Augustinus* autem nomen neque ad verbum neque etymologice, prout solet, sed ex pietate et reverentia ad s. *Ambrosium* declarat. Sed semper de aliqua utilitate agitur.

S. *Ambrosius* libri titulum a *Cicerone* sumpsit, qui iam *De officiis* scripsit. *Cicero*, philosophos Graecos (stoicos) secutus, de debito, id

<sup>1</sup> Cfr. *Epistolae* s. *Augustini* ad *Hieronymum*, *praesertim* 28, 40, 82 (PL 33, 111—114, 154—158, 275—291) et *Hieronymi* ad *Augustinum* ep. 112, PL 22, 918—919; 923; *Liber I. contra Rufinum*, PL 23, 431—432; *Comment. super epist. ad Galatas.*, c. 2, 11—12, PL 26, 364.

<sup>2</sup> A. *Oddone S. J. in opere: S. Augustino, Vita e pensiero*, Milano 1931 (La dottrina di Sant' Agostino sulla menzogna e la controversia con San. Girolamo pg. 264—285).

<sup>3</sup> PL 33, 285; cfr. epist. 116 s. Aug. ad Hier. inter opera Hier.; PL 22, 646—648.

est de obligationibus scripsit, et quidem pro filio suo. Ambrosius similiter de officiis suorum filiorum spiritualium scripsit. S. Ambrosio testante, nomen ipsum unumquemque monet, ut ea agat, qua *nulli officiat, prosit omnibus* (I, 7, 26).<sup>1</sup> Quae verba in definitione *mendacii officiosi* repetuntur: *quod nulli obest atque prodest alicui.*<sup>2</sup>

Duplici ratione s. Hieronymus duci potuit, ut nomen a s. Augustino propositum, reiceret. Primo, quia nondum in usum venit; secundo, hic denominandi modus non componebatur cum Ecclesiae orientalis loquendi modo, quo Hieronymus eo tempore saepe utebatur. Hieronymum optime Ciceronem eiusque opera cognovisse, quis negaverit. Quod Hieronymo inusitatum fuit, id Augustinus magis idoneum ad veritatem declarandam et iniquitatem delendam invenit.

*Controversia de mendacio nonnisi contentio de mendacio officioso est.* Ratio cuius est, quod mendacium officiosum semper mentienti vel proximo eius magnam utilitatem ferat, ita tamen ut nulli obsit.<sup>3</sup>

*Propter hanc utilitatem* multi ex Patribus ex iusta causa et in extraordinario casu liceitatem mendacii officiosi contendebant. Ad quorum numerum prout notissimi adnumerandi sunt: Clemens Alexandrinus, Origenes, Ioannes Cassianus, verisimiliter et Hieronymus.<sup>4</sup>

Dicti Patres multis exemplis et auctoritatibus Scripturae probare nitebantur mendacium aliquando *non modo licitum esse, verum etiam laudabile, si necessarium*, idque dupli ex causa: 1<sup>o</sup> ad vitandum magnum aliquid malum aut magnum bonum procurandum; 2<sup>o</sup> cum humilitatis gratia mentiendum est, ut quis virtutes suas ad vitandam inanem gloriam mendacio occultet.<sup>5</sup>

Patres excusandi sunt dupli modo. Utebantur vocibus aequivo-

<sup>1</sup> Cfr. Dr. F. Lukman in „Bogoslovní Vestník“ (Ljubljana) 1936, pg. 289.

<sup>2</sup> De nominibus *officium* et *officere* in lexicis latinis (H. Georges e. a.) sequentia invenies: *officium* forsau ex *opificio*; *officere* = ob facere, viam praesepire, obstare, impidire.

<sup>3</sup> Lehmkuhl, o. c. 452. (quo mendacio officioso) mentiens vel sibi vel alteri officium praestat. Cfr. A. Veermersch, *Tanquerey et alios!* Mendacium officiosum germanice: Notlüge nominatur, si mentiatur ex necessitate; Dienstlüge, ad immateriale utilitatem comparandum: Nutzluge, pro materiali utilitate. Schindler m. officiosum simpliciter vocat Nutzluge; alii vero *Notlüge*.

<sup>4</sup> Cfr. Maćkowiak, o. c. pg. 51—76; A. Veermersch, o. c. pg. 24—26, Dr. Alois Kern, *Die Lüge* (Graz 1930), pg. 17—42.

<sup>5</sup> Cfr. Cassianus, Coll. 17, c. 8; PL. 49, 1050, adnotatio.

cis, qualibus lingua graeca abundat,<sup>1</sup> Platonis philosophiam seuti, qui in libro II. de Republica docet mendacio utendum esse tamquam medicina quadam aut condimento. Id est, ex iusto causa et caute.

Ad talem gravem actum significandum Latini dispensationis, Graeci autem oeconomiae verbo utebantur. Utrumque declinacionem et exceptionem a norma generali exprimit.

Ex Patribus hoc constat.<sup>2</sup> Nomen *dispensationis* eis notum fuit. Augustinum et Cyrillus Alexandrinus theoriam de dispensationis administratione constituerunt. Hieronymus etiam de ea scripsit. Quod memoria tenendum est, ut illa celebris disputatio inter s. Augustinum et s. Hieronymum recte intelligatur. S. Augustinus designabatur, quia s. Hieronymus in expositione Epistolae Pauli ad Galatas de reprehensione Pauli Petro facta minus caute se expressit, quod Paulus et Petrus reprehensionem finixerint. Augustinus interrogat Hieronymum, quid in Scripturis auctoritatis remanebit, si ad Scripturas sanctas admissa fuerint velut officiosa mendacia.<sup>3</sup> Hieronymus allegat auctoritates, qui ante eum hoc docuerunt: „Ego, immo alii ante me exposuerunt causam quam putaverant non officiosum mendacium defendantes, sicut tu scribis, sed ostendentes honestam dispensationem.“<sup>4</sup>

Uterque nomen et sensum *dispensationis* intellexit. Dicit s. Augustinus ad Hieronymum: Hoc autem quod dicis quid sibi vult, ore? . . . nisi forte addito nomine dispensationis fiat, ut mendacium non sit mendacium.<sup>5</sup> Eo tempore nomen *dispensationis* quamlibet *exceptionem* a regula generali significabat.

Ne sumes nomen dispensationis statim sensu iuridico; etsi et hic sensus iuridicus multo antiquior sit quam olim putabatur.<sup>6</sup> Dispensatio est enim terminus quem theologia moralis adhibet. Cum termino iuridico comparatus hic moralis sensus est multo antiquior. In rebus ad theologiam moralem pertinentibus sensu morali adhibendus est,

<sup>1</sup> Ψεῦδος, δόλος, ἀπάτη.

<sup>2</sup> M. A. Stiegler, Dispensation und Dispensationwesen pg. 1—42. Archiv für kathol. Kirchenrecht (Mainz 1897).

<sup>3</sup> Ep. 57 Aug. ad Hier. in opera Hier.; PL 22, 247—250.

<sup>4</sup> Ep. 112 Hier. ad Aug., inter Hier. opera, PL 22, 923.

<sup>5</sup> Ep. 116 Aug. ad Hier. PL 22, 646—948.

<sup>6</sup> Cfr. Stiegler, o. c. et Dictionn. de la Théologie catholique IV., (A. Villien Dispenses), 1428—1440.

quod probatione non indiget. Quo sensu declinationem a consueta regula et declinationem ex necessitate vel magna utilitate a generali norma factam significat.

Patres nomen dispensationis et oeconomiae ex *Graeca philosophia* receperunt. Quos terminos philosophi Graeci proxime in solvenda quaestione mendacii officiosi adhibebant. Alios praesertim dogmaticos sensus dicti termini postea acceperunt. Sufficiat ad disputatam quaestionem duos Patres allegare s. *Basilium<sup>1</sup>* et *Cassianum*. Utrumque terminum eodem sensu habet Cassianus: „Et idcirco non debemus alienae infidelitatis obtentu *oeconomias*, id est, *dispensationes* prophetarum atque sanctorum, quos Scriptura commemorat, abdicare.“<sup>2</sup> Philosophi et secundum eos et Patres ergo nomen dispensationis et oeconomiae sensu morali adhibebant. Uterque terminus declinationem et exceptionem a regula morali significat, ex iusta causa in extraordinario casu facta.

#### DIFFICULTATES SOLOVJEVI ARGUMENTATIONIS.

Maxima et principalis difficultas ex absentia solidae definitionis oritur. Definitio quam affert sat ampla est et vaga: Mendacium est contradictio veritatis, quae procedit a voluntate, abutenda sermone ad turpes fines ita, ut sermone saltem unum ex tribus principiis moralitatis laeditur.

Comparata cum scholastica definitione: Mendacium est locutio contra mentem ad fallendum prolata,<sup>3</sup> *scholastica brevitate et claritate eminet*. Solovjev loquitur de formalis et morali veritate, de interna veritate, de existentia facti, modo existendi huius facti, principiis moralitatis fineque praesertim. Praemulta, quae notionem magis confundunt quam clariorem faciunt.

Concedendum est varias definitiones existere et apud catholicos. Sed omnes essentialiter convenire, omnes sigillum venerabilis s.

<sup>1</sup> PG 31, 1136.

<sup>2</sup> Coll. 17, c. 16; PL 49, 1062.

<sup>3</sup> Cfr. Noldin S. J., *De praeceptis*, Oeniponte 1921, ed. 13, § g. 649; A. Lehmkuhl S. J., *Theologia moralis*. Friburgi Brisgoviae 1902, ed. o; Vol. I. pg. 451; S. Thomas Aqu. S. theol. 2—2, qu. 110, a. 1, n. l; *Dictionnaire de Théologie catholique* X, 1, Mensonge 958, et alii.

Augustini haereditatis secumferre. Omnia est commune: contra mentem ire.<sup>1</sup> Pensanda est subiectiva dispositio loquentis, non obiectiva. Quod significare vult, de mendacio loquendo considerandus est status mentis, quod hic et nunc in mente loquentis est. *Dummmodo sermo subiectivum mentis statum exprimit, sermo verax dicendus est.* Ex animi enim sui sententia (veritas moralis), non ex rerum ipsarum veritate (veritas logica) vel falsitate mentiens judicandus est.<sup>2</sup> Veritas moralis aliud est quam veritas logica. Oppositum primae mendacium est, secundae error. Primum peccatum, secundum humanae naturae infirmitas.

*Solovjev definitionem quasi in duas partes scindit:* Contradictio veritati et contradictio principio moralitatis, quarum conexio fine loquentis efficitur. Merito refutat formalisticam sententiam, quae quaestionem mendacii a lege morali praescindit, diiudicans illum solum sub respectu rectitudinis cogitandi, utilitatis vel damni. Sed quod loquitur de fine aliter intelligi non potest nisi supponat actum humanum indifferentem in concreto existere posse. Supposito, quod actus in concreto indifferens revera existeret, solvenda est quaestio, quo novo actu legi morali subicitur, ut laude vel vituperio dignus evadat. Qualis novus actus perficit coniunctionem superiorum contradictionum? Malevola voluntas? Forsan! Verumtatem et ipsa omissione voluntatis non agentis quod eius est, immoralis est.

*Magnam obscuritatem in dissertationem infert loquendo de iure alterius ad veritatem audiendam.* Mentiens laedit ius proximi! Auctor dictae sententiae est *Hugo Grotius*, qui communissimam scholarum catholicarum doctrinam de mendacio impugnabat et notionem mendacii adulteravit. Novam definitionem invenit, qua mendacium describitur: Sermo repugnans cum iure existente et manente illius quem alloqueris.<sup>3</sup> Jus hoc loco a Grotio intelligitur illud quod ex quodam pacto tacito inter homines convento oritur, quo homines mutua obligatione se induci voluerant, simul atque sermone, notisque similibus uti instituerunt, nam sine tali obligatione inane fuisset tale repertum. *Veermersch* testante, Catholici nonnulli etiam nuppe-

<sup>1</sup> Cfr. A. Vermeersch, *De mendacio et necessitatibus commercii humani. Gregorianum* 1920, Vol. I. pg. 18.

<sup>2</sup> S. Augustinus. *De mendacio*, PL. 40, 489.

<sup>3</sup> *De iure belli et pacis*, 1. 3, c. 1.

rime definitiones huius modi probarunt quibus mendacium esse dicatur negatio veritatis auditori debitae, atque, cum Grotio, generaliore falsiloqui nomine consciam falsi enuntiationem seu locutionem contra mentem designarunt.<sup>1</sup>

Fons huius iuris non est nisi ficticius ille contratus socialis. Dicendi modum eorum, qui illicitum dicunt mendacium, quia ius alterius violat, iam ante plura saecula s. Thomas repudiarat.<sup>2</sup> Etenim, cum consentienti non fiat iniuria, et consensus cum expressus tum prudenter praesumptus esse posit, pro varia audientis voluntate, culpa mendacii committeretur vel abesset. Liceitas vel non liceitas mendacii dependeret *a voluntate audientis*, si suo iure uti vel non uti dignaretur. Quod absurdum est. Praeterea mendax si mere, qualis, iniustus foret, locum daret compensationi poenali, ita ut mendacium mendacio vindicari posse. De laeso iure proximi tantum in extraordinario casu loqui possumus.

Longe maior pars Solovjevi disputationis celebri casui de liceitate salvandi vitam innocentis a manu persecutoris mediante mendacio dedicata est. Casus a catholicis et ab acatholicis ab antiquioribus temporibus allegatur, ut tamquam evidentissimum et clarissimum exemplum liceitatem mendacii in extraordinario casu probaret, quando mendacium nemini obest et alicui valde prodest, praebens magnum bonum vel liberans a magno damno.

Auctores duas solutiones casus proponunt. *Prima rigoristica* prohibet omne mendacium, non excepto in citato casu. Solovjev nominat Kant et Fichte, notissimos s. Augustinum et Aristotelem omittit. *Pars mitior* *damnat* mendacium, sed non omne. Extraordinario in casu prout exceptionem a regula mendacium licitum concedunt, ex iusta causa, ad maius malum evitandum et ut nemini noceat. *Solovjev utramque solutionem reicit, proponendo tertiam*, putans eam prioribus esse meliorem et unicam veram.

Haec solutio profecto logicum ordinem disputationis pervertit. Ipse statuit mendacium malum esse. Exceptionem non dari. Videretur Solovjevum primae rigoristicae sententiae necessarie accedere debuisse. Quod non accidit. Non sequitur rigidum intellectum, sed calidum affectum. Compassione motus, tertiam solutionem excogitat, ut men-

<sup>1</sup> A. Veermersch, o. c. pg. 20.

<sup>2</sup> 2, 29. 80 art. unic. c.

dacii malum circumeat et victimam salvet, alta voce proferens: In dicto casu negativa responsio mendacium non est. Negativa responsio dari non solum potest, sed etiam debet, ne homo immoraliter agat, si innocentem non salvaret a morte.

Oppugnat fundamentum sibi contrariae solutionis casus. Veracitatem specialem virtutem esse, immerito negat. Cum principiis moralitatis debet coniungi, ut virtus fiat. Sana voluntas perficit coniunctionem.

Quaestio solvenda — iudicio Solovjevi — multis membris constat. Interrogatio est unum tale membrum actus, cui verum nomen est: conatus innocentis hominis occisionis. Positiva responsio est elementum praeparatorium ad occisionem, adiuvamen ad crimen. Solovjev argumentum artificiose nectit. Responsio non est suus (proprius) actus sensu morali. Considerandus est in relatione ad finem. Quia tendit in malum finem, homo cooperari non potest nec debet. Negativo responso *veritas* laeditur, *veracitas* autem laesa non est, quia nullum principium moralitatis laesum est. Responsum quidem *falsum*, non vero *mendax*, Negativa responsio mendacium dici non debet. Quia autem unicum medium salvandi, et non immorale est, ergo negativa responsio dari debet. Denegatio negativae responsionis erit actio immoralis.

Quare danda est haec responsio? Lex divina prohibens mendacium ut tale in divina revelatione non existit. Miraculum expostulandum non est, donec inveniri possit medium naturale, simplex, inoffensivum et non iniuriosum. Responsio remanet falsa, non evenit immoralis, quia non oritur a deformi voluntate, id est malo fine.

Praemultis difficultatibus laborat Solovjevi solutio. *Neque vera, neque moralis dicenda est*. Veracitas est specialis virtus. Habet obiectum materiale et formale. Oppositum veracitatis est mendacium. Gratis asseritur interrogationem suum actum non esse. Falsa est assertio, mendacium divina lege non esse prohibitum. Immoralis est, quia responsio est actus voluntarius, habet ergo suam moralitatem. Contraria est veracitati, debet esse mendacium. Non respicit obiectum actus, a quo actus humanus primarie accipit moralitatem. Finis est fons secundarius. Est una ex circumstantiis, quae actum modificant.

Quam caute, sobrie et pie vero procedit s. Augustinus. Casus ab eo propositus est verus, non fictus, sumptus ex ecclesiastica tradi-

tione. Firmus, episcopus quondam Thagastensis,<sup>1</sup> profugam abscondit. Interrogatus noluit eum tradere, nec prodere. Firmus nomine, firmius voluntate . . . respondit quaerentibus, nec mentiri posse nec hominem prodere. Tormenta passus est ad imperatorem adductus, paratus erat potius mori quam mentiri. Motus episcopi in bono constantia imperator utriusque vitam donavit.

Martyres et episcopus Firmus testes sunt veritatis. Potius parat tormenta pati, quam mendacio prodere veritatem, aliter eius passio esset reprehensibilis, quia irrationalis. Catholici et longe maior pars acatholico-rum scriptorum convenient, responsionem negativam in nominato casu esse tam falsam quam moraliter malam proprio sensu mendacem esse.

S. Augustinus optime scit mendacia esse, quae vulgus iusta esse putat. Quod genus (mendacii) benevolis et bonis vulgo tribui solet.<sup>2</sup> Enumerat et alios casus graviores.<sup>3</sup> Qui sunt e. gr.: Pater morti proximus interrogat, si filius vivat, qui vulneratus in pugna decessit de vita.<sup>4</sup> Si irruit stuprator, qui possit mendacio devitari, sine dubitatione mentendum est, putabant multi tempore s. Augustini.<sup>5</sup> Gravissimus videtur casus de catechumeno. Damnatus ad mortem, in carcere mortem expectat. Aditus ad eum non datur, nisi custodibus mentiendo deceptis.<sup>6</sup>

Nullum horum mendaciorum alicui obest, omnibus multum prodest, ad proximi vitam temporalem respective aeternam salvandam. Tempore s. Augustini tale mendacium bonum, benevolum, iustum vulgo nominabatur, ipse loquitur de misericordi mendacio. De his tota contentio est.<sup>8</sup>

Gravis quaestio. Sententia non facile ferenda. Cur? Saepe in rebus humanis vincit sensus humanus.<sup>9</sup> Quaestio transcendit vires. Non confidit in se ipso, orans petit: Quo configiam nisi ad te veritas.<sup>10</sup>

<sup>1</sup> Compatriota s. Augustini. Tempus s. Augustinus non indicat nisi circiter: Non-dum enim erant Imperatores christiani. (De mendacio. PL. 40, 504.)

<sup>2</sup> De mendacio, PL. 40, 501.

<sup>3</sup> De mendacio c. 8, 13; Contra mendacium c. 18.

<sup>4</sup> Contra mendacium, PL. 40, 543.

<sup>5</sup> De mendacio, PL. 4 , 496.

<sup>6</sup> Contra mendacium PL. 40, 546.

<sup>7</sup> De mendacio, PL. 40, 487.

<sup>8</sup> De mendacio, PL. 40, 501 et 505.

<sup>9</sup> Contra mendacium PL. 40, 543.

<sup>10</sup> O. c. 546.

Sanctus Doctor argumentum ponit supra solidum fundamentum. Non ex affectu, vel consuetudine procedendum, sed ex veritate. Castitas et caeterae virtutes nisi ex veritate.<sup>1</sup> Quantum distant sententiae Augustini et Solovjevi! Omne quod contra veritatem, malum est. Quo longius a veritate, eo gravius malum; quo proprius, eo minus. Cupiditatis obiectum est sensibile bonum. In hoc errant homines, quod subdunt pretiosa vilioribus.<sup>2</sup> Causa erroris est falsa regula et falsa regula aestimatio bonorum. Non ex regula veritatis, sed ex sua quaque cupiditate atque consuetudine metitur malum.<sup>3</sup>

Mendacium est malum. Non est eo utendum, ut vita corporalis salvetur. Vita animae supernaturalis superat vitam corporis naturalem. Mendacium quidem non tollit omnem supernaturalem vitam animae, tamen minuit eam. Castitas animae maior est castitate corporis. Mendacium animam maculat. Quidquid vi majore contingit in nostro corpore, nulla impudicitia est.<sup>4</sup> Vexatio potius quam corruptio nominanda est.<sup>5</sup> Pro catechumeno ores ad Patrem, ut Pater te exaudiat, ut possis baptizare eum sine mendacio. Mendacium, medium malum, ratione collationis baptismi bonum non fit.

Mendacium ex misericordia non est bonum. Maculat animam, minuit eius vitam supernaturalem. Mentiens eo fine nimis ipse ab itinere exorbitat aeternae salutis et vitae.<sup>6</sup>

Obicit quidem Solovjev, veram responsionem esse cooperationem ad malum et transgressionem legis caritatis erga proximum. Sed cooperatio non est. Neque materialiter, neque formaliter. Est permissio facti alieni. Quid magis in peccatis cavendum est, permissio facti alieni, aut comissio facti tui, interrogat Augustinus.<sup>7</sup> Permissio facti non est cooperatio.

Solovjev motivum caritatis ad proximum ventilat. Caritas utique vinculum perfectionis est. Minime vero abusus caritatis, sed solum caritas bene ordinata, quae sequitur ordinem: Deus, ipse homo, proximus; ratione bonorum: aeternum — temporale; spirituale — corporale.

<sup>1</sup> Contra mendacium, PL. 40, 545.

<sup>2</sup> De mendacio, PL. 40, 513.

<sup>3</sup> O. c. ibid.

<sup>4</sup> De mendacio, PL. 40, 514.

<sup>5</sup> De mendacio, PL. 40, 495.

<sup>6</sup> De mendacio, PL. 40, 496.

<sup>7</sup> De mendacio, PL. 40, 515.

Caritas proximi non est summa virtus. Caritatem proximi praecedat caritas Dei, quod evidens est; caeteris paribus et erga semet ipsum, quod certum est lege divina. Fundamentum primum ordinatae dilectionis erga proximum est ordinata dilectio semetipsius, utraque vero dependet a dilectione Dei. Testantibus Scripturis: Diliges proximum tuum, sicut te ipsum.<sup>1</sup>

In subtilissimis quaestionibus s. Augustinus saepe utitur ordinata caritate semetipsius tamquam criterio inventionis veritatem, aliis criteriis infectis rebus adhibitis.<sup>2</sup> Solovjev laborat difficultatibus, non respiciens hanc caritatem. Contraria sententia pugnat contra legem divinam et sanam mentem.

„Asseclis pseudomoralis rigorismi“ Solovjev immerito obicit carrentiam solidae et logicae argumentationis. Ordinata caritas proximi non postulat mendacem responsionem proferre, ut salvetur vita corporalis, immo reprehendit eam. *Anima est plus corpore!* Ut salvetur corpus, maculetur anima mendacio? Absurdum et nefarium est, secundum s. Augustinum, cur animam suam quis mendacio corrumpat, ut alter vivat corpore.<sup>3</sup> Mendacium ordinarie peccatum mortale non est. Verumtamen mendacio vita supernaturalis animae minuitur. Ordinem ordinatae dilectionis homo pervertit mentiendo pro alio.

Quod Solovjev de fine loquitur, iam s. Augustinus sciebat. Solovjev putat omnem actionem humanam a fine dependere. Hoc iudicium non est semper verum. In actionibus humanis, ex toto suo genere malis, finis immoralitatem actus non mutat in bonam actionem. Caeteris actionibus finis multum interest. *Multum interesse quo animo et quibus de rebus quisque mentiatur.*<sup>4</sup>

Admissa sententia finem semper mutare moralitatem, portae omni peccato patent. Licta evadunt furtum, sacrilegium, stuprum aliaque huiusmodi. Mentiamur, ut demus eleemosynam, fornicemur, ut salvemus hominis vitam! Quis ista dicat, nisi qui res humanas omnesque conatur mores legesque subvertere.<sup>5</sup> S. Augustinus vult rem ad absurdum deducere, demonstrando falsos effectus assertionis hoc mo-

<sup>1</sup> Matth. 22, 39, Lev. 19, 18.

<sup>2</sup> De mendacio, PL. 40, 494.

<sup>3</sup> De mendacio, PL. 40, 455.

<sup>4</sup> S. Augustinus, Euchiridion, PL. 40, 240.

<sup>5</sup> Contra mendacium, PL. 40, 529.

do. Absurda sequerentur, si semel concesserimus in omnibus malis operibus hominum non, quid fiat, sed quare fiat, esse quaerendum.<sup>1</sup>

*Solovjev mendacium in tria varia genera dividit.* Primum genus utilis mendacii (rod lži koristnoj) affert utilitatem, ordinarie ipsi mentienti et proximo. Characteristica nota est utilitas materialis, ut differat ab mendacio, quod prosequitur utilitatem immateriale (rod lži hvastovstva). Motiva horum mendaciorum Solovjevo videntur mala.

Nobis novum est tertium subtilissimum genus mendacii, procedens ex contemptu generis humani (lož iz prezrenja k čelovečestvu). Tertium genus praebet maiorem difficultatem, ratione motivi, extensionis et comprehensionis. Solovjev hoc loco verbum non declarat. Videtur malum esse contra generositatem et perfectionem generis humani, contra socialem hominis conditionem.

Effectus huius mendacii est intenta mystificatio. Dantur variae mystificationes, ratione materiae, ex qua desumuntur. Nomen est collectivum. Divisio non est completa.

Praetereamus alias mystificationes et adeamus unicam religiosam. S. Augustinus nominat eam mendacium, quod fit in doctrina religionis, vel pietatis ad religiosos fines. Multis etiam catholicis videbatur temporibus s. Augustini iustum et licitum hoc mendacium esse. Solovjev a s. Augustino non multum distat, nominando illud subtilissimum genus mendacii, quod regitur motivis non turpibus. Exemplum mendacii invenitur apud s. Doctorem, narrantem de doctrina Priscillianistarum docentium: Ad occultandam religionem religiosos debere mentiri . . . de ipsa quoque religione mentiendum sit, ne patescat alienis.<sup>2</sup> Exemplum extendi potest ad materiam politicam, litterariam. Ergo mendacium subtilissimum, ex motivis minus malis, ergo minimum. Sic Solovjev. Et s. Augustinus? Audiamus illum.

Augustino primum genus detestabilis mendacii est.<sup>3</sup> Inter octo genera mendacii, est primum, id est maximum, abiectissimum, ceteris septem minoribus. Ullum dubium restat. Est mendacium capitale.<sup>4</sup> Quod tamquam scelestissimum omni modo devitare debe-

<sup>1</sup> O. c. ibid.

<sup>2</sup> Contra mendacium, LP. 40. 535,

<sup>3</sup> De mendacio, PL. 40, 516.

<sup>4</sup> O. c. pag. 505.

mus.<sup>1</sup> Justum iudicium! Corruptio optimi, pessima! Propter hoc genus mendacii coepit de mendacio scribere, et pars maior omnium operum circa illud versatur.

S. Augustini divisio in octo genera mendacii in oblivionem abiit. Praevaluit scholastica divisio in tria genera (*species*). Conveniunt in numero cum Solovjev, discrepant in verbis et sensu. Primum est mendacium damnosum, secundum iocosum et tertium gravissimi momenti: officiosum.

Non praetereunda est difficultas, quam Solovjev maximi aestimat, quae est *ambiguitas vocis* lož in lingua russica. Praesepe loquitur de ea ut origine et fonte dubii. Similiter censem Olesnickij et Popov.<sup>2</sup> Apud nominatos mendacium est *contradictio veritatis*. Distinguunt duplarem sensum veritatis: communem popularem, vel formalem empiricam, qua significatur conformitas intellectus cum re (*veritas logica*); secundus sensus est philosophico — religiosus. Quo ultimo significatur conformitas externorum verborum cum interno verbo, in mente concepto (*veritas moralis*). Utraque vice adest *contradictio veritatis* utraque vice alio sensu. Primo significat ložnost (falsitatem), secundo, lživost (mendacium).

In primo sensu non pertinere ad moralem regionem. Quando *contradictio* connectitur cum principiis moralitatis, tunc locutio fit moralis vel immoralis. Philosophos et moralistas — est sententia supra nominautorum auctorum — utrumque sensum saepe non distinguere. Ložnost quandoque licitam, lživost (mendacium) semper illicitum esse.

Vera sententia tenet, veritatem moralem semper connexionem habere cum norma moralitatis. Sententia de ambiguitate vocis potest esse vera in lingua russica. Attamen quaestio non est philologica — philosophica, sed philosophico — moralis, testante historia quaestionis de mendacio.

#### DE METHODO A SOLOVJEVO ADHIBITA

Duplicem in se continet veracitas obligationem: *positivam scilicet et negativam*. Positiva est stabilis inclinatio ad voluntariam locutionem secundum mentem. Obligat semper, sed non ad semper. Pars

<sup>1</sup> *Contra mendacium*, PL. 40, 523.

<sup>2</sup> Cfr. V. Popov: Čto est istina? (De veritate in loquendo.) *Strannik*, II., nr. 9—12., 807—816. in *Slavorum litteris theologicis IV*, Pragae 1908, pg. 343.

negativa prohibet omne mendacium. Obligat semper et ad semper.

Veracitatis est, ut verbum externum verbo interno concordat. Ut auctor verbi interni est homo eius dominus. Potest eo uti, proferre ad extra vel in pectore conservare. Unde ius ad secreta. Locutio humana semper vera esse debet. Oportet autem ut et secreta inviolata manere possint, dum homo plures necessitatibus quotidianae vitae compulsus loqui debeat, quae exprimere non velit. Quomodo haec inter se conciliari et huiusmodi necessitates cum absoluta mendacii exclusione componi queant, variae solutiones ab moralistis proponuntur.<sup>1</sup> Solovjev quaestionem minime aggreditur. S. Augustinus statuendo iure occultandi veritatem eam subtiliter tangit; quae nostris temporibus maxime nota est, sub nomine restrictionis mentalis.

*Qua multo antiquior est alia quaestio, pertinens ad notionem mendacii stricte dicti.* Existunt aliqua genera mendacii, quae per se considerata, mendacia nominari debent; verumtamen circumstantiis perspectis, praesertim fine et motivo denique et bono effectu ex mendacio subsecuto, in mente dubium oritur, num et haec mendacia prohibita sint, num saltem tamquam minori malo eis utendum sit. Propositus casus decursu temporum celebris evasit. Sortitus a s. Augustino mendacii officiosi nomen, hic casus est, qui solutionem problematis de mendacio, difficilem reddit. De eo tota contentio est. Ubi quaestio de mendacio agitur, hic casus praesumendus est, nisi aliud expresse dicatur. Solovjevi doctrina ad hunc casum refertur.

Ab antiquissimis temporibus duplex problematis solutio proponitur. Ante Christum natum ab ethnicis, liceitatem mendacii in hoc casu negavit Aristoteles, sed declaravit secundum se turpe et vituperandum.<sup>2</sup> A qua severitate alii deflexerunt. Jam Plato, qui mendacium tamquam venenum reprobat, in extraordinario casu moderatum utilis mendacii usum, quamvis aegre, concessit nobilibus, non tamen aliis, cum soli nobiles a nimio et damnando usu abstinerem posse.<sup>3</sup>

Aristotelem et Platonem seuti sunt Patres. Alii omne mendacium

<sup>1</sup> A. Veermersch, Gregorianum 1920, pg. 425—474.

<sup>2</sup> Cfr. Veermersch, Gregorianum 1920; I, 24—25.

<sup>3</sup> Rep. 3. Cfr. A. Veermersch. De mendacio et necessitatibus commercii humani, Gregorianum, 1920; I, 24—25.

damnabant, alii in extraordinario casu exceptionem admittebant. Quaestio de mendacio semper difficilis visa et; qui summo consensu intrinsecam mendacii malitiam affirmabant, simul difficilem esse demonstrationem fatebantur.<sup>1</sup> Concedere autem, mendacium esse peccatum et simul defendere eius liceitatem in extraordinario casu rationemque huius assignare, multo difficilius est. Argumentatio primorum logice et recte deducta, quod de assertoribus secundae sententiae dici non potest.

Solovjev primam sententiam reprobat. Testimonium eius verba minus favorabilia perhibent. Loquitur de: fictionibus moralistarum, de abstractis moralistis, de fastidiositate scholastica, de pseudomoralismo, morali rigorismo. Dolet ipsum Kant ad hanc classem pertinere. Argumentis verba prolata demonstrare non tentavit. Relicta prima sententia amplecti debuerit secundam. Sed ab hoc abstinuit, ne portae aperirentur cuilibet delicto.

De solubilitate quaestionis desperandum esse videtur. Multi moralistae revera negant possibilitatem solvendi hunc nodum.<sup>2</sup> Novam solutionem Solovjev proponit. De prima sententia prohibitionem mendacii desumit; de secunda, exceptionem a regula universalis, in casu extraordinario. Novum est, quod neget hanc exceptionem mendacium esse.

Ast sententia Solovjevi casum minime solvit, sed retrograditur ad interrogationem, quid sit mendacium. Statum quaestionis vitando circumit, revertitur ad definitionem et remanet apud eam.

Argumenta ex unico fonte desumit — ex sana mente. Quae adhibet, magis ex externis circumstantiis quam ex visceribus causae, procedunt. Continuo effectum mendacii respicit: repugnantiam dignitati humanae, iniuriam proximo illatam, societatis damnum. Quae vera sunt. Sed sufficientem respcionem non praebent interroganti, quid mendacium in se ipso sit. A quo maxime liceitas vel non liceitas dependet.

S. Augustinus vero caute, multos casus, ad naturalem et supernaturalem hominis vitam pertinentes, non ex consuetudine vel compassione, argumenta pro et contra pensando, in multis scriptis per

<sup>1</sup> A. Veermersch, o. c. pg. 28.

<sup>2</sup> C. r. Lindworsky apud Ruland, Handbuch der praktischen Seelsorge, IV 1936, pg. 102—104.

plus quam 25 annos perscrutando, argumentis ex sana mente, traditione atque praeprimis ex revelatione desumptis, omne mendacium sine exceptione damnat. Ex sana mente probat mendacium vitae sociali esse nocivum. Fundamenta et vincula, quibus societas nititur, relaxare; contra veritatem et iustitiam et ordinatam caritatem esse. Strenue concludit: Nihil autem judicandus est dicere, qui dicit aliqua justa esse mendacia, quo quid absurdum dici potest.<sup>1</sup>

Augustinus et Solovjev conveniunt usque adhuc. Solovjev ulterius non progreditur. Augustinus quaerit nova argumenta, quibus probat omne mendacium semper iniustum esse, id est, difforme rectae normae moralitatis.

Omne mendacium internae perfectioni hominis adversatur. Aequitatem animi perturbat, voluntatem coinquinat, conscientiam maculat. Mentiendo homo declinat a recto ordine. Voluntas mentem con sequitur, agendo contra eam. Destruit conformitatem mentis, voluntatis sensuumque corporis, quibus voluntas ad mendacium abutitur. Haec omnia contra sanam mentem. Verbis ergo uti ad fallaciam non ad quod instituta sunt, peccatum est.<sup>2</sup>

Omne mendacium nocet, si non proximo, profecto obest eis ipsis qui gratis mentiuntur.<sup>3</sup>

Adversum eos, qui putant mendacium aliquando non nocere stat sententia s. Augustini: omne nocet. Si non nocet proximo, semper nocet ipsis mentienti. Sed in hoc fallitur (mentiens) quod putat sibi suum non obesse mendacium.<sup>4</sup>

Bona quae mendacium affert sunt naturalis ordinis, damnum, quo afficitur conscientia, est ordinis supernaturalis. Quod animae damnum nullo bono naturali compensari potest. Corruptitur conscientia. Quis autem dixerit integrum animum esse mentientis? Quia animae nocet, quod numquam animae prodesse potest, unde semper illicitum est mentiri. Nemo itaque potest convincere aliquando esse mentendum, nisi qui potuerit ostendere aeternum aliquid bonum obtineri posse mendacio.<sup>5</sup>

<sup>1</sup> Contra mendacium, PL. 40, 539.

<sup>2</sup> Euchiridion, PL. 40, 234.

<sup>3</sup> De mendacio, PL. 40, 501.

<sup>4</sup> Euchiridion, PL. 40, 240.

<sup>5</sup> De mendacio, PL. 40, 496.

Iudicium non mutatur, etsi leve ordinarie peccatum sit. Qui spernit modica, paulatim decidet. Priscillianistae et alii multi primo admitebant mendacium in extraordinario casu. Temporibus s. Augustini eo usque progressi sunt, ut ipsum periurium, de rebus ad Dei cultum pertinentibus ac de ipsa natura Dei falsa dicta, nonnumquam bonum piumque opus esse, contenderent. Solovjev dicit: Admisso semel, portae patent cuilibet malo pro semper.

Malitia est in ipso mendacio. Profundissima sententia, quam s. Augustinus statuit et expressit: Mendacium, quod per se ipsum, quia mendacium utique turpe est.<sup>2</sup> Non solum mendacium, ipsum desiderium mentiendi malum est, nam omnis mendacii libido, per se ipsam vitiosa est.<sup>3</sup> Solovjev autem expresse affirmat mystificationes turpes non esse.

Ne iniuriam inferamus Solovjevo! Non potuit altius ascendere. Notiones et principia ex moderna philosophia hauriebat. Theologia orientali ut norma negativa uti non potuit, quia ipsa neque progesa est neque s. *Augustinum* novit, qui e philosophia et revelatione et traditione plura hausit atque speculum veritatis in Christo invenit: Indue Christum et eris verax.<sup>4</sup>

## STUDIA QUAESTIONE M DE PRIMATU ECCLESIAE SAECULO IX.

### DISPUTATAM ILLUSTRANTIA:

DOCTRINA SS. CYRILLI ET METHODII

*Dr. Thomas Kurent, S. O. Cist., Stična.*

### PROLOGUS.

**S**anctorum Cyrilli et Methodii cum merita pro religioso populorum Slavicorum cultu tum momentum ad unitatem oecumenicam inter Slavos redintegrandam extollere supervacaneum foret. Unde mirum non est, de ss. Cyrilli et Methodii vita atque operibus ingentem iam molem scriptorum duobus saeculis in lucem prodiisse. At pauca admodum habentur opera, in quibus eorum doctrina theologica accuratius exponeretur.

<sup>1</sup> De mendacio, PL. 40, 516.

<sup>2</sup> O. c. ibidem.

<sup>3</sup> PL. 38, 907.

Quapropter rem forsitan non inutilem speravi fore laborem, quem in selectis quibusdam doctrinae theologicae ss. Cyrilli et Methodii capitibus investigandis collocavi.

Cum singulorum documentorum, quae consideranda sunt, valor criticus, ad authentiam atque auctoritatem nempe quod attinet, varius censeatur, ut vis ac momentum doctrinae Cyrillo-Methodianaæ in iis enuntiatae melius perspici et diudicari possint, divisionem expositionis nostræ secundum documenta ipsa instituere iuvat. Unde consulemus 1<sup>o</sup> documenta Romana et 2<sup>o</sup> fontes Slavicos.

#### CAPUT I.

### DOCTRINA SS. CYRILLI ET METHODII DE PRIMATU SECUNDUM DOCUMENTA ROMANA.

F o n t e s : Registrum Joannis VIII. papae, ed. E. Caspar, *Monumenta Germaniae historica, Epistolarum tomus VII, Aevi Karolini V* (Berolini 1928) p. XIII—XXII, 1—272.

Liber diurnus Romanorum pontificum, ed. Th. E. ab Sickel (Vindobonae 1889) p. 69—79.

L i t e r a t u r a : Th. E. von Sickel, *Prolegomena zum Lieber diurnus I, Sitzungsberichte der kaiserl. Akademie der Wissensch., Philosophisch-historische Classe*, Band 117 (Wien 1889), Abhandlung VII, p. 61—65.

1. E documentis officialibus s. Romanae ecclesiae clare et certo constat, orthodoxiam s. Methodii eiusque devotionem erga sedem apostolicam coram Romana sede contra accusatores et calumniatores fuisse luculenter comprobata. Videamus documenta! In epistola Sventopulco comiti, Jun. 880 missa, scribit Joannes VIII. papa: „Industriae tuae notum esse volumus, quoniam confratre nostro Methodio... una cum Semisisno fideli tuo ad limina... veniente atque sermone lucifluo referente didicimus tuae devotionis sinceritatem et totius populi tui desiderium, quod circa sedem apostolicam et nostram paternitatem habetis... Nos autem illum (sc. Methodium) in omnibus ecclesiasticis doctrinis et utilitatibus orthodoxum et proficuum esse reperientes...”<sup>1</sup> Item in epistola ad Methodium directa (881 Mart. 23): „orthodoxae fidei te cultorem strenuum existere contemplantes”.<sup>2</sup>

<sup>1</sup> MGH, Epist. VII p. 222 sq.

<sup>2</sup> MGH, Epist. VII p. 243.

Oritur exinde duplex quaestio, primo, utrum in hac comprobatione orthodoxiae s. Methodii etiam doctrina de primatu Romani pontificis aliquo modo explicite comprehensa sit; secundo, utrum in fontibus Slavicis, qui de ss. Cyrillo et Methodio nobis notitias praebent, aliquid circa eorum mentem ac doctrinam de primatu Romani pontificis disci possit.

2. Ad primam quaestionem quod attinet,

a) ex epistolis Joannis VIII. papae novimus de quadam professione fidei, a s. Methodio „verbis et literis“ proposita.

b) Quae professio fidei in Libro diurno Romanorum pontificum nobis servatur, et quidem formula LXXIII iuxta Codicem Vaticanum, a Th. E. ab Sickel editum (Vindobonae 1889).

c) Haec professio fidei etiam primatum Romani pontificis enuntiat.

d) Una cum professione fidei s. Methodius etiam oboedientiam promittit Romano pontifici scriptis proponendo et ore recitando sic dictum „Indiculum episcopi“, quod sub formula LXXV praefati Libri diurni invenitur.

3. In epistolis Joannis VIII. ter vel quater mentio fit cuiusdam professionis fidei, quam tum Methodius Romano pontifici Adriano II. in ordinatione sua proposuit, tum Joannes VIII. papa Methodio „ab eo docendam et praedicandam subdidit“. Ita scribit Joannes VIII. papa in epistola ad Sventopulcum ducem Moraviae missa (879 Jun. ex. — Jul.): „Quia vero audivimus, quia Methodius vester archiepiscopus ab antecessore nostro, Adriano scilicet papa, ordinatus vobisque directus, aliter doceat, quam coram sede apostolica se credere verbis et literis professus est, valde miramur.“<sup>1</sup> Item in epistola ad Methodium (eodem tempore) missa: „Unde his apostolatus nostri literis tibi iubemus, ut omni occasione postposita ad nos de praesenti venire procures, ut ex ore tuo audiamus et veraciter cognoscamus doctrinam tuam, utrum sic teneas et sic praedices, sicut verbis et literis te sanctae Romanae ecclesiae credere promisisti, aut non.“<sup>2</sup> In epistola tandem a. 881 Mart. 23 Joannes VIII. papa Methodio ad miserationem suam cum ipso comprobandum, in memoriam revocat citationem eius Romam anno praece-

<sup>1</sup> MGH, Epist. VII p. 160.

<sup>2</sup> MGH, Epist. VII p. 161.

dente factam: „Verum auditis per tuas literas variis casibus vel eventibus tuis, quanta compassione tibi condoluerimus, ex hoc advertere poteris, in quo te coram nobis positum sanctae Romanae ecclesiae doctrinam iuxta sanctorum patrum probabilem traditionem sequi debere monuimus et tam symbolum quam rectam fidem a te docendam et praedicandam subdidimus.“<sup>1</sup> In omnibus hisce locis de una eademque professione fidei, a symbolo distincta, agi apparet, quam Methodius in ordinatione sua episcopali scriptis tradere et ore recitare debuit.

4. Ista professio fidei est formula LXXIII Libri diurni Romanorum pontificum, quae formula „Promissio fidei episcopi“ inscribitur<sup>2</sup> et quam omnes, „qui sedis apostolicae ordinationi suberant episcopi, in ipsa ordinatione ad corpus beati Petri tradebant.“<sup>3</sup>

De hac eadem „Promissione fidei episcopi“ in casu Methodii agi confirmatur etiam ex epistola Joannis VIII. papae ad Sventopulcum comitem (880 Jun.) missa: „Igitur hunc Methodium venerabilem archiepiscopum vestrum interrogavimus coram positis fratribus nostris episcopis, si orthodoxae fidei symbolum ita crederet et inter missarum sollemnia caneret, sicuti sanctam Romanam ecclesiam tenere et in sanctis sex universalibus synodis a sanctis patribus secundum evangelicam Christi Dei nostri auctoritatem promulgatum atque traditum constat.“<sup>4</sup> Etenim in formula LXXIII Libri diurni episcopus „promittebat atque spondebat“ Romano pontifici „illam fidem tenere, praedicare atque defendere, quam ab apostolis traditam habemus et per successores eorum custoditam, reverendam Nicaenam synodus trecentorum decem et octo patrum, sancto Spiritu sibi revelante, suscipiens redegit in symbolum, deinde tres aliae sanctae synodi . . . (singulae enumerantur) eandem fidem uno

<sup>1</sup> MGH, Epist. VII p. 244.

<sup>2</sup> In editione Th. E. ab Sickel p. 69—74.

<sup>3</sup> Cf. Th. E. ab Sickel Praefationem ad editionem Libri diurni p. XIX—XX, et fusius „Prolegomena zum Liber diurnus I“ in Sitzungsberichte der Wiener Akademie der Wissenschaften, B. 117 (Wien 1889) Abh. VII, p. 61—65.

V. etiam notam (d) J. Garnerii S. J. in MPL 105, 64: „Episcopi. Non quarumcumque regionum, sed illarum, quarum episcopi sedis apostolicae ordinationi subessent: suberant vero, qui nulli alteri metropolitae subiacebant, cuiusmodi Latini, Brutii, Lucani, Apuli, Siculi etc.“

<sup>4</sup> MGH, Epist. VII p. 223.

eodemque sensu atque spiritu declarantes latius ediderunt".<sup>1</sup> Subduntur etiam quinta et sexta synodus.<sup>2</sup>

5. In „Promissione fidei episcopi“ luculenter enuntiatur primatus Romani pontificis. Romanae ecclesiae episcopus appellatur „summus pontifex seu universalis papa“. „Per eum“ episcopus „promittit... se profiteri sanctae eius catholicae ecclesiae et apostolicae sedi, quae pro firmamento sive rectitudine catholicae fidei et orthodoxae religioni conveniunt.“ Romano pontifici et per eum promittit atque spondet episcopus „beato Petro principi apostolorum eiusque (sc. Petri) sanctae ecclesiae illam fidem tenere, praedicare atque defendere, quam ab apostolis traditam habemus et per successores eorum custoditam.“<sup>3</sup> Specialis mentio fit epistolae „beatae recordationis Leonis apostolicae sedis antistitis“ ad Flavianum Constantinopolitanum episcopum datae, „sed et omnium eius epistolarum de fidei firmitate praescriptarum“, quas episcopus in ordinatione „per omnia et in omnibus inviolabiliter custodire et semper libere, sicut Romanus pontifex praedicat, praedicare“ promittit.<sup>4</sup> Pariter profitetur episcopus „etiam cuncta decreta pontificum apostolicae sedis, id est sanctae recordationis Severini, Joannis, Theodori atque Martini, custodire, quae adversus novas quaestiones in urbe regia exorta sunt et per proprias doctrinas cuncta zizaniorum scandala amputasse noscuntur“.<sup>5</sup> De tribus universalibus synodis narratur, Romanum pontificem per legatos iis praeseditisse.<sup>6</sup>

6. Tempore ss. Cyrilli et Methodii consuetudo vigebat in s. Romana ecclesia, iuxta quam episcopi a Romano pontifice ordinandi una cum „Promissione fidei, etiam duo alia documenta scriptis proponebant: „Cautionem“ nempe, qua sese ad observandam ecclesiasticam disciplinam obligabant (formula LXXIV) et „Indiculum episcopi“ (formula LXXV), quo oboedientiam Romano pontifici promittebant. In quo „Indiculo“ episcopus spondet „beato Petro apostolorum principi vicarioque eius beatissimo papae... succes-

<sup>1</sup> Edit. ab Sickel p. 70—71.

<sup>2</sup> Ibid. p. 71. 73.

<sup>3</sup> Ibid. p. 70.

<sup>4</sup> Edit. ab Sickel p. 71.

<sup>5</sup> Ibid. p. 72.

<sup>6</sup> Ibid. p. 70. 73.

soribusque eius... se omnem fidem et puritatem sanctae fidei catholicae exhibere et (in) unitatem eiusdem fidei... persistere... et nullo modo contra unitatem communis et universalis ecclesiae suadenti quippiam consentire, sed... fidem et puritatem suam atque concursum illi utilitatibusque ecclesiae eius, cui a Domino Deo potestas ligandi solvendique data est, et praedicto vicario eius atque successoribus per omnia exhibere".<sup>1</sup>

Haec duo documenta Libri diurni Romanorum pontificum satis clara sunt et nobis inservire possunt etiam ad mentem ac doctrinam ss. fratrum, prout in fontibus Slavicis apparent, comprobandam et illustrandam.

## CAPUT II.

### DOCTRINA SS. CYRILLI ET METHODII DE PRIMATU SECUNDUM FONTES SLAVICOS.

8. Ad secundam quaestionem quod spectat, habemus in fontibus Slavicis quatuor vel forsitan quinque puncta, quibus mens ac doctrina ss. fratrum Thessalonicensium de primatu Romani pontificis manifestantur. Haec puncta ita designari possunt:

- a) Modus, quo s. Cyrillus locum de primatu Mt. 16, 18 in versione palaeoslavica reddidit.
- b) Identificatio Petri cum Romano pontifice in Vita Methodii.
- c) Usus antonomasticus tituli substantivi „apostolicus“.
- d) Locus insignis et munus, quibus Romani pontifices in elenco conciliorum cap. 1 Vitae Methodii exornantur.
- e) Scholion Slavicum contra sic dictum can. 28 Chalcedonensem, de quo scholio tamen, utrum revera ad ss. Cyrillum et Methodium referendum sit, valde dubitatur. — Quot puncta, tot capita!

#### *Articulus I.*

##### VERSIO PALAEOSLAVICA MT. 16, 18.

**F o n t e s :** Evangeliarium Assemani codex Vaticanus 3. Slavicus glag. Tomus I, ed. Jos. Vajs et Jos. Kurz (Pragae 1929) fol. 149 v—150 r.

Quattuor evangeliorum versionis palaeoslovenicae codex Marianus, glag. ed. V. Jagić (Petropoli 1883).

<sup>1</sup> Ibid. p. 79.

*Evangelium sv. Matouše*, ed. Jos. Vajs (Praha 1935).

Literatura: V. Jagić, *Entstehungsgeschichte der kirchenslavischen Sprache*, ed. 2 (Berlin 1913).

A. Snoj, *Staroslovenski prevod evangeliјev. Njegov pomen za kritiko in eksegezo svetopisemskega teksta*, Bogoslovni vestnik 2 (Ljubljana 1922), p. 115.

Idem, *Veteroslavicae versionis evangeliorum pro critica et exegesi sacri textus momentum*, Biblica 3 (Roma 1922), p. 187.

Jos. Vajs, K charakteristice nejstarších evang. rukopisů staroslověnských, *Byzantinoslavica* 5 (Praha 1933—34), p. 113—119.

9. Locum insignem evangelii s. Matthaei, ubi Simoni Petro primatus promittitur in ecclesia: „Tu es Petrus et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam“ (16, 18), codices palaeoslavici non omnes eodem modo exhibent. Plerique codices verba “super hanc petram” sermone Slavico reddunt: „на сеь камене“, ut habent tetraevangelium Marianum (s. XI, Moskva) et tetraevangelium Zographense (s. XI, Leningrad), seu „камени“, ut habet evangeliarium Ostromiri (a. 1056—57, Leningrad), quae versio latine sonat: super hunc lapidem, super hanc petram. Evangeliarium Assemani (s. XI, bibl. Vaticana) e contra et duo alii codices, nempe tetraevangelium monasterii s. Nicolai (s. XIV, Beograd) et tetraevangelium christiani Hval (a. 1404, Bononia), vocem petra non vertunt, sed solummodo eius genus mutant: „на сеь петрѣ“, quod latine sonat: super hunc Petrum. Codex Assemanianus est evangeliarium (aprakos-evangelium) secundum ordinem ritus Byzantini; sub respectu graphico et phonetico ab auctoribus minus quidem archaisticus dicitur quam codices Zographensis et Marianus; sed e contra plures habet Assemanianus archaismos in morphologia et vocabulario.<sup>1</sup> Codices Nikolski (monasterii s. Nicolai) et Hvalov, etsi recentiori aetate et literis cyrillicis conscripti sint, peritorum tamen iudicio transscriptiones exhibent archetypi glagolitici valde antiqui.<sup>2</sup>

10. Lectio varia „на сеь петрѣ“, quam tres ultimo nominati codices in oppositione ad Zographensem et Marianum aliosque bene mul-

<sup>1</sup> Cf. W. Vondrák, *Altkirchenslavische Grammatik* (Berlin 1912) p. 20—21; St. Kul'bakin, *Le viux slave* (Paris 1929) p. 21—22; vide etiam prolegomena ad editionem phototypicam codicis Assemaniani, auctoribus Jos. Vajs et Jos. Kurz.

<sup>2</sup> Cf. W. Vondrák, *O cirkevně-slovanském překladu evangelia . . .*, Daničíčev zborník (Beograd—Ljubljana, 1925) p. 9—27; Jos. Vajs, K charakteristice . . . *Byzantinoslavica* V p. 113—119.

tos, sed recentiores conservaverunt, absque dubio s. Cyrillum habet auctorem. S. Cyrillus iuxta narrationem Vitae Constantini, cap. 14, iam antequam in Moraviam maiorem principe Rastislao petente proficeretur, alphabetum composuit et versionem evangeliorum Slavicam, et quidem evangeliaii ad usum liturgicum, confecit: „et illico composuit literas et coepit orationem scribere evangelicam: In principio erat Verbum et Verbum erat apud Deum et Deus erat Verbum etc.“<sup>1</sup> Revera textus evangeliaii Byzantini iam tunc temporis cum prologo evangelii Joannis incipiebat.

11. Sed dubitare posset quis, utrum noster praecise textus in dictis tribus codicibus incorruptus servatus sit. Ad istam difficultatem endandam videndus est character primitivae versionis s. scripturae in sermonem palaeoslavicum in genere. Textus primigenius versionis s. scripturae a s. Cyrillo confectae multis in locis vocabula Graeca non vertit, sed reliquit, prout in sermone Graeco sonabant. Postiores scribae vocabulis Graecis Slavica substituerunt. V. Jagić in appendice ad suam editionem codicis Mariani undecim locos recentet, in quibus codex Marianus vocabula Graeca, quae in codicibus Nikolski, Hvalov, Assemaniano intacta remanserunt, sermone Slavico reddidit. Inter istos locos affertur etiam Mt. 16, 18, in quo vocabulum „πέτρα“ iuxta variantem lectionem supradictorum trium codicum in sensu quidem translato, sed non traductum invenitur.<sup>2</sup> Prout ostendit pronomen demonstrativum „семь“, „петра“ in codicibus Slavicis masculine concipi debet in oppositione ad vocabulum Graecum (πέτρα, fem. gen.) et iuxta analogiam nominis proprii Πέτρος.<sup>3</sup> Ceterum etiam in codice Assemaniano vocabulum πέτρα, bis in alio loco (Mt. 7, 24. 25) redditur sicut in Mariano et Zographensi per vocabulum palaeoslavicum камы, камене. Ex quo legitime concludi potest, s. Cyrillum speciales ob rationes locum nostrum de primatu ita singulariter in versione Slavica reddidisse.

<sup>1</sup> Edit. P. A. Lavrov, Материалы p. 27.

<sup>2</sup> Quattuor evangeliorum . . . codex Marianus p. 473—74.

<sup>3</sup> Cf. Jagić, Entstehungsgeschichte p. 316.

## *Articulus II.*

### IDENTIFICATIO PAPAE CUM APOSTOLO PETRO

**F**ontes: Fr. Pastrnek, Dějiny slovanských apoštolů Cyrilla a Methoda s rozborem a otiskem hlavních pramenů (Praha 1902).

P. Lavrov, Материалы по истории возникновения древнейшей славянской письменности, Труды славянской комиссии I (Ленинград 1930).

**L**iteratura: A. Voronov: Главнейшие источники для истории свв. Кирилла и Мефодия (Кievъ 1877).

P. A. Lavrov, Кирилло та Методій в давньо-слов'янському письменстві (Київ 1928).

I. Ohijenko, Костянтин и Мефодій, их життя та діяльність I-II, Історія церковно-слов'янської мови (Варшава 1927, 1928).

G. A. Ilinskij, Опыт систематической Кирилло-мефодьевской библиографии (София 1934.)

Idem, Doctrina Byzantina de primatu et unitate ecclesiae (Ljubljana 1921) p. 44—56.

Fr. Dvorník, Les Légendes de Constantin et de Méthode vues de Byzance, Byzantinoslavica, Supplementa I (Prague 1933) p. 295—301.

Fr. Grivec, Iz teologije sv. Cirila in Metoda, Bogoslovni vestnik 14 (Ljubljana 1934) p. 180—89.

Idem, Originalnost sv. Cirila in Metoda, Jugoslovenski istoriski časopis 1 (Beograd 1935—36) p. 62—69.

12. Clavem ad intelligendam rationem theologicām primigeniae versionis palaeoslavicae loci Mt. 16, 18 nobis praestat, nisi fallor, identificatio Romani pontificis cum apostolo Petro, quae in Vita Methodii saepius occurrit; 1° in ore ipsius Romani pontificis, 2° in ore s. Methodii, 3° sub calamo auctoris Vitae Methodii et 4° in ore Moravorum, ad Romanum pontificem mittentium. Liceat testimonia singula ob oculos ponere!

Ad 1. „et dixit apostolicus: Non tibi soli tantum, sed etiam omnibus partibus illis Slovenicis mitto illum magistrum a Deo et sancto apostolo Petro, primo praesule (първаго настольника — προτόθρονος) et clavigero regni coelestis“ (V. M. 8).<sup>1</sup>

Ad 2. „Ille autem respondit (sc. Methodius): Ego quoque, si scirem, vestrum esse, abscederem, sed sancti Petri est (святаго Петра есть) (V. M. 9.)<sup>2</sup>

<sup>1</sup> Edit. Lavrov, Материалы p. 73.

<sup>2</sup> Edit. Lavrov, Материалы p. 74.

Ad 3. „Sed illi (sc. regii episcopi) non sunt absoluti a iudicio sancti Petri“ (V. M. 10).<sup>1</sup>

Ad 4. „(Moravi) . . . ad apostolicum miserunt: Quoniam et antea patres nostri a sancto Petro baptismus acceperunt, da nobis Methodium archiepiscopum et doctorem“ (V. M. 10).<sup>2</sup>

13. Dubium non est, quin hac in re auctor Vitae Methodii fideliter reddiderit mentem ss. fratrum Thessalonicensium. Certum est, identificationem Romani pontificis cum apostolorum principe Petro una cum exegesi Mt. 16, 18 hoc in sensu explicata omnino consonam esse traditionibus antiquis Orientis christiani, quarum interpretes nobis sunt praesertim cantus liturgici in honorem s. Petri apostoli aliorumque ss. pontificum Romanorum et scripta s. Theodori Studitae. Pariter certum est, doctrinam Photianorum, quae in scripto anonymo „Πρὸς τὸν λέγοντας ὡς ἡ Πόμη πρῶτος θρόνος“ legitur hoc puncto a mente ss. fratrum longe distare.

### *Articulus III.*

#### TITULUS „APOSTOLICUS“<sup>3</sup>

14. Cum identificatione Romani pontificis et apostolorum principis Petri aliquo modo cohaeret usus antonomasticus tituli „apostolicus“ ad designandum Romanum pontificem. Qui usus in utraque Vita ss. fratrum ecclesiastico-slavica et in Latina „Vita cum translatione s. Clementis“ relative valde saepe occurrit.

Certum esse videtur hunc titulum pariter ac titulos antonomasticos „sedes apostolica, apostolatus“ ortum atque adhibitum esse ad originem apostolicam Romanae sedis eiusque primatum iuris divini inculcandum. Constat praeterea apostolicum characterem primatus Romanae sedis tam a principio quam posterius in Occidente magis quam in Oriente inculcatum esse. Quod facile intelligitur, quia Romana ecclesia, quae primatum super universam ecclesiam obtinet, unica erat ecclesia immediate apostolicae originis in Occidente. At item notum est, etiam in Oriente mox post 2. concilium oecumenicum (I. Constantinopolitanum) usum antonomasticum tituli apostolica

<sup>1</sup> Ibid. p. 75.

<sup>2</sup> Ibid.

<sup>3</sup> Fontes et literaturam vide sub art. II p. 152.

sedes (*ἀποστολικὸς θρόνος*) ad Romanam ecclesiam designandam receptum esse. Evolutio huiusmodi terminologiae paribus intervallis cum pugna Romam inter et Constantinopolim facta est. Contra ambiguam theoriam de fundamento politico primatus ecclesiastici (*ἐπίσκοπος πρεσβυτέρος ‘Πώμης’*) Romani pontifices originem divino-apostolicam supremi principatus apostoli Petri in Romana sede successorum cum accentu efferebant. Praeterea praerogativas apostolorum in Romano pontifice speciali quodam modo servari hac terminologia insinuabatur. Hanc eandem doctrinam una cum terminologia ecclesiastica Occidentali etiam in Oriente etsi non tam frequenter, admittebant, Sed stylus curiae ecclesiae Constantinopolitanae terminologiam istam adhibere detrectabat.<sup>1</sup>

15. Similiter res se habebat cum titulo „apostolicus“. Etiamsi in antiquitate christiana titulus honorificus apostolicus ad designandos successores apostolorum in genere adhibitus fuerit (Mart. Polyc. 16; Tertul., *Ce praescr.* 32 et alibi), tamen titulus apostolicus antonomasticē usitatus ad Romanum pontificem designandum primo nobis occurrit in documentis publicis Romanae ecclesiae et quidem in formula II. *Libri diurni* Romanorum pontificum.<sup>2</sup> Cui formulae „Decretum de electo episcopo, quem leget notarius regionarius“ inscribitur. In hoc documento praeter compositionem „domino sancto merito apostolico“ et titulum „apostolatus vester“ etiam titulus „sancte meritis apostolice“ adhibetur. Notandum est formulam hanc inter antiquissimas partes *Libri diurni* annumerari et saltem ad saec. VII. vel VIII. redire.<sup>3</sup> In *Libro diurno* alibi quoque sat frequenter occurunt sive titulus „apostolatus vester“ sive „apostolicus“, qui tamen etiam adiective concipi potest.<sup>4</sup> His documentis antiquissimis usus tituli antonomasticī origo Romana vel saltem Occidentalis satis suadetur. Documenta, quae allegant Grivec et Dvorník,<sup>5</sup> posterioris aetatis sunt. Prout e contextu, in quo titulus „apostolicus“ invenitur, appareat, haec designatione specialem quandam devotionem manifestat.

<sup>1</sup> Cf. Grivec, *Doctr. Byz.* 44—56; P. Batiffol, *Papa Sedes Apostolica, Apostolatus*, *Rivista di archeologia cristiana* 2 (Roma 1925) p. 99—116.

<sup>2</sup> Edit. ab Sickel p. 3.

<sup>3</sup> Cf. ab Sickel *Praefationem ad editionem Libri diurni* p. XVII. XLI—XLII.

<sup>4</sup> Vide ab Sickel indicem p. 147—48.

<sup>5</sup> Grivec, *Doctr. Byz.* p. 52—54; Dvorník, *Les Légendes* p. 297—99.

16. In fontibus, qui de ss. Cyrillo et Methodio loquuntur, usus antonomasticus substantivi apostolicus relative valde frequenter occurrit. In Vita Constantini adhibetur titulus „apostolicus“ sexies, „papa“ quinques.<sup>1</sup> In Vita Methodii usitatur titulus „apostolicus“ septies, „папежъ“ semel tantum, attamen una cum adiectivo „апостольский“. In „Vita cum translatione s. Clementis“, sermone Latino conscripta, titulus „apostolicus“ adhibetur sexies substantive et bis adiective „apostolicus vir“ et „apostolice pater“, cf.; „ἀποστολικὸς πατήρ“ apud s. Theodorum Studitam, MPG 99, 1021). Semel occurrit in „Vita cum translatione s. Clementis“ compositio „sanctus apostolicus“, quae invenitur etiam in Libro diurno, apud Paulum diaconum<sup>2</sup> et apud s. Theodorum Stud.<sup>3</sup> In eadem Vita aliae quoque expressiones ad Romanum pontificem designandum adhibentur.

Titulus „apostolicus“ in documentis Slavicis alibi semel tantum invenitur, nempe in panegyrico seu Похвальное слово Кириллу и Меѳодию, quod documentum periodo adhuc Moravo-pannonica literaturae Slavicae conscriptum censetur.<sup>4</sup>

17. Ultimo laudatus textus pulchre nobis illustrat mentem et sinceritatem tituli „апостоликъ“ in sermone ss. fratrum Thessalonicensium. Quapropter non erit abs re illum adducere: „и тако течение съконьчавающа, поѹти ся яста Римьского апостольскому прѣстолу поклонитися, ведуша съ собою на священіе духовыни плодъ. Еже слышавъ апостолик Андрианъ, изиде противу има далече од града Римьска, и такоже я приять, яко аньгела божия, и учениє ю прилюбль, постави блаженаго Меѳодия на презвутерство и

<sup>1</sup> In manuscriptis antiquissimis Vitae Constantini Russicis (s. XV) pariter ac in manuscripto antiquissimo Vitae Methodii (s. XII) habemus formam „папежъ“, non vero „papa“. Forma papa occurrit in codicibus Vitae Constantini, scriptis in terris Slavorum meridionalium (codices duo manuscripti Vladislai grammatici ex annis 1469 et 1479), et in manuscriptis Russicis posterioris aetatis (s. XVI et XVII). Notare iuvat, in iis manuscriptis Vitae Constantini, in quibus forma papa invenitur, loco formae apostolik adhiberi formam „апостольникъ“, quae ex adiectivo „апостольныи“ provenit; quo facto probatur formam primigeniam apostolik brevi tempore auribus Slavicis insolitam factam esse.

<sup>2</sup> MPL 75, 55.

<sup>3</sup> MPG 99, 1209.

<sup>4</sup> Cf. Lavrov, Кирило та Методій р. 100; Ohijenko, Костянтин і Меѳодій т. II р. 286—88. Mos vigebat, ut idem auctor, qui „vitam“ conscripsit, etiam „похвальное слово“ conscriberet.

ученики юго.<sup>1</sup> Vim ac momentum tituli „апостоликъ“ in documentis, quae de ss. Cyrillo et Methodio notitias praebent, manifestat praeterea narratio Vitae Methodii, cap. 8, iuxta quam apostolicus misit Methodium terris Slovenicis „отъ Бога и отъ святаго апостола Петра, първаго настольника и ключедържъся царствию небесъному“.<sup>2</sup> Similem locum invenimus quoque in Vita cum translatione s. Clementis“, cap. 9: „sanctum et apostolicum virum et ipsius apostolorum principis Petri successorem“.<sup>3</sup> Cum his locis conferatur loquendi modus s. Theodori Studitae: *Τῷ ἀγιωτάτῳ καὶ κορυφαιοτάτῳ... λέοντι... ἀποστολικῷ πάπᾳ... Ἐπειδήπερ Πέτρῳ τῷ μεγάλῳ δέδωκε Χριστὸς ὁ θεὸς μετὰ τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν καὶ τὸ τῆς ποιμνιαρχίας ἀξίωμα; πρὸς Πέτρον, ἦτοι τὸν αὐτὸν διάδοχον, ὅτιοῦν...“<sup>4</sup>* S. Theodorus Studita pariter Petrum ecclesiae Romanae sedis protóthronon vocat: „*ἥς Πέτρος προτόθρονος*“;<sup>5</sup> exinde vero etiam Romanum pontificem nomine „*ὁ πρωτόθρονος*“ exornat.<sup>6</sup>

E textibus supra adductis praecclare apparet usum frequentem tituli „apostolicus“ in scriptis, quae de ss. fratribus notitias praebent, denotare eorum specialem erga sedem apostolicam Romanumque pontificem devotionem ac mentem, originem potestatis primatialis Romani pontificis ex iure divino, beato Petro apostolo collato, repetentem.

18. Quaestio movetur de origine tituli „apostolicus“ apud ss. fratres: utrum eum iam in Oriente noverint, an in Occidente demum didicerint. Docti quidam Russi ex usu tituli apostolicus ad originem Vitae Methodii Occidentalem concludebant. Criticus A. E. Viktorov, ut videtur primus huic argumentationi pro origine Occidentali Vitae Methodii opponebat.<sup>7</sup> Post decennium aliis doctus Russus, A. D. Voronov, animadvertisit, titulum „apostolicus“ Orientalibus nequaquam fuisse alienum, immo sat frequenter in scriptis Byzantinis saec. IX.

<sup>1</sup> Edit. Lavrov, Материалы p. 84—85.

<sup>2</sup> Edit. Lavrov, Материалы p. 73.

<sup>3</sup> Edit. Pastrnek, Dějiny p. 243.

<sup>4</sup> MPG 99, 1017; cf. ibid. 1152.

<sup>5</sup> MPG 99, 1332 B.

<sup>6</sup> MPG 99, 1420 A.

<sup>7</sup> Кирилль и Мефодій. Новіе источники и ученые труды для исторіи славянскихъ апостоловъ, in publicatione Кирилло-Мефодіевскій Сборникъ (Москва 1865) p. 402; cf. Voronov, Главнѣйшиe источники p. 76.

occurrere.<sup>1</sup> Anno 1921 Fr. Grivec publici iuris fecit indagationes suas, quibus quaestiones de origine, sensu ac momento usus antonomastici huius tituli tam in genere quam apud ss. Cyrillum et Methodium profundius et luculentius illustravit.<sup>2</sup> Ex scriptis Paulidiaconi atque s. Theodori Studitae Grivec concludebat, titulum antonomasticum „apostolicus“ substantive adhibitum praeprimis in monasteriis tum Occidentalibus cum Orientalibus usitatum fuisse. Ss. Cyrillus et Methodius titulum hunc attulerunt ex monasteriis Orientis tamquam expressionem theologiae ac terminologiae monasticae specialis. Ss. Cyrillus et Methodius hoc nomine Romanum pontificem appellabant, etsi inter Slavos Moraviae et Pannoniae nomen „папежъ“ iam usitatum, nomen vero „апостоликъ“ ignotum esset. Titulo apostolicus censem Grivec demonstrari, ss. Cyrillum et Methodium auctoremque Vitarum Photio et stylo curiae Constantinopolitanae „ἐπίσκοπος τῆς πρεσβυτέρας Ρώμης) minime favisse.<sup>3</sup>

19. In scriptis suis de ss. Cyrillo et Methodio agentibus tractavit de titulo apostolicus etiam Fr. Dvorník.<sup>4</sup> Dvorník titulo apostolicus vim demonstrandi, ss. Cyrillum et Methodium minime Photii tenuisse partes, sed monachorum, denegat. Rationem suae sententiae dat Dvorník, quia nullibi (praeterquam apud s. Theodorum Studitam) in literatura coeva Byzantina usus tituli apostolicus occurrat. E contra usus huius tituli valde frequens fuit in Occidente, cum in regno Francorum et apud clerum Germanicum, qui cum ss. Cyrillo et Methodio in Moravia et Pannonia pugnabat, tum in documentis publicis officialibus. Dvorník magnum numerum exemplorum collegit apud scriptores Occidentales, praesertim ex saeculis VIII. et IX., in quibus „apostolicus“ ad Romanum pontificem designandum sive substantive sive adiective adhibetur.<sup>5</sup> Ad deductiones professoris Dvorník respondit Grivec, recipiendo ea, quibus ex parte historica opinio sua corrigitur, at recusando eius deductiones, quas exaggeratas pu-

<sup>1</sup> Главнѣйшиe источники р. 76.

<sup>2</sup> Pravovernost sv. Cirila in Metoda, Bogoslovni vestnik I p. 7—11; Doctrina Byzantina p. 44—56.

<sup>3</sup> Ibid.

<sup>4</sup> Les Slaves Byzance et Rome au IX<sup>e</sup> siècle (Paris 1926) p. 180<sup>1</sup>; Les Légendes p. 295—300.

<sup>5</sup> Les Légendes p. 297—99.

tat.<sup>1</sup> Iuxta sententiam professoris Grivec manet factum, titulum apostolicus tritum fuisse in monasteriis Graecis Romae. Hic titulus, in Occidente ex titulo apostolica sedes ortus, ab illis monachis Graecis adhibebatur, quibus crebrum erat cum Roma commercium. Secus in Occidente, putat Grivec, titulus apostolicus etiam tempore ss. Cyrilli et Methodii relative rarus fuit (praesertim si consideretur usus antonomasticus substantivus). Post s. Theodorum Studitam nulla quidem scripta monachorum, hunc titulum adhibentia, inventa sunt. Tempore enim Photii monachorum Byzantinorum acies perturbatae sunt; post Photium monachi iam a Roma abalienati sunt multaque scripta Romae faventia perierunt. Nihilominus ponere licet, ss. fratres eorumque hagiographos veteroslavicos etiam usu huius tituli traditiones Orientales servasse. Hunc enim titulum, origine et notione antibyzantinum (i. e. theologiae aulicae Byzantinae contrarium), non adhibuerint, si Orientalibus ignotus fuisset, vel saltem, si partes Photii in rebus ecclesiasticis tenuissent. Ergo sententia de propria et ingeniosa Orientali cogitandi ratione ss. fratrum hoc titulo potius confirmatur quam infirmatur.<sup>2</sup>

20. Statu quaestionis exposito, quaeritur, unde tandem ss. Cyrilus et Methodius eorumque discipuli titulum apostolicus cognoverint: utrum in monasteriis Orientalibus vel Romanis Graecis (e theologia monastica Byzantina vel scriptis s. Theodori Studitae), an in Occidente Latino ex usu communi. Sententia, quae mihi videtur probabilior, ea est, quae tenet, ss. Cyrillum et Methodium usum antonomasticum tituli apostolicus didicisse iam in scriptis s. Theodori Studitae vel certe in monasteriis Graecis Romae. Cuius sententiae argumentum video praesertim in modo et contextu, quo hic titulus in documentis Cyrillo-Methodianis adhibetur, qui modus et contextus mire consonant cum loquendi ratione s. Theodori Studitae. Praecipua puncta comparationis sunt: apostolicus pater = ἀποστολικὸς πατήρ; апостольский папежъ = ἀποστολικὸς πάπας; apostolicus identificatur cum Petro; първи настолъникъ = προτόθρονος; ключедъвжъцъ царствио небесъному = κλειδοῦχος τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν. Notandum est,

<sup>1</sup> De ss. Cyrilli et Methodii ad Photium relatione, Bogoslovni vestnik XIII p. 248—49; Iz teologije sv. Cirila in Metoda, Bogosl. vestnik XIV p. 188—89; Originalnost sv. C. in M., Jugoslovenski istor. časopis I p. 64—66.

<sup>2</sup> Bogoslovni vestnik XIII p. 248—49; Jugosl. istor. časopis I p. 64—65.

nullibi apud auctores Occidentales coaevos, qui titulo apostolicus utuntur, omnes istas expressiones simul, quae characterem praeterea liturgiae Byzantinae praeseferunt, inventas esse. Ex quo facto, sat magna cum probabilitate concludi posse videtur, ss. Cyrillum et Methodium eorumque discipulos in hoc titulo adhibendo s. Theodorum Studitam esse imitatos. Probabiliter cum in s. Theodorum Studitam tum etiam in ss. fratres influxum exercebat praxis (modus loquendi) monasteriorum Graecorum Romae et Romanae curiae. Minus probabile esse videtur, usum tituli substantivi apostolicus relative rarum apud clerum sive in regno Francorum sive Germanicum in modum loquendi ss. fratrum influxum exercere potuisse. Notandum praeterea videtur etiam apud auctores Occidentales, penes quos usus tituli apostolicus frequentius occurrit, non esse spernendas traditiones monasticas, praesertim cum plerique eorum inter monachos et pro monachis scripserint.<sup>1</sup>

Ex his observationibus mens ss. fratrum eorumque discipulorum in titulo apostolicus adhibendo nova quadam luce illustrata apparet. In usu tituli apostolicus ss. fratres traditiones ecclesiae Romanae cum traditionibus Orientalibus, quarum interpres eximus erat s. Theodorus Studita, connectunt.

#### Articulus IV. ELENCHUS CONCILIORUM<sup>2</sup>

21. In cap. 1 Vitae Methodii habetur textus maximi momenti, in quo concilia oecumenica enumerantur. Hic textus partem efformat prooemii sat prolixi, quo Deus unus et trinus glorificatur, qui propter

<sup>1</sup> Frequentissimum usum tituli „apostolicus“ Dvorník invenit in Annalib.*Hincmaris Remensis*. Hincmarus, educatus et excultus in monasterio S. Dionysii per aliquod tempus vixit una cum magistro suo abbe Hilduino in monasterio Corbeensi et deinde iterum in monasterio S. Dionysii. Cf. M. Manitius, Geschichte der lateinischen Literatur des Mittelalters I (München 1911) p. 339. — *Regino*, qui chronica conscripsit, erat monachus et postea abbas in monasterio Prumiensi (Prüm). O. c. p. 695—96. — *Einhart*, qui continuavit Annales Laurissenses excultus fuit in monasterio Fuldensi. Postea, quamquam laicus, etiam ad dignitatem abbatiale promotus est. O. c. p. 639—40. — *Milo*, qui conscripsit Vitam s. Amandi, erat monachus in monasterio S. Amandi apud Tornacum (Tournai). O. c. p. 577—78. — *Ruodolfus*, auctor partis secundae Annalium Fuldensium, erat Fuldensis coenobii presbyter et monachus. Cf. MGH, Ss. p. 337.

<sup>2</sup> Fontes et literaturam vide supra sub art. II p. 152.

magnam suam misericordiam et caritatem post lapsum protoparentum etiam in mundum mittebat homines sanctos, qui humano generi duces atque exemplar in via salutis existerent: „sed non dereliquit Deus pro magna misericordia et amore homines prorsus, verum quovis anno et tempore elegit viros et ostendit hominibus opera et certamen eorum, ut illis similes se reddentes omnes ad bonum excitarentur”.<sup>1</sup> Deinde nominantur ex ordine Enos, Henoch, Noe, Abraham, Isaac, Jacob, Joannes Baptista, Petrus et Paulus, martyres et successores ss. apostolorum. Post istos tandem expresse commemorantur Romani pontifices, qui in primis sex conciliis oecumenicis haereticos condemnabant et doctrinam verae fidei definiebant. Statim post narrationem de concilio oecumenico sexto auctor Vitae Methodii in cap. 2 s. Methodium glorificare pergit.<sup>2</sup>

Quo disquisitio nostra clarior evadat, videamus

1º quaenam sit connexio elenchi conciliorum in cap. 1 Vitae Methodii cum ss. Cyrillo et Methodio;

2º quomodo in hoc elenco primatus Romani pontificis inculcetur;

3º qualis sit proprietas (originalitas) huius elenchi comparati cum quibusdam textibus analogis in ecclesiasticis literarum monumentis.

### *§ 1. Connexio elenchi cum ss. Cyrillo et Methodio.*

22. E contextu proximo clare perspicitur intentio auctoris Vitae Methodii in adducendo totam seriem sanctorum virorum tam veteris quam novi testamenti, praesertim Romanorum pontificum. Auctor Vitae Methodii celebrare intendit s. Methodii vitam, opera atque doctrinam: quapropter exempla secutus sanctorum patrum, praesertim s. Gregorii Nazianzeni,<sup>3</sup> s. Methodium ad patriarchas et iustos veteris testamenti comparat; praedicare vult singulariter eius orthodoxiam et merita pro rectae fidei praedicatione: quapropter affert seriem Romanorum pontificum, qui in conciliis oecumenicis rectam fidem auctoritative definiebant et ab erroribus haereticorum tuebantur. Hac ratione continuitas s. Methodii actionis et praedicationis cum

<sup>1</sup> Edit. Larov, Материалы p. 68.

<sup>2</sup> Edit. Lavrov, Материалы p. 69—70.

<sup>3</sup> Cf. Grivec, Biblične zgodbe sv. Cirila in Metoda, Bogoslovni vestnik XV p. 1—32.

traditione christiana eiusque cum doctrina Romanorum pontificum consonatia ostenduntur. Cuius intentionis habetur testimonium expressum in verbis, quibus cap. 2 Vitae Methodii exorditur: „Post hos (sc. Romanos pontifices in elenco conciliorum laudatos) autem omnes Deus misericors, qui vult, ut omnis homo salvetur et ad cognitionem veritatis perveniat, nostro tempore nostri populi gratia, cuius nemo umquam curam gessit, ad virtutem erexit magistrum nostrum, beatum Methodium, cuius omnes virtutes et certamina cum his Deo gratis viris singulatim comparare non erubescimus...”<sup>1</sup>

23. Observatum est, elenchum conciliorum in cap. 1 Vitae Methodii non omnino bene cum partibus praecedentibus et subsequentiibus connecti. Datur quidem quaedam unitas in totius prooemii dispositione: a) celebratur Deus creator et Deus trinus, b) narrantur creatio hominis et lapsus protoparentum, c) delineatur conspectus historiae biblicae, d) adumbratur conspectus historiae ecclesiasticae. Attamen transitus inter tertiam et quartam partem atque inter quartam partem et exordium capitis sequentis non bene successit. Quibus styli dissonantiis innixus, rerum Slavičarum peritus M. Weingart opinionem emisit, totum cap. 1 ab alio quodam scriptore Vitae Methodii additum esse, quo Vita Methodii ad exemplar hagiographiae Byzantinae conformaretur.<sup>2</sup> Ast haec hypothesis argumentis sufficientibus non probatur. Traditio manuscripta nulla vestigia de posteriori aliqua additione cap. 1 Vitae Methodii servavit. Styli dissonantiae alia ratione aptius explicari possunt.

24. Indoles propria totius prooemii Vitae Methodii revera suadet, varias ipsius partes ab alio quodam compositas esse auctore quam Vitam Methodii solam, sed iam ab auctore Vitae Methodii esse redactas in unum et tamquam prooemium Vitae Methodii esse praepositas. Investigationes de fontibus, ex quibus variae istae partes, praesertim conspectus historiae biblicae, promanarunt, excepto elenco conciliorum, demonstrarunt, praecipuum fontem fuisse scripta s. Gregorii Nazianzeni.<sup>3</sup> E Vita Constantini, cap. 3, constat, s. Constantimum-Cyrillum adhuc iuvenem Gregorium Nazianzenum patronum et exemplar sibi elegisse eiusque scripta memo-

<sup>1</sup> Edit. Lavrov, Материалы p. 70.

<sup>2</sup> Ke dnešnímu stavu . . . , Byzantinoslavica V p. 448.

<sup>3</sup> Cf. Grivec, Biblične zgodbe . . . , Bogoslovni vestnik XV p. 1—32.

riae mandare studuisse.<sup>1</sup> Vestigia s. Gregorii Nazianzeni in cap. 1 Vitae Methodii magna cum probabilitate innuunt, s. Cyrillum ipsum esse auctorem vel saltem primum redactorem historiae biblicae reliquarumque prooemii partium. Praeterea tum historia biblica cum reliquae prooemii partes miranda arte ex verbis s. scripturae et sententiis s. Gregorii Nazianzeni stylo fere epico contextae sunt. In aliis quoque capitibus Vitae Methodii influxus et sententiae s. Gregorii Nazianzeni apparent, alio tamen et non tam felici modo. In prooemio vero sententiae ex s. Gregorio Nazianzeno de-promptae quasi organice assimilatae et contextui insertae sunt. Quae ars magnum theologum ostendit, qualem disputationes in Vita Constantini descriptae et versiones s. scripturae in sermonem paleoslavicum s. Cyrillum fuisse ostendunt.

Praesertim elenchum conciliorum cum conspectu historiae biblicae stylo epico cohaerere ostendit comparatio papae Silvestri et patrum Nicaenorum cum Abraham eiusque servis.<sup>2</sup>

In toto igitur prooemio Vitae Methodii nobis apparent spiritus et loquendi modus ss. fratrum, praesertim s. Constantini-Cyilli, quem eius Vita, cap. 3 et 17, tanto cum amore formulas orationis composuisse refert.<sup>3</sup>

S. Constantinus-Cyillum imprimis quaedam locutionis formula,

<sup>1</sup> Edit. Lavrov, Материалы p.

<sup>2</sup> Cf. Grivec, Biblične zgodbe . . . Bogoslovni vestnik XV p. 1—32. Similis allegorico-rhetorica comparatio eventuum historiae ecclesiasticae cum biblicis in literis Orientis christiani saepe invenitur. Ita v. g. Germanus I. patriarcha Constantinopolitanus celebrat s. Gregorium Nazianzenum: τῇ σφενδονῇ τῆς ἀληθοῦς ὁμολογίας λιθοβολεῖ τοὺς ἀλλοφύλους.“ De haeresibus et synodis, MPG 98, 60. — Similiter atque auctor elenchi conciliorum et Severus episcopus de El-Ešmunein (s. X ex.) s. Athanasium Alexandrinum et 318 patres Nicaenos cum Abraham eiusque servis comparat. Sévères Ibn al-Moquaffa', Histoire des conciles (Second livre), éd. et trad. par L. Leroy in Patrologia Orientalis VI (Paris 1911) p. 487 (23): „C' est pourquoi les trois cents dix-huit que le Saint-Esprit avait rassemblés à Nicée choisirent Athanase pour faire cesser et détruire ce fléau, je veux dire la doctrine d'Arius . . . Dieu lui même nous a révélé que le nombre 318 est une cause de salut pour les fidèles. Il est rapporté en effet dans l'histoire d'Abraham que, son neveu Loth ayant été fait prisonnier, il prépara ses armes et réunit ses serviteurs qui croyaient en Dieu, marcha contre l'ennemi et lui livra bataille jusqu'à ce qu'il eût délivré son neveu. Or le nombre de ses serviteurs était 318“.

<sup>3</sup> Edit. Lavrov, Материалы. 3. 4. 45.

ex liturgia s. Joannis Chrysostomi deprompta, sed proprio modo reddita, quae in aliis quoque documentis, s. Cyrillo adscriptis, occurrit. Conferantur loci sequentes! Vita Methodii, cap. 1: „Богъ благъ и всемогаи, иже есть створилъ отъ небытия въ бытие въсячъская...<sup>1</sup>

Vita Constantini, cap. 17, affert in oratione s. Cyrilli moribundi: „Господи Боже мои, иже ... и вся сущая отъ небытия въ бытие приведъ...“<sup>2</sup>

Versionis antiquissimae Libri sacramentorum Romanae ecclesiae in sermonem palaeoslavicum fragmenta Kioviensia: „До вѣчны Боже: Ты еси живот нашъ господи отъ небытия бо въ бытие створилъ ны еси...“<sup>3</sup>

25. S. Methodius in ordinatione sua episcopali quandam „Promissionem fidei“, in qua similiter sex synodi oecumenicae ex ordine enumerantur, recitavit.<sup>4</sup> At inter narrationem de synodis in „Promissione fidei episcopi“ Libri diurni et elenchum conciliorum in cap. 1 Vitae Methodii discrepantiae tales intercedunt, ut communem quendam nexum inter utrumque documentum haud supponere sinant. Item in aliis documentis literarum ecclesiasticarum, praesertim iuridicis, inferius conferendis, sex synodi enumerantur, quae tamen enumerationes vix quidquam commune habent cum elencho in cap. 1 Vitae Methodii. Exinde magna cum probabilitate saltem concludere licet, hunc elenchem in tam ingeniosam formam non ab alio quam a s. Cyrillo ipso redactum vel compositum esse.

### *§ 2. Primatus Romani pontificis in elencho conciliorum.*

26. Suprema potestas Romani pontificis in elencho conciliorum valde perspicue („concrete“) significatur. Primatus iurisdictionis Romani pontificis super universam ecclesiam, in synodis oecumenicis congregatam enuntiatur tamquam aliquid omnino notum, quou-

<sup>1</sup> Ibid. p.

<sup>2</sup> Ibid. p. 35.

<sup>3</sup> Cf. C. Mohlberg, Il messale glagolitico di Kiev (sec. IX) ed il suo prototipo Romano del sec. VI-VII, Atti della Pontificia Accademia Romana di Archeologia (Serie III). Memorie, vol. II (Roma 1928) p. 207-320; textum nostrum vide in p. 313. — Cf. praeterea Fr. Ušeničník, Najstarejši glagolski spomenik iz liturgije sv. Cirila in Metoda, Bogoslovni vestnik X p. 235-53, praesertim 251-53.

<sup>4</sup> Cf. in parte prima p. 146—149.

expresse probari non oportet, sed pariter ac doctrina in prima parte prooemii de mysteriis fidei tradita ab omnibus recipitur, similiter ac Romani pontifices cum personis biblicis in eodem ordine ponuntur. Romani pontifices primo semper loco nominantur ante omnes patriarchas et imperatores, qui concilia convocasse feruutur. Romano pontifici principatus super concilia oecumenica adscribitur, etiamsi in conciliis istis maxima ex parte Orientales praesules excelluerint. Concilia oecumenica tamquam instrumenta Romanorum pontificum considerantur, quibus isti haereses et haereticos condemnabant et rectae fidei doctrinam statuebant. Imperatores, qui concilia convocabant, tamquam adiutores ac ministri Romani pontificis praesentantur et ut protectores ecclesiae sub supremo capite celebrantur.

27. Historica indagatio primorum octo conciliorum oecumenicorum praesertim analysis critica documentorum convocationis et approbationis,<sup>1</sup> ostendit, imperatores Byzantinos fere exclusive concilia convocasse et hoc privilegium ipsis a nemine fuisse contestatum. Romani pontifices ne in uno quidem ex primis octo conciliis oecumenicis personaliter praesentes erant, sed tantummodo per legatos iis intererant. Notandum est, discussiones in sessionibus conciliorum a commissariis (iudices, ἀξοντες) imperatorum et non a legatis Romani pontificis directas fuisse.<sup>2</sup> In concilio 2. oecumenico (Constantinopolitano I) et in 5. (Constantinopolitano II) Romani pontifices neque per legatos aderant; decreta istorum conciliorum post eventum demum ab ipsis approbata sunt.

In elenco conciliorum oecumenicorum e contra magis inculcatur accurata doctrina dogmatica, Romanum pontificem habere potestatem super concilia oecumenica, quam factum historicum, concilia

<sup>1</sup> Cf. Fr. X. Funk, Die Berufung der ökumenischen Synoden der Altertums, Kirchengeschichtliche Abhandlungen und Untersuchungen I. (Paderborn 1897) p. 39—121; C. A. Kneller, Papst und Konzil im ersten Jahrtausend, Zeitschrift für katholische Theologie 1903, p. 1—36; 390—428; 1904, p. 58—91; 519—44 699—722; A. Salajka, Fides et auctoritas ecclesiastica in conciliis oecumenicis, Acta VI. Conventus Velehradensis (Olomouc 1933), p. 168—77. In genere admittendam puto sententiam Fr. X. Funk, utpote historice satis probatam, respectu tamen habito correctionem a C. Kneller allatarum.

<sup>2</sup> Cf. Fr. Dvorník, De auctoritate civili in conciliis oecumenicis, Acta VI. Conventus Velehradensis (Olomouc 1933), p. 156—67.

oecumenica ab imperatoribus Byzantinis esse convocata. Factorum historicorum commemoratio eo modo componitur, ut magis appareat in Romano pontifice suprema potestas iurisdictionis atque magisterii. Ita v. g. Romanus pontifex primo loco haereses et haereticos condemnat in illis etiam conciliis oecumenicis, in quibus nullus eius vicarius seu legatus aderat. Perspicue in hoc elencho significatur subordinatio imperatorum Byzantinorum Romano pontifici; pariter etiam subordinatio patriarcharum aliorumque praesulum Orientium manifestatur.<sup>1</sup>

E contextu totius prooemii praeterea eruitur, Romanos pontifices in conciliis oecumenicis divina missione munus suum exercuisse et genus humanum in via veritatis et virtutis ad salutem direxisse. Romanis pontificibus incumbebat officium, in salutem humani generis a Deo institutum, ut in conciliis oecumenicis rectam fidem ab haereticorum erroribus defenderent et primo loco, ante omnes alios, suprema auctoritate doctrinam fidei in veritate constituerent seu definirent et confirmarent: „къстиянською вѣру, на истинѣ поставильше, утвѣрдиша“<sup>2</sup>

Mens auctoris elenchi nostri de Romani pontificis primatu ampliori luce illustratur, si elenchum istum cum analogis christianarum literarum documentis comparemus eiusque fontes inquiramus.

### *§ 3. Proprietas elenchi cum textibus analogis ecclesiasticarum literarum comparati.*

28. Elenchus conciliorum oecumenicorum in cap. 1 Vitae Methodii indolem Orientalem praesefert. Auctorem eius e fontibus hausisse Byzantinis, aliqua cum probabilitate iam ex hoc concludi posset, quod inter haereticos damnatos etiam papa Honorius enumeratur, deinde ex munere magni momenti, quo imperatores Byzantini in omnibus sex conciliis oecumenicis insigniuntur, et tandem ex titulis honorificis, ipsis attributis. Sed hoc argumentum pro Orientali origine elenchi cum aliqua exceptione tantum retineri potest, quia similia etiam in libris liturgicis Romanae ecclesiae ex eadem fere aetate inveniuntur, v. g. in Libro diurno Romanorum

<sup>1</sup> Cf. Grivec, Pravovernost sv. Cirila in Metoda, Bogoslovni vestnik I p. 13.

<sup>2</sup> Edit. Lavrov, Материалы p. 70.

pontificum, formula LXXIII, LXXXIII, LXXXIV.<sup>1</sup> Constat tamen, has formulas ortas esse, dum Roma in ditione erat imperii Byzantini.<sup>2</sup> Haec mens elenchi, ut ita dicam, Byzantina, iam aliquo modo effert momentum doctrinae de Romano pontifice in eo expressae.

29. Clarius adhuc doctrina theologica auctoris elenchi conciliorum manifestatur, si hic elenches cum textibus, ex quibus auctor probabiliter haurire potuit, et aliis parallelis Orientalibus conferatur. In Occidente aliquid simile, ubi tam instanter partes Romanorum pontificum in primis sex conciliis oecumenicis ob oculos ponerentur, non inveni. Neque Liber pontificalis neque Liber diurnus Romanorum pontificum tam perspicue exercitium primatus Romani pontificis in conciliis oecumenicis effert.<sup>3</sup>

In Libro diurno et partim etiam in Libro pontificali Romanis pontificibus revera primae quidem partes in conciliis oecumenicis attribuuntur, sed illis tantum, qui legatos suos in eadem concilia miserunt: ita Coelestino, Leoni, Agathoni; reliqui vero Romani pontifices occasione conciliorum oecumenicorum expresse non commemorantur.

In literis ecclesiasticis Orientalibus sive ut fontes sive ut loci paralleli considerari debent imprimis prooemia, accuratius indices seu elenchi conciliorum, qui in collectionibus canonum Orientalibus inveniuntur; praeterea textus liturgici Byzantini, in quibus Romani pontifices celebrantur; scripta Byzantinorum theologorum, chronologorum, hagiographorum, in quibus mentio fit primorum sex oecumenicorum conciliorum; tandem professiones fidei s. Joannis Damasceni, scriptum apologeticum monachi Syri Abû Qurra, annales ecclesiastico-slavici. Analysis fontium atque comparatio cum diversis locis parallelis praeter doctrinae in elenco nostro contentae illustrationem etiam indicia quaedam ad istius elenchi characterem primitivum determinandum forsitan praebere poterit.

30. Elenchus conciliorum oecumenicorum in prooemio Vitae Methodii singularem affinitatem cum primo, breviori indice, et partim etiam cum secundo longiori, qui in manuscripto codice Ust-

<sup>1</sup> Edit. ab Sickel p. 69—74; 90—93; 93—103.

<sup>2</sup> Cf. H. Leclercq, *Liber diurnus*, in *Dictionnaire d'archéologie chrétienne et de liturgie IX* (Paris 1930) p. 249—70 et 301—13.

<sup>3</sup> Edit. L. Duchesne, T. I (Paris 1886) p. 171; 238; 350—54.

južskaja kormčaja s. XIII (Rumjancev. 230) inveniuntur, manifestat.<sup>1</sup>

Iuvat in uno conspectu ponere textum brevioris indicis ex Ustjužskaja kormčaja et locos parallelos elenchi in cap. 1 Vitae Methodii.<sup>2</sup>

*Ustj. kormčaja.*

(Cf. Beneševič l. c.)

Obraz věrě svyatych ot'c' epi-skop 300 i 18, iže v Nikei sbrav-šichsja v prvém'soborě pri svja-tém' Kostjantině p'rvém cesari i pri svyatém' Silevestre papeži, kanon + věruju v jedin Bog... Obraz věrě svyatych ot'c' i e-piscop 150 vtorago sbora vselen'-skago, byvšago v Kesarii<sup>3</sup> gradě pri velicém' Feodosii cesari, a Damasē papeži i Nektarii patriarsě Cesarja grada + věruju v jedin Bog... pri Feodosii uněm' byst sbor 3. v Efesě svyatymi ot'ci sty dvěma. v nichže bě svjaty Kelestin papež' Rim'skyi i svjaty Kiril episkop Jerusalim'-

Sel'vestr č'st'noi<sup>4</sup> s<sup>5</sup> tr'mi sty i 18 ot'c', velikago cesarja Kostjantina na pomoč' priim, sn'm<sup>6</sup> p'rvyi sb'rav v Nikei...

Damas<sup>7</sup> že i theolog Grigorii s 150 ot'c' i s velikyim' cesar'm' Theodosijem' v Cesarijadě potv'rdisa<sup>8</sup> svjatyi sumbol, ježe jest věruju v jedin Bog, a Makedonija otsěkše, prokljaša i i chulu jeho, juže glagolaše na svjatyi Duch.

Kelestin i Kiril s dvěma stoma ot'c' i s drugyim' cesar'm' v E-

<sup>1</sup> Descriptionem codicis ms. cf. apud V. N. Beneševič, Синагога въ 50 титуловъ (С. Петербургъ 1914) p. 199—201.

<sup>2</sup> Textus brevioris indicis ex Ustjužskaja kormčaja per partes editus est in dissertatione I. I. Sreznevskij, Обозрение древнихъ russкихъ списковъ кормчей книги, Сбовникъ отдѣленія russкаго языка и словесности императорской академіи наукъ, Гомъ LXV, No 2 (Санктпетербургъ 1897) p. 117—118. Item apud A. P. Lavrov, Кирило та Методій (Київъ 1928) p. 59 et Beneševič, Синагога въ 50 титуловъ p. 202—203.

<sup>3</sup> Legendum: Cesari.

<sup>4</sup> In ms. č'st'no.

<sup>5</sup> Add. s.

<sup>6</sup> Ms. 5: sbor.

<sup>7</sup> In ms. dasam, corr, a posteriore.

<sup>8</sup> Ms. 7: potv'rdisja.

*Vita Methodii.*

(Cf. Lavrov, Materialy l. c.)

skyi, s iněmi ot'ci, ichže čislo preže rekochom, iže ispytavše vsjač'sky bljadi Nestorijevy razoriša i Makedonija duchobor'ca prokljaša.

potv'rženije obrazu věrě ot sn'ma č'tvertago vselen'ska, byvšago v Chalkidoně svyatymi ot'ci 600 i 50 pri svyatém' L've papeži i Anatolii patriarsé i pri Markianě cesari.

pri Ustjaně velicém' cesari byst 5. i sbor v Cesarě gradě svyatymi ot'ci Vilibii<sup>1</sup> papa Rim'skyi 160 i 5 ot'c', ideže sja bě kaka bljad'-ukryla, iziskavše prokljaša i pravuju věru utv'rđiša.

šestyi sbor byst Cesari gradě pri Kostjantině cesari uněm', Agafoně papeži Rim'stěm' s dvěma stoma i 9 ot'c' mnogy mjateža vzdvigšasja ispytavše prokljaša s vsěmi mjatež'niky těmi, reku že Feodora Efes'kago, Sergija že i Apolinarija, Kyra Aleksandr'skago, Makarija Antiochiískago i pročaja pospěš'niky ich, a christ'jan'skuju věru na istině postaviša utv'rđiša.

fesě Nestorija razdrušiša s v'seju bljadiju, juže glagolaše na Christa.

L've Anatol' s pravověr'nyim' cesar'm' Markianm' i s 3. ju sty tr'mi desyat'mi ot'c' v Chalkidoně Ev'tuchovo bezumije i bljadenije prokljaša.

Vilibii<sup>2</sup> s bogougod'nyim' Iustinm' i s stm' i 60 i 5. ju ot'c', 5. sn'm sstavl'se, iziskavše prokljaša.

Agafon apostol'skyi papež' s dvěma stoma i 9 ot'c' s č'st'nyim Kostjantinm' cesar'm' na šestém' sn'mě mnogy mjateža vskološa, izgnavše prokljaša s v'sjěmisn'm-niky<sup>3</sup> těmi, reku že Theodora Faran'skaago, Sevgira že i Pirona, Kyra Aleksandr'skaago, Enorija Rim'skaago, Makarija Antiochiískago i pročaja pospěš'niky ich, a kr' stijan'skuju věru, na istině postavl'se utv'rđiša.

31. Si textum brevioris indicis seu elenchi (указатель) conciliorum oecumenicorum, qui in Ustjužskaja kormčaja invenitur, considemus, clare appareat, eum esse versionem, sat servilem et, ad nomina propria quod attinet, erroribus plenam, cuiusdam archetypi Graeci.

<sup>1</sup> In Kormčaja № 54: viděnii.

<sup>2</sup> Ms. s. XII: vgili; ms. 6: vigili.

<sup>3</sup> Ms. XII: sn'mnichy.

Qui archetypus in eadem omnino forma nondum inventus est. Novimus vero textum originalem Graecum ex eadem Ustjužskaja kormčaja indicis conciliorum prolixioris, qui incipit: „Χρὴ γινώσκειν ὅτι ἔξ εἰσιν αἱ ἀγίαι καὶ οἰκουμενικαὶ σύνοδοι“.<sup>1</sup> Hic index prolixior, qui a quibusdam Germano patriarchae Constantinopolitano adscribitur, est tam in textu Graeco quam in versione ecclesiastico-slavica pars prooemii ad collectionem 50 titulorum Joannis scholastici. Qui index conciliorum prolixior in iis, quae de conciliis oecumenicis referuntur, si errores excipias, essentialiter concordat. Praeterea notandum est, in variis manuscriptis Graecis, collectiones canonum exhibentibus, alios quosdam elenchos conciliorum inveniri, ex quibus ad textum prototypum indicis brevioris in Ustjužskaja kormčaja concludere possumus.

Ex comparatione indicis brevioris in Ustjužskaja kormčaja cum elenco conciliorum in cap. 1 Vita Methodii elucet auctorem elenchi in Vita Methodii prae oculis habere debuisse textum prototypo indicis brevioris in Ustjužskaja kormčaja valde similem. Textus, quo tamquam basi auctor elenchi conciliorum in Vita Methodii usus est, certe non erat textus Slavicus in forma, quae in Ustjužskaja kormčaja servatur, quia

a) textus Slavicus indicis brevioris in Ustjužskaja kormčaja formas lexicales exhibet formis lexicalibus elenchi in Vita Methodii iuniores;

b) textus Slavicus indicis brevioris in Ustjužskaja kormčaja errores habet, quibus elenches conciliorum in Vita Methodii caret;

c) inter utrumque tandem textum differentiae observantur, quae ex elenchis conciliorum, qui in codicibus mss. Graecis, collectiones canonum exhibentibus, facile explicari possunt. — Ultima ratio praeterea etiam ostendit, textum, qui pro basi auctori elenchi in Vita Methodii inservivit, fuisse sermone Graeco exaratum.

32. Ad a) In indice breviori, qui in Ustjužskaja kormčaja invenitur, ad significandum concilium adhibetur terminus „соборъ“, qui certo recentior est termino „сънмъ“, in elenco conciliorum cap. 1 Vitae Methodii usitato. Cuius facti argumentum habetur iam ex co-

<sup>1</sup> Vide G. Voelli et H. Justelli Bibliothecam iuris canonici veteris. T. II (Lutetiae Parisiorum 1661) p. 1161; cf. Beneševič, Синагога въ 50 титуловъ. p. 128. 145.

dicibus mss. Vitae Methodii: in ms. 5 aetatis recentioris terminus „съмъ“, qui in mss. antiquissimis constanter adhibetur, termino „соборъ“ commutatus est.

Ad b) In indice breviori, qui in Ustjužskaja kormčaja invenitur, cum elenco conciliorum cap. 1 Vitae Methodii comparato, errores sequentes deprehenduntur: 1<sup>0</sup> In narratione de concilio Epheseno Cyrillus vocatur episcopus „Hierosolymitanus“. 2<sup>0</sup> Macedonius pneumatomachus dicitur condemnatus a concilio Epheseno. 3<sup>0</sup> In narratione de concilio oecumenico sexto dicuntur condemnati Theodorus „Ephesenus“ pro Pharanitano et Apollinarius pro Pyrrho.

Ad c) In commemoratione concilii Chalcedonensis index brevior, qui in Ustjužskaja kormčaja invenitur, de haeresi Eutychis nihil dicit. Auctor elenchi in Vita Methodii textum prae oculis habuit, in quo etiam de Eutycie sermo erat, prouti fit e. c. in codice ms. synagogae 50 titulorum Vindob. hist. graec. 7 s. XII-XIII: „κατάκρισις . . . τοῦ . . . κακόφρονος Εὐτυχοῦς“ et deinde „ἡ ἐν Χαλκηδόνι τὸν κατὰ τοῦ Εὐτυχοῦς καὶ τῆς πεπλανημένες αὐτοῦ αἰρέσεως δογματικὸν χόρον ἔξεφώνησεν“. <sup>2</sup> In narratione de concilio oecumenico sexto auctor elenchi cap. 1 Vitae Methodii inter condemnatos refert Theodorum Pharanitanum, Sergium, Pyrrhum, Cyrum Alexandrinum, Honorium Romanum, Macarium Antiochenum et alios eorum imitatores. Cum hac narratione in oppositione ad indicem breviorem, qui in Ustjužskaja kormčaja invenitur, concordant elenchi conciliorum, qui in variis codicibus mss. Graecis collectionum canonum habentur. Conferantur v. g. Athen. 1371: *Καὶ πάλιν ἐν ΚΠ. γέγονεν ἡ ἀγία ἔκτη καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος επὶ Κωνσταντίνου βασιλέως ἀπογόνου Ἡρακλείου, κατὰ Θεοδώρου τοῦ τῆς Φαρὰν ἐπισκόπου, Ὁνωρίου Ῥώμης, Κύρου Ἀλεξανδρείας· καὶ λοιπῶν τῶν τῇ αἱρέσει αὐτῶν συμφωνούτων*; <sup>3</sup> Laurent. Plut. V. cod. 22 s. XII: „*Ἡ δὲ ἐπὶ τοῦ ἐν τῇ Θείᾳ λήξει Κωνσταντίνου βασιλέως 170 ἀγίων πατέρων συναχθέντων κατὰ Θεοδώρου τοῦ τῆς Φαρὰν ἐπισκόπου, Ὁνωρίου Ῥώμης, Κύρου Ἀλεξ-*

<sup>1</sup> Vide ed. apud Beneševič, Канонический сборникъ XIV титуловъ р. 77-78.

<sup>2</sup> Textum totius indicis edit. V. N. Beneševič, Канонический сборникъ XIV титуловъ (С. Петербургъ 1905) pg. 73-79: locum adductum habes in pg. 76-78; quoad codicis descriptionem cf. Beneševič, Синагога въ 50 титуловъ р. 108-09.

*ανδρείας, Σεργίου τὲ καὶ, Πνόδον, Παύλου καὶ Πετρον ΚΠ. γενομένων ἐπισκόπων, Μακαρίου τοῦ δυομασθέντος Ἀντιοχείας προέδρου κτλ.*<sup>1</sup>

33. Notentur praeterea in elenco conciliorum, qui in Vita Methodii invenitur, proprietates quaedam transcriptionis nominum phoneticae, quibus indicia aliqua ad aetatem transcriptionis determinandam forsitan indigitari poterunt. In pluribus codicibus mss. antiquissimis loco „Вигили“ adhibetur forma „Вилигии“, qae etiam in indice breviori, qui in Ustj. kormčaja invenitur, habetur. Lectio varia „Вилигии“ probabilissime ob similitudinem characterum glagoliticorum pro litera l et g orta est. Elenchus conciliorum in cap. 1 Vitae Methodii ad Sergium significandum adhibet formam „Севгира“, quae non est nisi transcriptio palaeoslavica pro nomine Graeco „Σενήρον“ (ad analogiam „левгитъ“ pro λευτης), postquam litera r ex forma „Sergia“ exciderat, ei substituto.<sup>2</sup> Indiciis istis suadetur, textum Vitae Methodii iam in antiquissima literatura palaeoslavicae periodo ex codice glagolitico ab amanuensi in territorio influxui sermonis Graeci subdito esse transcriptum.

Ex consideratione denique titulorum, qui in elenco conciliorum Vitae Methodii imperatoribus Byzantinis attribuuntur, quique quidem tum in indicibus Ustj. kormč. tum in elenchis variis Graeco sermone conscriptis desiderantur, sed indeolem manifeste Byzantinam praesererunt (Marcianus orthodoxus — δρόδοξος, Justinianus Deo gratus — θεοπρεπής, Constantinus venerandus — σεβαστός, elucet, auctorem elenchi talis fuisse profecto mente Byzantium. Ex alia parte constat, auctorem Vitae Methodii fuisse Slavum (cf. cap. 2 Vitae Methodii) et in Moravia pro Moravis scripsisse.<sup>3</sup> Compositio elenchi ex eadem ratione neque aliis discipulis ss. Cyrilli et Methodii Slavis adscribi potest. Optime vero mens auctoris elenchi conciliorum in Vita Methodii circa imperatores Byzantinos concordat cum sententiis, quas circa imperium Byzantium enuntiavit, referente Vita Constantini, s. Cyrillus in disputatione cum Chazaro-iudeis: „nostrum enim regnum non est Romanum, sed Christi, ut dixit pro-

<sup>1</sup> Ibid. p. 84; cf. descriptionem codicis apud Beneševič, Синагога въ 50 типуловъ р. 29-30.

<sup>2</sup> Formae in ordine successionis: Sergia-Segira-Sevgira (Σενήρον).

<sup>3</sup> Cf. M. Weingart, Ke dnešnímu stavu . . . , Byzantinoslavica V. p. 427 et 429.

pheta (Dan. 2, 44): Suscitabit Deus coeli regnum, quod in saecula non corruptetur et regnum eius populo alteri non tradetur; comminuet et disperget omnia regna et ipsum stabit in saecula. Nonne christianum regnum est nunc Christi nomine appellatum?<sup>1</sup> Iuxta mentem Byzantinam imperator Byzantinus missione divina potestatem super omnes gentes obtinet, dicente s. Cyrillo: „sicut dedit Deus potestatem super omnes gentes imperatori christiano et sapientiam perfectam, ita etiam fidem in iis et absque ea nemo potest vitam aeternam vivere.”<sup>2</sup>

Unde pro conclusione disquisitionis nostrae literario-historicae dicere possumus, hypothesim, secundum quam auctor elenchi conciliorum in cap. 1 Vitae Methodii s. Cyrillus statuitur, satis confirmari.

34. Si post istam, historico-literariam quidem, sed opportunam digressionem ad mentem theologicam considerandam revertamur et ea, quae refert elenches conciliorum in Vita Methodii, cum iis, quae varii indices conciliorum oecumenicorum in collectionibus canonum Orientalium, praesertim iuxta typum indicis brevioris ex Ust. kormčaja, referunt, comparemus, oculos ad se convertit varius locus, quo in utroque documento Romani pontifices ponuntur. In Vita Methodii Romani pontifices primo loco commemorantur, post eos praesules Orientales, in fine denique imperatores Byzantini. In collectionibus vero canonum Byzantinis indices seu elenchi conciliorum oecumenicorum, in quibus Romanis pontificibus tam perspicue (concrete) principatus super concilia oecumenica atque eorum potestas suprema non tantum super Orientales praesules, sed etiam super imperatores Byzantinos, qui concilia convocabant, inculcarentur, quam id in elenco conciliorum oecumenicorum Vitae Methodii factum est, non inveniuntur.<sup>3</sup> In indicibus conciliorum oecumenicorum iuxta collectiones canonum Byzantinas potissimum locus plerumque imperatoribus tribuitur; in elenco vero Vitae Methodii imperatores ut ministri tantum atque adiutores Romanorum pontificum conside-

<sup>1</sup> Cap. 10, edit. Lavrov, Материалы р. 18.

<sup>2</sup> Cap. 11, edit. Lavrov, Материалы р. 23.

<sup>3</sup> Vide praeter editiones collectionum canonum Byzantinarum praesertim V. N. Beneševič, Канонический сборникъ XIV титоловъ со второй четверги VII вѣка до 883 г. (С. Петербургъ 1905) 52—86.

rantur.<sup>1</sup> Ita igitur auctor elenchi conciliorum, qui in cap. 1 Vitae Methodii invenitur, non modo, facta historica dogmatice composuisse dicendus est, sed etiam textum proemii collectionis canonum Byzantinae iuxta mentem suam eo modo, ut primatus Romanorum pontificum magis efferretur, corretur, correxisse.<sup>2</sup>

35. Si quaeramus, unde auctor elenchi conciliorum oecumenicorum in Vita Methodii mentem suam de munere Romanorum pontificum, in conciliis oecumenicis exercito, hauserit, ostendi posse videtur, eius fontes fuisse imprimis antiquas incorruptas traditiones ecclesiae Orientalis. Traditiones istae pulcherrime expressae sunt in canticis liturgicis, quibus ecclesia Byzantina inde a primis saeculis Romanos pontifices tamquam magistros atque auctores conciliorum oecumenicorum celebrat. In canticis liturgicis ecclesiae Byzantinae similiter atque in elenco Vitae Methodii principatus in conciliis oecumenicis Romano pontifici attribuitur. In documentis Occidentalibus tam concretae expressiones in hoc puncto non inveniuntur, quod ceteroquin non est mirum, si consideremus, priora concilia oecumenica pro ecclesia occidentali non fuisse tanti momenti, quanti erant pro ecclesia Orientali. In primis conciliis oecumenicis vita ac doctrina relucebant ecclesiae praesertim Orientalis.

Ex quo facto intelligitur, quare in ecclesia Orientali tam vivide memoria eorumdem servata sit una cum conscientia, quanti momenti sit pro ecclesia universalis suprema auctoritas Romanis pontificibus in Petro a Deo collata.

Videamus quaedam exempla! In canticis liturgicis ecclesiae Byzantinae papa Silvester, cuius vices in primo concilio oecumenico Nicaeae Hosius episcopus gerebat, celebratur sub figura ignis et nubis columnae, quae fideles ex Aegyptio errore eduxerat et infallibilibus doctrinis ad lucem divinam adduxerat etc. Papa Leo Magnus comparatur Moysi, qui a Deo inspiratus sacram doctrinam scrip-

<sup>1</sup> Unde sustineri iam non possunt, quae de re scripsit Dvorník, Les Légendes p. 300-301: „Il ny'a rien là d'ailleurs de surprenant puisque, à cette époque, la position dominante du pape dans l'Église était, on le sait, généralement reconnue par l'Église d'Orient. Il paraît que même dans cette dernière il était d'usage de nommer toujours le pape ou ses représentants avant les autres patriarches quand on énumérait les conciles oecuméniques.“

<sup>2</sup> Cf. quae scribit ipse P. A. Lavrov, Кирило та Методій р. 59.

serat; celebratur deinde ut caput orthodoxae Christi ecclesiae, ut columna orthodoxiae, ut Petri successor, illius praesidentia seu primatu ditatus, ui divinitus inspiratam edidit definitionem.<sup>1</sup>

Mens, quae circa Romani pontificis primatum in canticis liturgicis Byzantinis figurata oratione exprimitur, etiam in elenco concilio- rum Vitae Methodii enuntiatur. Verisimile est, auctorem elenchi con- ciliarum, qui in vita Methodii habetur, in cogitandi loquendique modo influxum canticorum liturgicorum Orientalium, subiisse. Quod con- firmari videtur etiam ex analogia in cap. 8 Vitae Methodii, ubi apo- stolo Petro dantur attributa, quibus praesertim in liturgia Byzantina apostolorum princeps celebratur: „Петръ, първи настольникъ и ключедържъцъ царствиу небесъному — προτόθρονος καὶ κλειδοῦχος τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας.“<sup>2</sup>

36. Alii testes traditionum Orientalium de Romani pontificis super concilia primatu ex tempore ante ss. Cyrillum et Methodium sunt praesertim duo Theodori: primus s. Theodorus Studita, pro ecclesia Byzantina, alter Theodorus Abū Qurra, pro ecclesia Syra.

S. Theodorus Studita expresse enuntiat, absque Romani pontificis cognitione et assensu synodum orthodoxam non posse celebrari. Ad Romanum pontificem spectat, legitimam synodum contra insurgentes haereses convocare. Ad affirmationem suam comprobandum s. Theodo- rorus Studita ad antiquas traditiones provocat, scribens archiman- dritae Basilio, qui tunc temporis quidam monasterio Graeco Romae praeerat: „Συμφέρον δᾶν εἴη, ὃς δὲ ἡμέτερος σκοπὸς καὶ πόθος, ἐπιτι- μηθῆναι συνοδικῶς διὰ τοῦ κορυφαιοτάτου ἀποστολικοῦ, ὃσπερ ἐπὶ τῶν ἀνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς, τοὺς συνεδρεύσαντας κατὰ τοῦ εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ καὶ ἀναθεματίσαντας τοὺς ἀντεχομένους αὐτοῦ“.<sup>3</sup> Etiam oe- cumenici concilii summam potestatem Romano pontifici s. Theodo- rorus Studita praeterea expresse vindicat in epistola ad Leonem sa- cellarium de rebus ecclesiae Constantinopolitanae componendis anno 823 directa: „. . . . εἰ θέλοι βασιλεὺς τὸν ἐκ Αὐσεως παρεῖναι, ὅ

<sup>1</sup> Textus Graecos ex liturgia Byzantina affert ex. gr. N. Nilles, Kalendarium manuale utrisque ecclesiae I (Oeniponte 1896) p. 51 sq. 107 sq.; textus Slavicos collegit I. Marković, Slaveni i pape I (Zagreb 1903) p. 192-193; cf. et apud M. d'Herbigny, Theologica de Ecclesia II, ed. 3 (Parisiis 1928) p. 155. 193 sq. 207 sq.

<sup>2</sup> Edit. Lavrov, Материалы p. 73; Marković, Slaveni i pape I p. 189; Nilles, Kalendarium I p. 193.

<sup>3</sup> MPG 99, 1029 C.

*καὶ τὸ ιράτος ἀναφέρεται τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου“.<sup>1</sup> Terminologiam s. Theodori Studitae ab auctore elenchi conciliorum cap. 1 Vitae Methodii non fuisse alienam suadetur quoque ex usu tituli „apostolicus papa“, qui in elenco Agathoni tribuitur quique semel atque iterum apud s. Thoodorum Studitam invenitur.<sup>2</sup>*

Theodorus Abū Qurra in secunda parte operis sui apologetici (I. mīmar) veritatem symboli Chalcedonensis contra varios haereticos (Nestorianos, Jacobitas, Julianistas et monotheletas) probaturus ad auctoritatem magisterii ecclesiastici provocat et oboedientiam inculcat, quae ei a fidelibus debetur. Fons doctrinae fidei tam orthodoxis quam haereticis habetur imprimis s. scriptura. Etsi in eius genuino sensu explicando utrique discrepent, attamen nullum dubium esse potest, unam tantum interpretationem esse veram. Quomodo igitur ad rectum sensum s. scripturae perveniri potest? Unica et a Deo ipso monstrata via ad cognitionem veritatis est obsequium auctoritati magisterii a Deo positi. Ita erat in vetere testamento, ita etiam in novo Spiritus Sanctus ut magisterium infallibile in novotestamento, posuit coetum apostolorum cum supremo capite s. Petro. Theodorus Abū Qurra doctrinam suam comprobat textibus s. scripturae: Mt. 16, 18; Joan. 21, 15—17; Lc. 22, 31—32. Petrus supremi magisterii munere functus est in concilio apostolorum (Act. 15, 7 sq.). Christi promissiones non modo pro Petro, sed etiam pro eius successoribus valent, quia secus post mortem Petri ecclesia virtute sua destituta esset. Iterum vero „illud verbum (Lc. 22, 31—32) solummodo iis dicitur, qui auctoritate pollut apostoli (mar) Petri quique numquam fratres in fide confirmare cessarunt neque ad finem usque saeculi cessabunt“.<sup>3</sup> Postea Abū Qurra adducit concilia oecumenica et de unoquoque inculcat, illud fuisse convocatum „iubente Romano pontifice“ (I. mīmar 25—29).<sup>4</sup> Quamquam tam expresse inculcat, unumquodque concilium oecumenicum iubente Romano pontifice fuisse convocatum, attamen concedit, in convocatione conciliorum oecumenicorum

<sup>1</sup> MPG 99, 1420 A.

<sup>2</sup> Ibid. 1017. 1151.

<sup>3</sup> Vide G. Graf, Die arabischen Schriften des Theodor Abū Qurra, Bischofs von Harrān (ca. 740—820), in collectione Forschungen zur christlichen Literatur- und Dogmengeschichte X, 3—4 (Paderborn 1910) p. 113.

<sup>4</sup> G. Graf, Die arabischen Schriften des Theodor Abū Qurra p. 113—18.

imperatores quoque Byzantinos partes habuisse. Theodorus Abū Qurra concilia oecumenica defendit contra vituperationes haereticorum, obicientium concilia, utpote ab imperatoribus convocata nullam auctoritatem ecclesiasticam possidere. Si v. g. monotheletae hac ratione 5. et 6. concilio oecumenico resistunt iisque oboedientiam detractant, consequenter et haereticis a prioribus concilllis oecumenicis damnatis ius concedere debent sese pari ratione oboedientiae debitae subtrahendi. Idem valet pro Jacobitis et Nestorianis. Si vero id concedant, omnia, quae ab istis concilllis acceperunt, pervertantur. E contra! Ecclesia Christo gratias agere debet, quod illi imperatores subiecit, qui eius patribus et doctoribus servitum praestare possint ac debeant. Imperatores adiutorium brachii saecularis ecclesiae prestatabant, patres eius ut hospites suscipiebant et pro ordine ac pace curam gerebant. Ita imperatores consultationes pacificas ac tranquillas possibles reddebant. Imperatores denique etim decreta conciliorum oecumenicorum executioni mandabant, at minime se ipsos in tractationes ingerebant. Conciliis oecumenicis adiutorium imperatorum detrectare idem est ac Ario et Macedonio, christianismum destruere volentibus, palpari et ecclesiam in iudaismum inducere.<sup>1</sup>

Si comparemus fragmentum de conciliis oecumenicis, quod in prooemio Vitae Methodii invenitur, cum iis, quae scribit Theodorus Abū Qurra, statim animadvertere possumus apud utrumque concordantiam doctrinae de supra potestate Romanorum pontificum in concilia oecumenica et de tutela, ab imperatoribus Byzantinis exercenda. Forma in doctrina enuntianda utique convenienter indolí scriptorum differt, attamen mens theologica omnino consonat. Certum est proinde, cum s. Theodorum Studitam et Theodorum Abū Qurra tum auctorem elenchi conciliorum, qui in cap. 1 Vitae Methodii habetur, doctrinam de successorum s. Petri super universam ecclesiam, in conciliis oecumenicis congregatam, primatu hausisse ex traditionibus antiquis ecclesiae Orientalis.

37. Sed posset quaerere quis, qua ratione in elenco, in quo tam perspicue Romanorum pontificum primatus exprimatur, inter haereticos e 6. concilio oecumenico damnatos etiam Honorius Romanus papa deputetur. Ad quam obiectionem considerata mente Romanae sedis tunc temporis enuntiata haud difficile respondeatur. Imprimis

<sup>1</sup> Ibid. p. 119—21.

facile intelligitur, Byzantinis non potuisse ex memoria excidere factum, in concilio oecumenico vel Romanum pontificem dam natum fuisse. Omnes synodi subsequentes condemnationem infelis Honorii repetebant. Maior pars scriptorum ecclesiae Graecae Honoriū tamquam haereticum damnatum considerant. Romanae ecclesiae sententiam hac in re enuntiavit papa Joannes IV.<sup>1</sup> Etiam Romana ecclesia damnationem nominis Honorii publice approbavit. Sed bene persuasum habentes, Romanam sedem in fide numquam falli posse, saeculo IX Occidentales consequentias late patentes falsae interpretationis in causa Honorii latae sententiae evitare conati sunt. Nicolaus papa I. v. g. ista decisione minime impeditebatur, quominus in mutuo cum imperatore Michaele commercio epistolarum infallibilitatem Romani pontificis tueretur.<sup>2</sup> Hadrianus papa II. difficultatem eo modo solvebat, ut in decisione 6. concilii oecumenici non nisi confirmationem iudicij papae Agathonis consideraret. Quia Photius in sua erga Romam aversione eo usque processit, ut non modo omnes necessitudines cum Romana ecclesia abrumpere, sed etiam Romanum pontificem condemnare ac deponere auderet, Hadrianus II. in synodo Romana a. 869 suam condemnationem in eum tulit. Acta synodi istius in 7. atque 8. actione concilii oecumenici octavi lecta et approbata sunt. Hadrianus papa II. in eis indignationem suam super inaudito ausu patriarchae Constantinopolitani exprimit et ut incontestabile factum declarat, legatos Romanos occasione damnationis Honorii iuxta normam instructionum a papa Agathone acceptarum egisse: „licet enim Honorio ab Orientalibus post mortem anathema sit dictum, sciendum tamen est, quia fuerat super haeresi accusatus, propter quam solam licitum est minoribus maiorum suorum motibus resistendi vel pravos sensus libere respuendi; quamvis et ibi nec patriarcharum nec ceterorum antistitum cuipiam de eo quamlibet fas fuerit proferendi sententiam, nisi eiusdem primae sedis pontificis consensus praecessisset auctoritas“.<sup>3</sup>

Eodem tempore atque in iisdem conditionibus de Honorii causa tractavit quoque Anastasius bibliothecarius. In opusculo „Collecta-

<sup>1</sup> Pro tota de causa Honori quaestione cf. articulum E. Amann, *Honorius I in Dictionnaire de théologie catholique* VII, 93—132, praesertim 123—24.

<sup>2</sup> Cf. infra in sectione de Nicolao papa.

<sup>3</sup> Mansi., *Sacrorum conciliorum nova et amplissima collectio*, T. 15, p. 126.

nea ad Johannem" honorem reddere memoriae Honorii conabatur.<sup>1</sup> Quo fine sententias collegit Joanni papae IV. et s. Maximi confessoris. Occasione suae legationis in concilio 8. oecumenico mentem Byzantinorum erga sedem apostolicam bene cognoscere potuit. Byzantio ira adversus Graecos incensus reversus est. Opusculo suo Graecis arma eripere voluit, quae eis in pugna adversus Romam condemnatio Honorii praebere posset. Ultimus in Occidente illa tempestate mentionem damnationis Honorii fecit Hincmarus Remensis in opusculo „De una et trina deitate".<sup>2</sup>

Si nunc mentionem Honorii in elenco conciliorum cap. 1 Vitae Methodii cum enuntiationibus Romanae ecclesiae conferamus, bene appareat, eam cum sententia Hadriani II. papae in synodo Romana proleta omnino convenire. Sicut in prioribus, ita etiam in 6. concilio oecumenico auctor elenchi primas partes tribuit Romano pontifici. Quapropter nullum erat periculum, ne de auctoris elenchi orthodoxia dubia moverentur, si inter haereticos damnatos etiam Honorius Romanus connumeraretur.

Praeterea mirari desinas, si elenches in nostro punto etiam consonat omnino cum Romana praxi liturgica, quod patet ex formula LXXXIV Libri diurni Romanorum pontificum, in functionibus pontificalibus Romani pontificis tunc temporis usitata. Quae formula praeter quinque priora etiam de 6. concilio oecumenico mentionem facit, in qua auctores novi haeretici dogmatis enumerantur: „Auctores vero novi haeretici dogmatis Sergium, Pyrrhum, Paulum et Petrum Constantinopolitanos, una cum Honorio, qui pravis eorum adscriptionibus fomentum impendit, pariterque et Theodorum Pharanitanum et Cyrum Alexandrinum cum eorum imitatoribus, simulque et hos, qui haereticum dogma etiam veritate fidei synodaliter declarata atque praedicata pertinaciter defendebant".<sup>3</sup> Ad mentem Romanam de casu Honorii stabiliendam momento tandem non caret mentio,

<sup>1</sup> MPL 129, 557 sq.

<sup>2</sup> MPL 125, 508.

<sup>3</sup> Edit. ab Sickel p. 100 – 101. Valde probabile videtur, textum allegatum latinum pro basi habuisse prototypum graecum. Cf. textus graecos collectos apud Benešovič Канонический сборник XIV титуловъ p. 791, 833–84. Quae hypothesis conditione Romanae ecclesiae aetate dominationis Byzantinae in Italia satis suadetur, cf. H. Leclercq, Liber diurnus, in Dictionnaire d' archéologie chrétienne et de liturgie IX 249—70; 301—13.

quae fit de papa Leone II. in Libro pontificali quaeque non multum temporis post mortem Leonis II. redacta iuxta epistolam ipsius ad Constantimum Pogonatum clare exprimit, papam Leonem II. sententiam 6. concilii oecumenici confirmasse: „Hic suscepit sanctam sextam synodum . . . , in qua et condemnati sunt Cyrus, Sergius, Honorius, Pyrrhus, Paulus et Petrus, nec non et Macarius cum discipulo suo Stephano; sed et Polychronius novus Simon“.<sup>1</sup>

Unde certo constat, auctorem elenchi conciliorum, qui in cap. 1 Vitae Methodii invenitur, cum sententia et praxi liturgica Romanae sedis consentire, etiamsi ceteroquin sententia auctorum Latinorum alia fuerit.<sup>2</sup>

(Continuabitur.)

## EXISTATNE CONNEXIO BHAGAVADGITAM INTER ET EVANGELIUM S. JOANNIS

Bhg iv, 35; vi, 30; viii, 22; ix, 29 – Ioa xiv, 20; (Act. xvii, 28).

*Dr. Vincenc Pořízka, Olomouc.*

Quaedam Bhagavadgitae doctrinae sua cum christianismo propinquitate animos primo visu percellunt. Inde facum est, ut Bhagavadgita diletantismo saepius occasionem praebuit et praebet ad identitatem doctrinae cum Evangelio proclamandam: ex utraque parte eadem veritas ab eodem Dei Spiritu annuntiatur, ita iterum atque iterum affirmant.<sup>3</sup> Sed etiam viri doctissimi relationes inter Bhagavadgitam et Novum Testamentum admittentes theoriis diversissimis de utriusque connexione excogitandis operam navant. Quidam Bhagavadgitae prioritatem firmiter tenentes s. Joannem doctrinam ab Indis schola Alexandrina mediante hausisse autumant. Sic van Eysinga de interdum verbali concordantia Bhagavadgitae cum sententiis Novi Testamenti, imprimis s. Joannis, loquitur, cuius facti expli-

<sup>1</sup> Edit. Mommsen, MGH, Gest. pont. Rom. I (Berolini 1898) p. 200. Is textus usque ad s. XVI in breviario Romano ad diem festum s. Leonis legebatur.

<sup>2</sup> Hac in re corrigenda sunt, quae scripsit Dvorník, Les Légendes p. 306.

<sup>3</sup> Chatterji M. M., The Bhagavad Gita. 2. ed. Boston-New York, 1888, pg. v — ix. Weinfurter K., Bhagavad-gita. 2. ed. Praha 1935, pg. 12.

Weinfurter K., Čtyři knihy o následování Krista, Praha 1931, pg. 4.

Kamensky Anna, La Bhagavad-Gita. Paris 1925. pg. 11.

cationem in theoria a *Tiele* proposita invenit: scripta s. Joannis ideis philosophicis referta sunt, quae ex Alexandria in Asiam Minorem transplatatae quidem sunt, attamen originem ex Extremo Oriente ducunt.<sup>1</sup> Etiam *Hopkins*, sententiam Lorinser, hodie a plurimis reiectam,<sup>2</sup> temperans, parallelas Bhagavadgitam inter et evangelium s. Joannis admittit, quarum originem ex fontibus ab invicem independentibus explicare non audet; prioritatem tamen s. Joanni adiudicat, etsi maxima cum haesitatione verbisque utens cautissimis.<sup>3</sup> Alii denique dependentiam Bhagavadgitae a Novo Testamento vel vice versa negantes parallelismum et convergentiam quandam inter evolutionem spiritus religiosi in Oriente et Occidente in genere<sup>4</sup> atque inter Bhagavadgitam et novum Testamentum in specie<sup>5</sup> vigere annuunt.

In variis hisce quaestionibus diiudicandis quot et quantae difficultates occurrunt, omnes, qui antiquissimis textibus Indorum critice perlustrandis incumbebant, bene perspiciunt. Praesertim Bhagavadgitae authenticitas tantis dubiis atque aenigmatibus obruitur, ut Hopkins hancce quaestionem ex implicatissimis atque maxime perplexis problematis in provincia historici criticismi litterarii considerat.<sup>6</sup> Iure etiam Telang affirmat: „Non est exaggeratio, si dicimus impossibile fere esse unicam saltem ponere propositionem in materia alicuius momenti cum Bhagavadgita connexa, quae consensu inter doctos fulta dici posset.”<sup>7</sup>

<sup>1</sup> Van den Bergh van Eysinga A. G., *Indische Einflüsse auf evangelische Erzählungen*. 2. Aufl. Göttingen 1909, pg. 21.

<sup>2</sup> Plurimi ex criticis theoriam a Lorinser propositam reiecerunt; Weber, E. Windisch, John Muir, Max Müller, Barth, C. P. Tiele, Winternitz, Telang, John M. Robertson. Garbe etc. Cfr. Garbe R., *Bhagavad-gita*, 2. Aufl., Leipzig 1921, pg. 66—67. — Garbe R., *Indien u. d. Christentum*. Tübingen 1914, pg. 245—246.

<sup>3</sup> Hopkins E. W., *India Old and New. (Abrev. ION.)* New York - London 1902, pg. 155—159.

<sup>4</sup> Otto Rudolf, *Vischnu-Narayana*. Jena 1923, pg. 203—218: *Das Gesetz der Parallelen in der Religionsgeschichte*.

<sup>5</sup> Garbe R., *Indien u. d. Christentum*. Tübingen 1914, pg. 247—248.

Garbe R., *Bhagavad-gita*, 2. Aufl., Leipzig 1921, pg. 103, n. 2.

Deussen P.. *Der Gesang des Heiligen*. Leipzig 1911, pg. xiv, 29, 66, 67.

<sup>6</sup> Hopkins E. W., (recensio:) *Die Bhagavad-gita übersetzt von R. Garbe*. JRAS, 1905, 384.

<sup>7</sup> Telang K. T., *The Bhagavad-Gita*. 2. ed. (SBE, viii.) Oxford 1908, pg. 1—2.

Quaestionibus de origine Bhagavadgitae alibi spatium tribeuntes in brevissimo hocce articulo aliquas tantum opiniones de tempore saltem porrigimus, cui origo Bhagavadgitae ascribi debet. Alii aliud tempus Bhagavadgitae toti vel singulis partibus eius integrantibus assignant. *Bhandarkar*<sup>1</sup> Bhagavadgitae originem ad initia IV. saec. a. Ch. n. reponit, *Telang*<sup>2</sup> ante saec. III. a. Ch. n., *Vadekar*<sup>3</sup> circa annum 250 a. Ch. n., *Lamotte*<sup>4</sup> saeculo III. a. Ch. n. vel intervallo a saec. III. ante usque ad saec. III. post. Ch. n.; *Barnett*<sup>5</sup> circa initium nostrae erae Bhagavadgitam ortam esse putat, *Farquhar*<sup>6</sup> Bhagavadgitam in forma hodierna e saec. I. vel II. p. Ch. n., *Keith*<sup>7</sup> e saec. II. p. Ch. n. provenire censem, etsi doctrinis eius maiorem vetustatem denegandam non habet. *Garbe*<sup>8</sup> Bhagavadgitam in forma originaria saeculo I. p. Ch. n. non esse iuniorem affirmit, vedantizantem vero redactionem eius in saec. II. p. Ch. n. ponit.

Difficultates, quae criticae litterariae in diiudicandis problematis cum Bhagavadgita connexis occurrunt, optime ostendunt, quam labili fundamento constructiones atque theoriae innituntur, quae pontem a Bhagavadgita ad Novum Testamentum ponendum moluntur. Et praeter chronologiae incertitudinem etiam ipsae Bhagavadgitae et Novi Testamenti doctrinae, si profundius inspiciuntur, theoriis de mutuo influxu adversantur. In brevissima nostra expositione unum saltem exemplum falsi parallelismi, quem Hopkins, Deussen, Garbe Bhagavadgitam inter et evangelium s. Joannis conspiciunt, crisi subicimus.

*Hopkins*<sup>9</sup> iuxta se ponit: Vox in me et ego in vobis, Joa xiv, 20 (etiam vi, 56 et xvii, 20—23); In ipso enim vivimus et movemur et

<sup>1</sup> Bhandarkar R. H. Sir, *Vaisnavism, Saivism and minor religious systems*. (Bühlers Grundriss, iii. 6.) Strasburg 1913, pg. 13.

<sup>2</sup> Telang K. T., *The Bhagavad-gita*, SBE viii. 2. ed. Oxford 1908, pg. 34.

<sup>3</sup> Vadekar D. D., *Bhagavad-Gita*. Poona 1928, pg. 5.

<sup>4</sup> Lamotte E., *Notes sur la Bhagavad-gita*. Paris 1929, pg. 1 et 15.

<sup>5</sup> Barnett L. D., *Bhagavad-Gita*. London 1936, pg. 62.

<sup>6</sup> Farquhar J. N., *An Outline of the Religious Literature of India*. Oxford 1920, pg. 86.

<sup>7</sup> Keith A. B., *The Samkhya-System*. 2. ed. Calcutta-London 1924, pg. 36.

<sup>8</sup> Garbe R., *Bhagavad-gita*. 2. ed. Leipzig 1921, pg. 72—74.

<sup>9</sup> Hopkins E. W., *India Old and New*. New York-London 1902, pg. 156: Ye in me and I in you, John xiv, 20 (so vi. 56 and xvii. 20—23); In him we live and move and have our being, Acts xvii. 28 (*Phainomena*); In him are all creatures,

sumus, Act xvii, 28 (Phainomena); In eo omnes creaturae sunt, omnia per eum penetrantur, Bhg viii, 22; Si quidam adorant me in devotione, in me sunt et ego in eis, Bhg ix, 29. Etiam Deussen<sup>1</sup> ver- sum Bhg ix, 29 cum Joa xiv, 20 comparandum dicit; Garbe<sup>2</sup> locis cum Joa xiv, 20 parallelis versus Bhg iv, 35; vi, 30 superaddit. Ne- que tamen Deussen neque Garbe ex hoc „parallelismo“ ulla conclusiones eruere audent.

Jesus per verba: „Vos in me et ego in vobis“ (Joa xiv, 20) idem exprimit, quod aliis verbis antea protulit: „Ego sum via et veritas et vita: nemo venit ad Patrem nisi per me“ (Joa xiv, 6). Idem etiam paulisper inferius repetit: „Ego sum vitis, vos palmites: qui manet in me, et ego in eo: hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere.“ (Joa xv, 5) Omnibus hisce Jesu Christi sententiis idem sensus inhaeret: Jesus est unicum salutis medium, cui intime — prout palmes viti — iungi debet, quicunque salvus fieri desiderat.<sup>3</sup> Quantumvis realis sit haecce Jesu Christi cum suis fidelibus unio,<sup>4</sup> nullo tamen modo de pantheistica Dei cum creaturis identificatione agitur: Deus in anima hominis fidelis et secundum fidem viventis tamquam obiectum supernaturalis cognitionis et dilectionis

all is pervaded by him, G. 8, 22; If any worship me in loving devotion, they are in me and I in them, G. 9, 29.

In textibus respectivi loci Bhg et Joa. leguntur:

Ioa. XIV, 20:

ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ γνώσεσθε ὅμετος ὅτι  
ἔγώ ἐν τῷ πατρὶ<sup>1</sup>  
μου καὶ ὅμετος ἐν ἐμοὶ κάγὼ ἐν ὅμετον.

Bhg viii, 22:

puruṣah sa parah Partha bhaktya lab-  
hyas tv ananyaya  
yasyantahsthāni bhutani yena sarvam  
idam tatam

Act. XVII, 28:

ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν καὶ κινούμεσθα καὶ  
ἔσμεν.

Bhg ix, 29b:

yebhajantumam bhaktya mayi te teṣu  
cāpy aham

<sup>1</sup> Deussen P., Der Gesang d. Heiligen, Leipzig 1911, pg. xiv et 66.

<sup>2</sup> Garbe R., Bhagavad-gīta. 2. ed. Leipzig 1921, pg. 103 nota 2.

Garbe R., Indien u. d. Christentum. Tübingen 1914, pg. 248 nota 1.

<sup>3</sup> Meschler M., S. J., Das Leben u. H. Jesu Chr. 12—13. Aufl., Freiburg i. B. 1921, tomus II., pg. 275—276.

<sup>4</sup> De eadem idea agitur, quae exprimitur in Act. ix, 4—5, Rom. xii, 4—5; I Cor. xii, 12—31; Eph. I, 22—23; II, 19—22; iv, 1—16; v, 22—23; Col. I. 17—20, ii, 19.

praesens est,<sup>1</sup> prout versus proxime sequentes ostendunt: „In illo die vos cognoscetis, quia ego sum in Patre meo et vos in me et ego in vobis. Qui habet mandata mea et servat ea, ille est, qui diligit me. Qui autem diligit me, diligitur a Patre meo et ego diligam eum et manifestabo ei meipsum“. (Joa xiv, 20—21.) „Si quis diligit me, sermonem meum servabit et Pater meus diligit eum et ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus.“ (Joa xiv, 23.)

Neque ulla pantheismi vestigia in Act xvii, 16 inveniuntur, ad quem locum etiam Hopkins provocat. S. Paulus verba faciens ad Athenienses, apud quos idolatriam et simulacra invenit (Act xvii, 16), immo etiam aram vidit, Ignoto Deo constructam (Act xvii, 23), affirmat non esse difficile unicum verum Deum invenire, quippe qui „non longe sit ab unoquoque nostrum“ (Act xvii, 27). „In ipso enim“, dicit s. Paulus, „vivimus et movemur et sumus: sicut et quidam vestrorum poetarum dixerunt: Ipsi enim et genus sumus.“ (Act xvii, 28). Verba ex poeta Arato (*Phaenomena* 5) desumpta et per copulam ὡς introducta nullum dubium relinquunt de sensu, quo antecedens ἐν αὐτῷ intelligendum sit: e manibus Dei processi in seipsis Dei imaginem portamus, e natura nostra proinde, ex intellectu nempe et voluntate, notionem Dei summe intelligentis, liberi et potentis,<sup>2</sup> notionem dico longe perfectiorem ea, quam idololatrae possident, nobis efformare possumus et debemus: „Genus ergo cum simus Dei, non debemus aestimare auro aut argento aut lapidi, sculpturae artis et cogitationis hominis Divinum esse simile.“ (Act xvii 29.)

S. Paulus de omnipraesentia Dei tamquam creatoris et conservatoris (*ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν*), tamquam omnipotentis Domini, a quo qualiscumque vitae manifestatio (*κινούμεθα*) omneque esse in genere (*ἐσμέν*) dependet, loquitur, quin qualicumque verbo pantheismo vel immanentiae Dei in mundo faveat. E contra transcendentia Dei per verba s. Pauli iteratim inculcatur: Deus infinito modo excellit super omnem mundum in genere (xvii, 24—25) et super omnia simulacra in specie (xvii, 29), cum creator et Dominus sit totius mundi et omnis

<sup>1</sup> Per praesentiam obiectivam, prout theologia loquitur. Cf. Hontheim, J., *Theodicea*. Freiburg i. B. 1926, pg. 210—211.

Van Noort G., *De gratia Christi*. ed. 3. Bussum in Holl. 1920, pg. 133—134.

<sup>2</sup> Cf. Knabenbauer J., S. J., *Commentarius in Actus Ap.* Parisiis 1899, pg. 306—307.

vitae (xvii, 24—25) et universi generis humani (xvii 26, 28), Dominator, qui poenitentiam praecipit (xvii, 30) et qui statuto die orbem terrarum in aequitate iudicaturus est (xvii, 31).

Nullius pantheismi vel immanentiae vestigia etiam in reliquis duobus locis s. Joannis iveniuntur, quorum Hopkins etiam mentionem facit (Joa vi, 56; xvii, 20—23). E contra versibus Bhagavadgītāe, quos Hopkins, Deussen, Garbe s. Joanni parallelos esse putant, monismi et immanentiae ideae subsunt. Hopkins primo loco versum Bhg viii, 22 ponit: „Per pietatem, quae ad nullum alium deflectitur, supremus ille spiritus (puruṣa) obtineri potest, in cuius corde omnia entia habitant, quo omnia pervaduntur.”<sup>1</sup> Creaturae in corde<sup>2</sup> dei<sup>3</sup> habitant et vice versa deus in corde creaturarum remanet,<sup>4</sup> quia deus et mundus universus invicem quam intime penetrantur.<sup>5</sup> Non solus versus Bhg viii, 22, sed etiam contextus monismum et immanentiam supponit. Prout elucescente die res apparent, nanciscentes formas distinctas ideoque existentiam pro oculis et obruente nocte tum formas distinctas tum existentiam pro oculis perdunt, simili modo in processibus, qui in cosmo fiunt, initio unius periodi (kalpa) omnia ex ente indeterminato (avyaktam, viii, 18) seu ex materia initiali (prakṛti, ix, 7, 8) per evolutionem seu emanationem (sarga, srṣṭi) procedunt et in fine periodi cosmicæ iterum in statum indeterminationis recedunt (viii, 18) seu per materiam initialem (prakṛti ix, 7) reabsorbuntur. Talis processus necessario fit et iteratur (viii, 19; ix, 8).

Ens indeterminatum<sup>6</sup> (avyaktam, viii, 18, 20) seu materia initialis<sup>7</sup> prakṛti, ix, 7, 8), cuius evolutione fiunt omnia (viii, 19; ix, 7), ipsa

<sup>1</sup> Bhg. viii, 22:

puruṣāḥ sa parah Partha bhaktya labhyas tv ananyaya  
yasyantahsthami bhutani yena sarvam idam tatam

<sup>2</sup> Bhg. viii, 22: yasyantahsthami bhutani. Cf. Bhg. vi, 30: ix, 6.

<sup>3</sup> Bhg. viii, 22; puruṣāḥ sa parah. Cf. Krṣṇa, Bhg. vi, 30; ix, 4, 6.

<sup>4</sup> Bhg. vi, 30, 31; vii, 7; x, 16; xv, 13, 17.

<sup>5</sup> hg. viii, 22: yena sarvam idam tatam. Cf. Bhg. ii, 17; vii, 7; ix, 4; xviii, 46.

<sup>6</sup> Senart E., La Bhagavadgītā. Paris 1922, pg. 99—100. Bhg. viii, 18, 20 vocem avyaktam reddit: indétermination. Similiter etiam Lamotte interdum loquitur: Notes sur la Bhg., Paris 1929, pg. 49.

<sup>7</sup> Tali modo Lamotte terminum prakṛti vertit (Notes sur la Bhg., Paris 1929, pg. 56).

natura dei Bhagavat est (*prakṛti mamika*, ix, 7): Bhagavat mysterioso actu (*avaśtabhya*, ix, 8. cf. *adhiśthaya*, iv, 6) naturam suam foecundat et emanationem omnium creaturarum producit (*sarvabutani visrjami*, ix, 7, 8). Deus Bhagavat tamquam materia initialis (*apara prakṛti*, vii, 5) est substratum physicum universi mundi, qui eius manifestatio (*vibhuti*, x, 7, 16, 18, 19, 40), evolutio (*vistara* x, 18, 19) et emanatio (*srṣti*; *visrjami*, ix, 7, 8) est; tamquam principium spirituale omnium entium (*para prakṛti*, *jīvabhuta*, vii, 5) deus Bhagavat super omnia, quae in mundo fiunt, elevatur, nullas partes in mundi operibus habens (ix, 9), simulque vero omnibus praesens est tamquam testis, cuius visum nihil fugit (ix, 10), quia supremus spiritus est (*puruṣah parah*, viii, 22), qui omnia replet atque penetrat (viii, 22): ipse est indeterminatio, quae omnibus disparentibus indestructibilis et aeterna remanet (viii, 20—21).

Ab immanentismo et monismo neque secundus locus, quem Hopkins adducit, immunis dici potest, etsi a quibusdam interpretibus *Bhagavadgītāe* verbis sensus theisticus supponitur.<sup>1</sup> Totus versus audit: „Idem sum erga omnes creature, nemo est, quem odio prosequeret, nemo mihi carus; qui vero pietate repleti me adorant, in me sunt et ego in iis,” Bhg ix, 29.<sup>2</sup> L. D. Barnett<sup>3</sup> iure hunc versum in connexione cum Bhg v, 19 ponit: prout in v, 19 brahma, ita in ix, 29 Vasudeva asseritur indifferenter sese gerere erga omnes creature. Etiam terminus, quo *Bhagavadgītā* ad exprimendam indifferentiam utitur, idem est: sama.<sup>4</sup> Ad intelligendum vero sensum verborum „in me sunt et ego in iis” (Bhg ix, 29) optime alii loci iuvant, quos Garbe iuxta ponit.<sup>5</sup> Legimus nempe in Bhg iv, 35:

<sup>1</sup> Telang K. T., *Bhagavadgītā*, 2. ed. Oxford 1908, pg. 85, nota 3: „They dwell in me by their devotion to me; I dwell in them as giver of happiness to them.” Cf. praeterea, quae infra de interpretatione a R. Otto proposita exponuntur.

<sup>2</sup> Bhg. ix, 29:

samo 'ham sarvabhutešu na me dvesyo 'sti na priyah  
ye bhajanti tu mam bhaktya mayi te tešu cāpy aham

<sup>3</sup> Barnett L. D., *Bhagavad-gītā*. London 1936, pg. 67, nota 1.

<sup>4</sup> Bhg. v, b: *nirdoṣam hi samam brahma*.

Bhg. ix, 29 a: samo 'ham sarvabhutešu.

<sup>5</sup> Garbe R., *Bhagavad-gītā*. 2. ed. Leipzig 1921, pg. 103, nota 2: Bhg. iv, 35 vgl. Ev. Joannis xiv, 20. Diese überraschende Parallele etc. vgl. noch Bhg. vi, 30; ix, 29.

„In perturbationem non recides, o Pandava, cognitione munitus, cuius ope omnes creaturas sine exceptione in te ipso, dein in me videris.“<sup>1</sup> Alibi Bhagavat iterum explicat: „Qui me ubique et universa in me perspicit, isti ego non pereo neque ille mihi perit. Ille, qui me adorat tamquam praesentem in omnibus creaturis et qui ideo unicitudinem (omnium) profitetur, talis yogi in me habitat, qualiscumque sit via eius vitae.“ Bhg vi, 30—31.<sup>2</sup>

Unioni Bhagavat cum anima ei devota Rudolf Otto<sup>3</sup> sensum stricte theisticum tribuere conatur: etiam tunc, quando Bhagavadgīta terminis vedantisticis utitur et theopanismum profiteri videtur, de sola unione mystica Creatorem inter et creaturam agitur, quae in amoris exstasi perficitur. Quando sentimentum gradum exstaseos attingit, anima Deum amans sese in suo Deo obliviscitur, unionem cum Eo experitur et hancce experientiam apte per terminos et ideas ex mystica impersonalis advaita desumptas exprimere potest atque revera exprimit. Hanc mysticam pietatem erga Deum personalem, quam a mystica impersonalis advaita distinguendam curat, Rudolf Otto advaita-bhakti appellat. Ideas in versibus Bhg vi, 27—32 contentas Rudolf Otto „in sensu prorsus personali conceptam mysticam“ vocat, eandem mysticam personalem, quae in *Isa* Upaniṣad et in *Višnu-purana* invenitur.<sup>4</sup> Verba et sensus versus Bhg vi, 30 re vera sententiam in *Isa* Upaniṣad 6, expressam in memoriam revocant: „Qui vero omnes creaturas in seipso conspicit et in omnibus creaturis se ipsum, perturbationem animi nescit.“<sup>5</sup> Attamen Eliade, qui

<sup>1</sup> Bhg. iv, 35:

yaj jñatva na punar moham evam yasyasi Pandava  
yena bhutany asešena drakṣyasy atmany atho mayi

<sup>2</sup> Bhg. vi, 30—31:

yo mam pasyati sarvatra sarvam ca mayi pasyati  
tasyaham na pranasyami sa ca me na pranasyati  
sarvabhūtasthitam yo mam bhajaty ekatvam asthitah  
sarvatha vartamano 'pi sa yogi mayi vartate

<sup>3</sup> Otto Rudolf, Die Urgestalt der Bhagavad-gīta. Tübingen 1934, pg. 30—32.  
Otto Rudolf, Die Lehrtraktate der Bhg. Tübingen 1935, pg. 33.

Otto Rudolf, Vischnu-Narayana. Jena 1923, pg. 53—55.

<sup>4</sup> Otto Rud., Die Lehrtraktate der Bhg. Tübingen 1935, pg. 33.

<sup>5</sup> *Isavasyopaniṣad*, 6:

yas tu sarvāni bhutany atmany evanupasyati  
sarvabhūteśu catmanam tato na vijugupsate

et ipse in *Isa* Upanišad et in Bhagavadgīta vi, 30—31 idem motivum perspicit, ideam in locis istis expressam modo a R. Otto prorsus diverso interpretatur: „*Kṛṣṇa*, deus personalis et mysticae experientiae fons, cum brahma metaphysicae speculationis in Upanišadas propositae identificatur. Cuius speculationis conclusiones, identitas essentialis *atman*-brahman, accipiuntur et inter mysticos obiectum fiunt personalis experientiae; unio animae humanae cum anima cosmica, quae per *Kṛṣṇa* personificatur, possibilis est, quia ambae eandem essentiam possident. Sed anima humana per ignorantiam limitata, per appetitus egoisticos obnubilata, per dogmata seducta est. Bhagavadgīta methodos commendat, per quas harmonia et unio finalis inter ambas animas restaurari possunt. Et *yoga* est ex viis et remediis reconciliationis et unionis istius per experientiam realizandae.”<sup>1</sup>

Sed ad sensum verborum Bhagavadgītāe eruendum non est opus ad *Isa* Upanišad recurrendi: vocibus sensus proprius est reliquendus, qui optime Rudolphum Otto accusat eum non ideas Bhagavadgītāe, sed conceptiones proprias terminis eius supposuisse. Versus Bhg. vi, 27 illum extollit, qui identitatem cum brahma adeptus est (*brahmabhuta*); in vi, 28 infinita beatitudo in unione cum brahma esse affirmatur; versus proxime sequentes salutem<sup>2</sup> illi promittunt, qui capax est, qui identitatem sui ipsius cum universo mundo<sup>3</sup> et mundi cum deo Bhagavat<sup>4</sup> perspiciat: talis *yogi* unicitatem omnium profitetur (*ekatvam asthitah*, vi, 31 a), ubique et omnia illi unum idemque sunt (*sarvatra sama pasyati*, vi, 32 a).

Quae omnia ostendunt quantum abest, ut parallelismus Bhagavadgītam inter et Novum Testamentum admittatur. Actus Ap., omnipraesentiam Dei Creatoris, Gubernatoris et Domini omnium asseverantes (Act xvii, 24—30) etiam transcendentiam eius super omnia

<sup>1</sup> Eliada Mircea, *Yoga*. Paris 1936, pg. 158.

<sup>2</sup> Bhg. vi, 30: *na pranasyati*.

Bhg. vi, 31: *mayi vartate*.

<sup>3</sup> Bhg. vi, 29 a):

*sarvabhūtastham atmanam sarvabhūtāni catmani.*

<sup>4</sup> Bhg. vi, 30 a):

*yo mam pasyati sarvatra sarvam ca mayi pasyati*

Bhg. vi, 31 a):

*sarvabhūtasthitam yo mam bhajaty ekatvam asthitah.*

mundana infinite excelsi expresse verbisque iteratis inculcant. In Bhagavadgīta vero deus est principium mundo immanens,<sup>1</sup> quoad essentiam identificatum cum creaturis, quae ex eo per emanationem processerunt.<sup>2</sup> Et unio dei Bhagavat cum anima devota in pia extasi fervidissimae dilectionis in Bhagavadgīta verbis depingitur, quae monismum non vitant, sed supponunt. Quanto distat ah hisce placitis doctrina Christi, qui eos, quos Pater ei dedit (Joa xvii, 6) sibi iungit tamquam vitis palmites, ut eis vitam supernaturalem influat, quin personam suam cum personis eorum confundat!

## VARIA

### CONVENTUS INTERNATIONALIS „PRO ORIENTE CHRISTIANO“ ROMAE 2.—6. MAII 1937.

*Dr. Fr. Cinek.*

Ipsa die, qua liturgia Romana festum praecipui ex maximis fidei in Oriente defensoribus celebrat, S. Athanasii, patriarchae Alexandrini (295—373), die 2. Maii, conventus internationalis pro unione restituenda solemniliturgia in Ecclesia eiusdem Sancti Doctoris in Via del Babuino prope Collegium Graecum inauguratus est. Dies illa ex consulo electa est. Iam primae hebdomades pro unione (Settimana di studi e di preghiere per l'Oriente cristiano), quae a. 1930 Palermi et 1931 Syracusis celerabantur, festo S. Athanasii (27. IV.—4. V.; 26. IV.—3. V.) iunctae sunt. Festum S. Athanasii solemne centrum primarum hebdomadum fuit, quae pro unione promovenda in Italia instituebantur.

Hebdomas pro unione, hoc anno Romae instituta et in conventum internationalem ampliata, festum s. Athanasii primam diem suarum sessionum habuit. Graeco-catholici ritus Graeco-byzantini in Sicilia et in Italia meridionali devotione extraordinaria s. Athanasium honorant, cui traditio in Oriente epitheton „Pater orthodoxiae“, „Eccle-

<sup>1</sup> Bhg. viii, 22. Cf. praeterea iv, 35; vi, 30—31; vii, 7; ix, 6; x, 16; xv, 13, 17.

<sup>2</sup> Bhg. ix, 7, 8: sarvabhuṭāṇi... visṛjami.

siae columna" tribuit. Et Metropolis Romana Ecclesiae Catholicae ad s. theologum Orientis et fidei defensorem contra perniciosissimum antiquitatis christianaे errorem cum admiratione et grato honore oculos convertit. Romae s. Athanasius asylum invenit apud papam Julium, qui eum contra persequentes inimicos audacter defendebat. In Monte Aventino Romanis s. Athanasius vitam s. Antonii concripsit (quae vita vera gemma est antiquae litteraturae christiano-rum), per quam in Occidente ardorem vitae monasticae inflammavit.

Motus unionis promovendae inter clerum et populum fidelem Italiae per litteras encyclicas S. Patris Pii XI. „Rerum orientalium“, die 8. Sept. 1928 editis, excitatus est. Qui motus paucis abhinc annis vehementer crescebat atque in magnificam actionem unionisticam tota in Italia organizatam augebatur. Maximum influxum litterae encycliche praesertim in animos fidelium Siciliae et Italiae meridionalis exercebant, ubi graeco-catholici Italo-Albani partes magni momenti in vita ecclesiastica tenent. Etiam in seminariis et collegiis Italiae litterae encyclicae, speciatim post decreta S. Congreg. de Seminariis et Universitatibus studiorum (ddto 28. Aug. 1929 et 27. Jan. 1935) actionem pro unione restauranda incitavit. Centrum vero motus unionistici factum est „Circolo pro Oriente Cristiano“, penes seminarium centrale italo-albanense Palermi die 27. Aprilis 1929 erectum, praeside S. Em. cardinali Luigi Lavitrano, archiepiscopo Palermensi. A. 1931 annuente S. Congregatione de Seminariis et studiorum Universitatibus hicce „Circulus“ auctus est in organizationem, cui titulus impositus est „Associazione Cattolica Italiana per l'Oriente Cristiano“ et quae per totam Italiam actionem unionisticam diffundebat instituendo delegatos in singulis regionibus atque dioecesibus, delegatos dico, qui diligenter ac ardent cum animo circulos unionistico subique fundandos curant. Quae Associatio, quatuor Hebdomadibus studiorum et orationum pro unione restauranda (Settimane di preghiere e di studi per l'Oriente Cristiano) Palermi 1930, Syracusis 1931, Venetiis 1934, Bari Italiae 1936 habitis, hocce anno die 2. – 6. Maii conventum internationalem pro Oriente Cristiano Romae celebrandum convocavit, ut inter unionis zelatores omnium nationum unica et systematica actionis unionisticae ratio statueretur. Associazione Cattolica Italiana per l'Oriente Cristiano talimodo facta est centrum internationale, actiones particulares consocians.

Apitolatus ss. Cyrilli et Methodii in omnibus hebdomadibus unionisticis, per Associazione Cattolica Italiana convocatis, partes habuit tum per litteras a praeside S. E. archiepiscopi dris L. Prečan missas, tum etiam per delegatos (drem Jos. Vašica, Cyrillo-Methianae facultatis theologicae Olomucii professorem, qui Palermi 1930 Hebdomadi unionisticae, et per drem Vincentium Pořízka, in eadem facultate theologica docentem, qui Hebdomadi unionisticae Venetiis 1934 interfuit).

In conventum internationale „Pro Oriente Christiano“ Romae diebus 2.—6. Maii 1937 duo delegati ab Apostolatu ss. Cyrilli et Methodii praeside S. E. archiep. dre Leop. Prečan missi sunt, qui simul dictum Apostolatum et Academiam Velehradensem reprezentarent: prof. dr. Franciscus *Cinek*, facultatis theologicae a ss. Cyrillo et Methodio decanus, et P. Aloisius *Koláček*, S. J., Pontificii Collegii Velehradii rector. Quibus delegatis praeterea P. Aug. Mittnacht O. S. A., Praga, tamquam eorum, qui ephemericibus edendis operam navant, reprezentans iunctus est.

Conventus internationalis praesidi, S. Em. cardinali Luigi Lavitrano, simul haecce litterae a S. E. archiepiscopo dre Leop. Prečan missae sunt:

329/37.

20. Aprilis 1937.

Eminentissime et Reverendissime Domine!

Accepta humanissima invitatione ad Conventum Internationale „Pro Oriente Christiano“ Romae diebus 2.—6. Maii 1937 celebrandum, pro qua grates devotissimas exsolvo, fas mihi sit Eminentiam Vestram Rev.mam certiores reddere meipsum quidem esse impeditum quo minus illis diebus Romam proficisci possim. Mittam vero lubentissime ad Conventum hunc specialem meum delegatum simulque reprezentantem Apostolatus SS. Cyrilli et Methodii in persona Rev.mi et Cl.mi Viri Doct. Francisci *Cinek*, facultatis theologicae Olomucensis professoris et ad praesens etiam decani, qui Conventum Internationale, dummodo licuerit, nomine Apostolatus SS. Cyrilli et Methodii salutabit.

Petere intendunt Romam ad Conventum hunc Internationale

e Cecoslovacchia alii quoque viri ecclesiastici, quod gaudens audivi laetusque Eminentiae Vestrae annuntio.

Utinam Dominus Conventui Internationali „Pro Oriente Christiano“ benedicat!

Itaque dum pro aestimatissima invitatione iterum atque ex... etc.

† LEOPOLD PREČAN,  
*archieppus Olomuc. praeses Apostolatus s. C. M.*

Em.mo ac Rev.mo Domino Domino Aloysio  
Card. *Lavitrano*, Associationis Cath. Ital. „Pro  
Oriente Christiano“ Praesidi, Archiepiscopo  
etc. *Panormitano*.

*Conspectus eorum, qui Conventui internationali Romae interfuerunt:*

*Conventus internationalis „pro Oriente christiano“,  
Romae 2.—6. Mai 1937.*

- S. Em. Card. Luigi Lavitrano, archiep. Palermo praeses A. C. I. O. C.  
S. Exc. Mons. Marcello Mimmi, archiep. archiep. di Bari vice-praeses A. C. I. O. C.  
S. Exc. Mons. Nicola Giannattasio, archiep. Pessinonte delegatus regionalis pro Roma A. C. I. O. C.  
S. Exc. Princ. Nicolo Lelio Orsini, praes. Pia Assoc. di S. Nicola. Egreg. Sig. Commend. Romualdo Ciccarelli, vice-praes. Assoc. di S. Nicola.  
P. Chrys. Bauer O. S. B., redactor ephem. „Der christliche Orient“ München delegatus „Catholica Unio“ (Germania).  
P. Borromeo di Meersveldhoven O. M. Cap., secretarius „Studienclub“, Nijmegen (Hollandia).  
P. Nilo Borgia O. S. Bas., red. „Bollettino della Badia di Grottaferrata“ (Italia).  
Can. Dr. Nicol. Brînzeu, professor, Lugoj (Romania).  
Prof. Dr. Frant. Činek, delegatus Apoštolát sv. Cyrila a Metoděje, Olomouc, „Acta Academiae Velehradensis“ (Československo). Superior Cirillo di Terneuzen O. M. Cap., (Polonia).

- P. Isidoro Croce O. S. Bas., prior abbatiae S. Nillo, Grottaferrata (Italia).
- Prof. Dr. Placido de Meester O. S. B., consultor Congreg. Orientalis (Roma).
- O. Vladimír Dlusski, parochus Russorum Berolini.
- P. C. Dumont O. P., red. „Russie et Chrétienté“ dir. „Istina“ (Gallia).
- D. Paolo Garrò, delegato „Katholiki“ Athenae (Graecia).
- P. Maur. Gordillo S. I., vice-praes. Pont. Ist. Orientale (Roma).
- P. Emilio Herman S. I., praeses Pont. Ist. Orientale (Roma).
- Archimandrita Stefan Ilkič, red. „Douhovna Straža“ Sombor (Jugoslavia).
- Dr. M. A. Jansen, prof. Warmond.
- P. A. Koláček S. I., rector Pontificii Collegii a ss. Cyr. et Methodio Velehradii (Československo).
- P. Cyril Korolevski, consultor Congr. Orientalis, red. „Stoudion“, (Roma).
- P. Tom. Kurent O. Cist., red. „Kraljestvo Božje“ Maribor — delegatus Apostolatus S. Cyrilli et Methodii, Ljubljana.
- P. C. Lialine O. S. B., red. „Irénikon“ Amay-sur-Meuse (Belgia).
- Onorev. Egilberto Martire, prof. R. Istit. per l'Oriente, Neapoli.
- Can. Dr. Mirt, delegatus Apostolatus Sv. Cirilo in Metoda, Maribor.
- Dr. Michael Niechaj, univ. prof., Lublin (Polonia).
- Prof. Ign. Ortiz de Urbina S. I., red. „Orientalia Christiana Periodica“ (Roma).
- Mons. D. Panciera, delegatus regionalis A. C. I. O. C. e Venetiis.
- A. Pappas Gaetano Petrotta, secret. Associazione C. I.
- Rosol. Petrotta, secret. Associazione C. I.
- P. Ren. Pilkington, delegatus regionalis A. e. i.; deleg. „The eastern Churches Quarterly“ (Anglia).
- Dr. Villibald Plöchl, univ. docens Vindobonae (Austria).
- P. Ant. Prešeren S. I. asistens slavus S. J., (Roma).
- P. Alf. Raes S. I., profess. Pont. Ist. Orientale, (Roma).
- P. Rocco Rogošić O. F. M., red. „Nova Revija“ Makarska (Jugoslavia).
- P. Sev. Salaville A. A., deleg. „Echos d'Orient“ e „L'Unité de l'Église“ (Gallia).

Mons. Conte Alexander Sypjagin, profes. Pont. Ist. Orientale (Roma).

A. G. Smit, red. „Apostolaat der Hereeniging“ (Hollandia).

Archipresbyter C. Spallanzani, red. „L'Oriente Cristiano e l'Unità della Chiesa“ Bibbiano (Italia).

P. Metod Turnšek, O. Cist. Abbatia Stična (Jugoslavia).

P. Van Keulen, C. SS. R., praes. „Apostolaat der Hereeniging“ (Hollandia).

P. Boh. Waczyński S. I., delegatus „Oriens“ Varsovia (Polonia).

D. Polycarp Xanthakis, delegatus „Katholiki“ Athenae (Graecia).

Delegatus „Catholica Unio“ (Helvetia).

Conventus inauguratus est per solemnem liturgiam ritus graeci in ecclesia s. Athanasii, Via del Babuino, prope Collegium Graecum, celebrante Mons. Alejandro Jevreinov, episcopo ordinante ritus byzantini Romae. Concelebrantes erant: praep. monasterii graeci de Grottaferrata P. Croce, vicerector Collegii Craeci P. Vagazzini, archimandrita Petrotta, secretarius dell' Opera per l'Oriente, archimandrita Perniciariaro, rector seminarii orientalis in Palermo. Inaugurationi liturgicae praeses Associationis S. Em. card. Luigi Lavitrano, archiepiscopus de Palermo, et S. Em. card. Tisserant, praefectus S. Congregationis pro Ecclesia Orientali intererant. Praesens fuit etiam vicepraeses Associationis, archiepiscopus de Bari Italiae, mons. Marcellus Mimmi cum plurimis praelatis Congregationum et rectoribus et alumnis collegiorum orientalium Romae. Adfuerunt omnes in conventu participantes. Chorus e collegio Graeco, O. Sabasio Yonakim moderatore, solemnem missam canticis prosequebatur. Ecclesia s. Athanasii, pulcherrimo iconostasio insignis, populo referta erat. (Dies nempe fuit Patrocinii eiusdem ecclesiae.)

Sessio solemnis et publica conventum inaugurans hora 17 auditoribus ex latissimo populo destinata erat. Hac de causa in aulam magnam Expositionis Internationalis Preli Catholici in aedibus Vaticanani convocata erat. Interfuerunt iterum Emm. cardinales Lavitrano et Tisserant cum plurimis episcopis variorum rituum et cum praelatis S. Congregationum archiep. Bartolomasi, Ordinarius Militum Italiae, archiep. Giannattasio, delegatus regionis Romanae, mons. Constantini, secretarius S. Congreg. de Propaganda Fide,

mons. Ferretti, protonotarius S. Congreg. rituum et plurimi alii delegati S. Congregationum, Supremi Moderatores Ordinum religiosorum (mechitaristae per duos episcopos Armenos repreaesentabantur). Magnifica multitudo fuit eorum, qui a diversissimis episcopis et associationibus unionisticis ex variis nationibus missi erant quibusque locus honoris reservabatur.

Absoluto cantu liturgico alumnorum Collegii Graeci, praeses Expositionis Internationalis Preli Catholici, comes Dalla Torre conventum salutavit; exinde conventus director, Pontificii Instituti Orientalium Studiorum rector, prof. Hermann (Germanus) prolocutione prolata litteras, quibus episcopi ex diversis terris conventum salutabant, perlegit. Litterae ardore ferventes, quas archiepiscopus noster me mediante conventui misit, secundo loco perlegebantur, lectis litteris cardinalis e Philadelphia. Exinde nomina eorum, qui a variorum nationum associationibus et ephemeredum redactionibus missi erant, perlegebantur. Tum Vaticani radiotelegraphicci servitii magister P. Soccorsi benedictionem SS. Patris, qui sabbato ad Castel Gandolfo iter fecit, conventui annuntiabat. Omnia, quae in conventu agebantur, per servitium radiotelegraphicum status Vaticani diffundebantur.

Canticum liturgico Collegii Rutheni expleto, S. Em. cardinalis Lavitrano amplissimum sermonem lingua italica protulit de finibus, quos labores unionistici prosequuntur. Subsecuta est praelectio vicepraeisdicis Associationis Pro Oriente Christiano archiepiscopi de Bari Italiae, Mons. Mimmi, et quidem de obligationibus, quas actio catholici apostolatus animis fidelium imponit. Ambo nobiles oratores seriem consequentiarum maximi momenti ex litteris encyclicis ss. Patris Pii XI. „Rerum Orientalium“ deducebant.

## RELATIO

*de diebus peculiaribus „Pro Oriente Christiano“ in Facultate theologica a SS. Cyrillo et Methodio et in Seminario Maiori clericorum Olomucii anno schol. 1936 – 37 celebratis necnon de ceteris, quae ad promovendum redditum Orientalium dissidentium et ad provehenda studia orientalium rerum eodem anno peracta sunt.*

In Facultate theologica a SS. Cyrillo et Methodio et in archiepiscopali Seminario Maiori clericorum Olomucii, ubi conatus unionistici longaeva traditione fulciuntur (archidioecesis nempe Olomucensis antiquum unionismi centrum Velehradii possidet, sepulcro S. Methodii insigne, ubi septem congressus unionistici, zelatores ex diversissimis nationibus adunantes, celerabantur) anno scholari 1936-37 pluries Academiae instituta et orationes precesque in piis adunationibus fusae sunt ad unionem promovendam.

**Dies peculiares Orienti Christiano celebrando  
instituti sunt hoc anno quattuor:**

1. Die 29. Novembris in honorem s. Josaphat, praecclari Ecclesiasticae unitatis promotoris.
2. Die 14. Martii 1937 in honorem ss. Cyrilli et Methodii, Slaviae apostolorum.
3. Die 2. Maii 1937 ad Orientalium diem Paschae celebrandum.
4. Die 15. Julii 1937 occasione piae peregrinationes et congressus theologorum Velehradii prope sepulcrum S. Methodii dies peculiaris Orienti Christiano dicatus est, quem tres Academiae sequabantur, quae in itinere studiis Russiae Subcarpathicae destinato agebantur.

### I.

Prima dies peculiaris „Pro Oriente Christiano“ honestabat diem festum S. Josaphat die 29. Novembris 1936. Peractis solemnibus vesperis ritus byzantino-slavici perfunctisque precibus pro unione restauranda Academia instituta est in honorem S. Josaphat, unioni admaturandae consecrata. Academiae huic, quae in aula archiep-

Seminarii Maioris ante effigiem ornatam S. Josaphat, Unionis patroni, parata est, exules Ucraini graeco-catholici interfuerunt, qui associationi „Ukrajinská hromada“ Olomucii nomen dederunt. Cum exlibus Ucrainis nonnulli „orthodoxi“ venerunt. In Academia chorus clericorum canebat. Cantica et recitationes tres paelectiones sequerantur: clericus graeco-catholicus V. Labanič, de s. Josaphat Kuncević locutus est, praeclaro Eccl. unitatis promotore; V. Marunčák, olim militum centurio, de Unione inter Ucraionos acceleranda verba fecit; exinde dr. Fr. Cinek, theolog. fac. a SS. Cyrillo et Methodio decanus, sermonem protulit, cui titulum paeфиксit: „De reditu Savorum Orientalium dissidentium ad Ecclesiam catholicam promovendo.“

Academia persoluta 5 „orthodoxi“ in sinum Ecclesiae catholicae redierunt.

## II.

Secunda dies peculiaris „Pro Oriente Christiano“ die 14. Martii 1937 in honorem SS. Cyrilli et Methodii instituta est.

Haec dies eundem finem atque ordinem ac prima dies „Pro Oriente Christiano“ secuta est. Praeter missae sacrificium et vesperas solemnes ritus byzantino-slavi Academia cum canticis, recitationibus et paelectionibus parata est. Sermones protulerunt: Joannes Murín, clericus graeco-cath., „De ss. Cyrillo et Methodio atque conatibus unionicistis.“

Dr. Fr. Cinek, fac. theolog. a Ss. Cyrillo et Methodio decanus: „De oratione pro reditu Orientalium dissidentium“

Academiae istic iterum exules Ucraini graeco catholici, in associatione „Ukrajinská hromada“ congregati, interfuerunt simul cum quibusdam „orthodoxis“, ex quibus 2 ad Ecclesiam Catholicam redierunt.

## III.

Tertia dies peculiaris „Pro Oriente Christiano“ in diem 2. Maii 1937 reposita atque solemniis. Paschae Graeco-catholicorum iuncta est.

Missa solemnis ritus byzantino-slavi a P. Kazimiro Bojsak, O. S. Fr., (e Russia Subcarpathica oriundo) celebrata est. Cantus litur-

gicos clericorum chorus canebat. In Academia, cui iterum exules Ucraini graeco-catholici et hospites „orthodoxi“ interfuerunt, praelectionem protulit clericus Joannes Roháč. Thema praecipuum pralectioni suae praefixit P. Kazimirus Bojsak O. S. Fr., loquens „De cultu liturgico Ecclesiae Orientalis.“

#### IV.

Quarta dies peculiaris „Pro Oriente Christiano“ occasione piae peregrinationis ac congressus theologorum Olomucensium ad sepulcrum s. Methodii Velehradii die 15. Julii ordinata est. In peregrinatione ista, quae quotannis suscipitur, delegati theologorum ex omnibus Bohemiae, Moraviae, Slovachiae seminariis partes tenebant. In Academia, in vesperem diei 14. Julii dilata, quam chori clericorum Olomucensium et Brunensium cantibus exornaverunt, sermones protulerunt: prof. dr. Fr. Cinek, fac. theol. Cyr. Meth. decanus, Fr. Svetlik, praelatus et canonicus Olomucii, P. Aloisius Turk, missionarius et professor ex urbe Skoplje in Serbia, praeterea delegati seminariorum ex Bohemia, Moravia, Slovakia. Die 15. Julii missa sollemnissima in basilica Velehradensi celebrabatur, quam sessio plenaris in Aula Slavorum (ubi Congressus unionistici Velehradenses sessiones tenere solent) sequebatur. Initio sessionis canticum Cyrillo-Methodianum canebat et epistula Excellentissimi et Revni archiepiscopi dris Leopoldi Prečan, Moraviae metropolitae, perfecta est, cui exinde telegramma in signum honoris atque devotionis missum est. Similiter nuntii honoris atque pietatis missi sunt apostolico nuntio Excellentissimo et Revmo Domino Xaverio Ritter, Pragae, praeterea Eminentissimo cardinali Carolo Kašpar, archiepiscopo Pragensi, et omnibus Čechoslovachiae Ordinariis. Praecipuas praelectiones protulerunt: Mons. dr. Jos. Vašica, fac. theologicae Carolinae Universitatis Pragensis decanus, „De historia unionismi apud Slavos“ et canonicus Mons. Fr. Jemelka, Apostolatus ss. Cyr. et Meth. secretarius generalis, „De conatibus unionisticis Velehradensibus et in Čechoslovachia nostri temporis.“ Praeter hosce oratores etiam alii verba fecerunt: prof. dr. Fr. Cinek, fac. theol. Cyr. methodiana decanus; prof. dr. Karel Skroupý, Seminarii Maioris Brunensis regens; Fr. Valena, associationis „Slavia catholica“ delegatus.

*De excursione in Russiam Subcarpathicam suscepta ad studia profundiora Unionismi provehenda (diebus 16 – 25 Julii 1937).*

Congressu Velehradensi die 16. Julii 1937 finito clericorum Olo-mucensium turma, qui studiis Orientis Christiani incumbunt, prof. dre Francisco Cinek, Facultatis theol. Cyr. Meth. decano, duce in graeco-catholicas dioeceses Mukačaviensem et Prešoviensem ad studia Unionismi profundius colenda iter fecit. Studiorum excursioni huic finem participantes praefixerunt liturgiam orientalem propius cognoscendam, Orientalium templa et monasteria visitanda, animum religiosum graeco-catholici populi videndum sicque scientiam ad labores unionisticos suscipiendos necessariam profundius fundandam.

Ii, qui inter studiorum faciebant, die 17. Julii in urbe Užhorod Academiam instituerunt, cui S. E. Mons. Alexander Stojka, epp. graeco-catholicus Mukačeviensis, praeterea Collegium canonicorum Užhorodensium Mons. Dr. Basilio Hadžega protoiereo duce permultique homines exculti interfuerunt. In Academia verba fecerunt: Joannes Murín, theologus; P. Alexius Ivančo, religionis professor Užhorodii; Dr. Myron Kalinec, Basilianorum hegumenus; Dr. Fr. Cinek, fac. theol. Cyr.-meth. decanus; S. E. Mons. A. Stojka, Mukačeviensis episcopus. Praecipua paelectio fuit professoris P. Alexii Ivančo de historia religionis in Russia Subcarpathica.

Secunda Academia cyrillomethodiana die 20. Julii in urbe Chust parata est. In Academia, cui cleris tum graeco-catholicus tum romano-catholicus interfuit paelectiones tenebant J. Murin, theologus, et prof. Dr. Franciscus Cinek, fac. theol. Cyr.-meth. decanus. Thēma paecipuum fuit professoris religionis P. Demetrii Popovič „De historia unionis in Russia Subcarpathica. (Quando theologi perantiquum monasterium Basilianorum in urbe Mukačevo sitabant, ubi pretiosissima bibliotheca invenitur, sermonem protulit P. Glebus Kinach O. S. B. M. et hegumenus P. Onufrius Burdjak O. S. B. M.

Tertia Academia Cyrillo-Methodiana die 24. Julii in urbe Prešov in Seminario Maiori graeco-catholico instituta est. In Academia, cui Collegium canonicorum Prešoviensium, superiores et professores Seminarii Maioris graeco-catholici et permulti ex clero

interfuerunt, verba fecerunt Joannes Murín, clericus, et Dr. Jos. Kizák, seminarii Maioris Prešoviensis professor, loquens de historia eparchiae graeco-catholicae Prešoviensis et de historia unionis. Praeterea allocutionem protulit Revmus praelatus Mons. Dr. Nicolaus Russnák, vicarius generalis, Academiam prof. Dr. Franciscus Cinek, fac. theol. Cyr. Meth. decanus, peroratione clausit. S. E. Mons. Pavel Gojdič, episcopus graeco-catholicus Prešoviensis, qui in Slovacchia exercitiis spiritualibus sacerdotalibus vacabat, litteras, quibus Academiam benigne salutavit, misit.

**Alia negotia „Pro Oriente Christiano“ anno  
scholari 1936-37 suscepta:**

Piae devotiones unionisticae:

14. Novembris 1936: Devotio ad s. Josaphat in sacello ss. Cyrilli et Methodii in Seminario Maiori Olomucensi cum consideratione prof. dr. Fr. Cinek, fac. theol. Cyr. Meth. decani.
14. Februarii 1937 (memoria beatae mortis s. Cyrilli): Devotio ad s. Cyrilum cum exhortatione prof. dr. Fr. Cinek, fac. theol. Cyr. Meth. decani.
16. Martii 1937: Devotio ad b. Andream Bobola cum sermone Rev. D. Ladislai Zamýkal, periodici „Našinec“ redactoris.  
Missae ritus byzantino-slavi in Seminario Maiori olomucensi in sacello ss. Cyrilli et Methodii, praesentibus theologis et canentibus choris theologorum, celerabantur:  
die 22. Novembris 1936 ab archidiacono P. Eugenio Ortutay de Berehovo (Russia Subcarp.),  
die 6. Decembris 1936 a P. Čisárik, sacerdote graeco-catholico de Praha,  
die 14. Martii 1937 ab P. Kazimiro Bojsak O. S. Fr., de Uherské Hradiště,  
die 18. Martii 1937 a Mons. dr. Ludovico Minya, patre spirituali e graeco-catholico seminario Maiori in Užhorod,  
die 2. Maii 1937 ab R. Kazimiro Bojsak, O. S. Fr., de Uherské Hradiště,  
die 25. Maii 1937 a Mons. Alexio Pelipenko, protoiereo de Volhynia.

Praecipuae piae devotiones pro unione restauranda fiunt quotannis in Seminarie Maiori Olomucensi per novem dies ante Dominicam Pentecostes cum solemni liturgia pro unione, quae die Pentecostes celebratur.

Prima quaque die dominica mensis etiam suscipitur devotio pia pro unione, cui missae sacrificium iungitur, ad intentionem negotiorum unionis offerendum. Vesperi fit večernja (vesperae ritus orientalis).

Praeterea in seminario Maiori Olomucensi Circulus unionisticus ss. Cyrilli et Methodii constitutus est, in quo hoc anno septem praelectiones unionisticae habitae sunt.

In auditorio magno facultatis theol. a Ss. Cyrillo et Methodio hoc anno a decano Cyr. Meth. facultatis, prof. dr. Fr. Cinek, qui a S. E. dr. Leopoldo Prečan, archiepiscopo Olomucensi, missus tamquam delegatus eiusdem Excellentissimi archiepiscopi atque associationis Apostolatus ss. Cyrilli et Methodii conventui internationali unionistico, Romae diebus 2—6 Maii 1937 habito, interfuit, insuper duae praelectiones speciales diebus 7. et 24. Maii protulit, quorum argumentum fuerunt acta eiusdem Congressus unionistici internationalis, obiectum, quod ibidem in praelectionibus et disputationibus tractabatur et ea, quae de organisatione „Associazione Cattolica Italiana per l'Oriente Cristiano“ scitu digna sunt. Eodem tempore publicationes eiusdem Associazione Cattolica Italiana per l'Oriente Cristiano ab eodem Cyr. Meth. facultatis decano in speciali expositione omnibus perviae factae sunt.

In facultate theologica a ss. Cyrillo et Methodio in sacrae theologiae cursu universo peculiaris ratio habetur quaestionum, quae ad Ecclesiam orientalem (praeprimis Russicam) spectant et specialis cursus de liturgia byzantino-slava et historia unionis institutus est moderatore professore linguae et litteraturae palaeoslavicae.

(Continuabitur.)

(NB. Recensiones ob defectum spatii in hoc fasciculo omittendae, in quarto fasciculo locum suum obtinebunt.)

## MEMENTO MORTUORUM

Msgre Dr. Antonius *Breitenbacher*, archivarius archiepiscopalis Kroměřížensis, socius referens Academiae Velehradensis, etc die 8. Augusti 1937 pie in Domino obiit.

Natus die 12. Februarii 1874 in pago Jarošov prope Uherské Hradiště, ordinatus sacerdos 1896, nominatus praefectus studiorum in seminario minori Kroměřížensi (usque ad a. 1898), per ecit studia specialia in philosophica facultate Oenipontana ex historia universalis et geographia, 1903 promotus doctor philosophiae, munere professoris historiae ac geographiae fungebatur in dicto seminario minori ab a. 1902 usque ad a. 1922 (respective ad a. 1924 uti professor auxiliaris adhuc).

Anno 1915 archiepiscopus Franciscus Cardinalis Bauer commisit ipsi etiam administrationem archiepiscopalis bibliothecae et a die 1. Aprilis 1921 nominatus est ab archiepiscopo b. m. Dre Antonio Stojan archivarius archiepiscopalis uti successor archivarii Dris Snopek.

Diligentissimo labore ordinavit tum bibliothecam, tum archivium in aestiva residentia archiepiscopali Kroměřížensi, conservans plurima documenta ecclesiastica et nationalia, testantia evolutionem vitae ac culturae in Moravia. Cura eius conditum est etiam musaeum, pinacotheca, cuius historiam juris publici fecit. Praeterea diversas quaestiones ex historia archiepiscopatus Olomucensis ac Moraviae in scientificis diariis pertractavit.

In agnitionem eius meritorum in historia nostra electus est h. c. socius associationis scientificae „Vlastenecký musejní spolek“ Olomucensis et die 10. Januarii 1934 nominatus ob eadem merita socius „Regiae bohemicae associationis scientificae Pragensis“. Socius referens Academiae Velehradensis nominatus est die 18. Novembris 1931. — R. I. P.

R. D. Ladislauš *Zamykal*, consiliarius tit. archiepiscopalis consistorii Olomucensis, redactor ephem. „Našinec“, membrum praesidii Academiae Velehradensis et Apostolatus ss. Cyrilli et Methodii sub protectione beatae Mariae Virginis, praeses associationis scholasticis „Matice Cyrillo-methodianae“ etc, die 22. Augusti 1937 in noso-

comio urbis Uh. Hradiště prope Velehradium pie in Domino obiit.

Natus die 31. Augusti 1884 in oppido Prostějov, studia scholae mediae perfecit in seminario minori Kroměřížensi, studia theologica in facultate theologica Olomucensi. Ordinatus sacerdos die 5. Ju-lii 1907 in cura animarum per breve tempus tantum adhibebatur (uti cooperator in Něm. Libina, deinde in Postřelmov). Die 1. Ja-nuarii 1910 venit adhuc juvenis sacerdos in redactionem epheme-ridis „Našinec“, cuius redactor auxiliaris prius, deinde ab anno 1922 redactor principalis est factus et per totam vitam uti strenuus ac versatissimus publicista ephemeridi fidelis mansit mira cum mode-stia posthabitatis omnibus aliis-melioribus muneribus.

Praeter nominatam ephemeridem redigebat vel in redactione adjuvabat et alia diaria catholica (Severní Morava, Archa, Eva). Optime meritus est etiam de societate typographica editrice „Lidové závody tiskařské a nakladatelské“ Olomucii, — Plurimos labores optimo cum successu perfecit in magistratu Olomucensi, in directo-rio theatri, in organisatione, dicto syndicatu publicistarum. Ultimo tempore creatus praeses scholaris associationis „Matice C. M.“, quae scholis catholicis adjuvandis erat instituta, sed propter mali-tias temporum nimis debitum est aggravata. Praeses Zamykal labore suo indefesso ac sapienti directione sua novas vires novamque vi-tam dictae Matice infudit.

R. D. Ladislaus Zamykal totam suam vitam sacerdotalem et acti-vitatem hereditati ss. Apostolorum Cyrilli et Methodii consecravit, cultumque eorum sive uti redactor, sive uti scriptor, necnon uti so-cius diversarum associationum, paeprimis uti membrum Apostola-tus ss. Cyrilli et Methodii et Academiae Velehradensis ubique ac semper promovebat. De activitate Academiae Velehradensis qua membrum praesidii optime meritus est.

Ultimum sacrum missae sacrificium solemniter die Assumptionis b. M. V., coelestis Reginae, cui basilica Velehradensis est dedica-ta, celebravit et in nosocomium urbis Uh. Hradiště, gravi morbo fractus, est adductus, ut prope Velehradium, cuius amore ac sancto zelo semper flagrabat, migraret ad Dominum et sanctos Patres nostros.

*HAVE A NIMA PIA!*

# In deposito Academiae Velehradensis adhuc supersunt:

## *Slavorum litterae theologicae:*

Conspectus periodicus, Pragae. (Incomplete!)

Tom. I. 1905  
Tom. II. 1906

Tom. III. 1907  
Tom. IV. 1908

Tom. V. 1909  
Tom. VI. 1910

## *Acta Academiae Velehradensis:* (Incomplete.)

Tom. VII. 1911 fasc. 1.—2., fasc. 3., fasc. 4. 20 Cč.  
Tom. VIII. 1912 1.—3. fasc. 10 Cč.  
Tom. IX. 1913 1.—2. 5 Cč.  
Tom. X. 1914—1919. 30 Cč.

Tom. XI. 1920—1922. 15 Cč.  
Tom. XII. 1. — 2., 1932  
Tom. XII. 3. — 4., 1934

## *Acta Conventus Velehradensis:*

Acta I. Conventus Velehradensis. 10 Cč.  
Acta II. Conventus Velehradensis. 10 Cč.  
Acta III. Conventus Velehradensis. 15 Cč.

Acta IV. Conventus Velehradensis, 40 Cč.  
(leg. 50 Cč.)  
Acta V. Conventus Velehradensis. 50 Cč.  
Acta VI. Conventus Velehradensis. 50 Cč.

## *Opera Academiae Velehradensis:*

Tom. II. *Konstantinus-Cyrillus und Methodius, Die Slavenapostel* von Franz Snopek, Kremsier 1911. 30 Cč.

Tom. III. *Nomenclator (incompletus).*

Tom. IV. *Acta conventus Velehrad. III. uti supra.*

Tom. V. *Die Slavenapostel, Kritische Studien* von Dr. Franz Snopek, Kremsier 1918. 30 Cč.

Tom. VI. Trudy. *Acta Conventuum Velehradensium in lingua russica.* 10 Cč.

Tom. VII. Popov, *Katechismus (germanice).* 5 Cč.

Tom. VIII. *Vladimír Sergijevič Solovjev, jeho život a působení* od K. Jindřicha. 5 Cč.

Tom. IX. Dr. Fr. Grivec, *Pravoslaví, ze slovinského rukopisu přeložil Martin Chudoba, Kroměříž 1921.* 5 Cč.

Tom. X. *Byzantinské pojímání církevního prvenství s dodatkem o pravověrnosti svatého Cyrila a Metoda* od Fr. Grivce, univ. prof., přeložil Martin Chudoba, Kroměříž 1922 (exhaustum)

Tom. XI. *Acta V. Conventus Velehradensis 1927.* 50 Cč. (2 Dol. am.)

Tom. XII. Dr. Grivec, *Die hl. Slavenapostel Cyrilus und Methodius.*

Tom. XIII. Dr. Bonifác Segeťa, *Církev východní a západní. Z jazyka řeckého český překlad,* 25 Cč. (Socii A. V. 16 Cč.)

Tom. XIV. *Acta cursus Pragensis 1930.* Pret. 38 Cč.

Tom. XV. Rudolf Hurt, *Dějiny cisterciáckého kláštera na Velehradě.* 1934. 60 Cč.

Tom. XVI. Dr. Vincenc Pořízka, *Solovjev a církev.* 1935. 15 Cč.

Tom. XVII. Dr. Jos. Vajs, *Evangelium sv. Jana.* Text rekonstruovaný.

# Academia Velehradensis Olomouc ČSR. Salesianum.

**ACTA  
ACADEMIAE  
VELEHRADENSIS**

**ANNUS XIII.  
FASC. 4.**

**OLOMUCII 1937**

**SUMPTIBUS ACADEMIAE VELEHRADENSIS**

# ACTA ACADEMIAE VELEHRADENSIS

Eduntur annuatim in quatuor fasciculis. Subnotatio pro anno 30 Kč, pro externis 40 Kč.

Redactores: Prof. dr. Jos. Vašica, msgre Frant. Jemelka, prof. dr. Josef Matocha, dr. Vincenc Pořízka, collaborantibus professoribus Collegii theologicae facultatis a ss. Cyrillo et Methodio, Olomucensis.

Redactio: Olomouc, Úřednická 7. – Administratio: Olomouc, Salesianum.

Auxilium in edendis Actis promiserunt: Prof. dr. Franc. Grivec, Ljubljana; dr. Jos. Slipyj, rector Academiae Leopoliensis; prof. P. Sev. Salaville; prof. dr. M. Jugie; dr. Georgius Hofmann, S. J., prof. Pont. Inst. Orientalis Romae; prof. Aman, S. J., professor Pont. Inst. Orientalis; dr. Theophilus Spáčil, dr. Thomas Kurent, S. O. Cist., Stična, Jugoslavia; dr. Andreas Živković, prof. univ. Zagreb; dr. Rochus Rogošić, prof. theolog. Makarska; dr. Ignatius Świrski, prof. univ. Wilno; dr. Špůrek, prof. theolog. Obořiště; dr. Ant. Salajka, Praga.

---

## Contenta in fasc.: 4.

	Pag.
P. G. Hofmann, S. J., Formulae praeviae ad definitionem concilii Florentini de processione Spiritus sancti	237
Dr. Thomas Kurent, Studia quaestionem de primatu ecclesiae saeculo IX. disputatam illustrantia	260
Varia. Dr. Fr. Cinek, Conventus internationalis pro Oriente Christiano, Romae 2. – 6. Maii 1937.	297
Msgre Fr. Jemelka: Monumenta Velehradensia	306
Recensiones: C. Chevalier S. J., La mariologie de saint Jean Damascène, (jm.), Dr. Andreas Iščak, Догматика изданиснога сходиј Theologia dogmatica Orientis separati (Fr. Grivec), Dr. Valerij Vlinskij, Ruská revoluce 1825 – 1936, Dr. V. Kubíček, Katechetika, Dr. Jos. Matzke, Das kirchliche Friedhofs- und Begräbniswesen	
J. M. R., Archiv orientální – Journal of the Czechoslovak Oriental Institute (dr. B. Kutil)	309
Memento mortuorum	321

# Acta Academiae Velehradensis

Tomus XIII.

A. D. 1937.

Fasc. 4.

REDACTIO: OLOMOUC, SALESIANUM, RČS.

---

Num. ord. 977/37

IMPRIMATUR

Olomucii, 9. XI. 1937.

† LEOPOLDUS, archiepiscopus Olomucen.

---

## FORMULAE PRAEVIAE AD DEFINITIONEM CONCILII FLORENTINI DE PROCESSIONE SPIRITUS SANCTI.

20. IV.—8. VI. 1439.

*P. Georgius Hofmann, S. J.*

(Continuatio.)

9.

### Duodecim quaestiones latinorum.

*ca. 9. maii 1439.*

*Latini de documento n. 8 duodecim quaestiones a graecis resolvendas petunt, quae circa sensum terminorum theologicorum versantur.*

*Parisinus graecus 42 : 1637<sup>v</sup> — 165<sup>r</sup> Creyghton 245—7.*

1. Ἐπειδὴ ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ γραμματίου ὑμῶν περιέχεται διτι, ἐπειδὴ ὑπελαμβάνετε τε τὸν Στατίνον λέγειν τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ νιόν ἐκ πορεύεσθαι τὸν πόνον ἀρχῶν καὶ τὰλλα, διὰ

Quoniam in initio vestri scripti continetur: quia opinati estis latinos dicere, Spiritum Sanctum ex Patre Filioque procedere tamquam a duobus principiis etc., propterea abstinuistis ab additione sive explicatione in symbolo

*τοῦ τοῦ ἐφυλάχθη τε ἀπὸ τῆς προσθήκης ἡ ἀναπτύξεως τῆς γενομένης ἐν τῷ συμβόλῳ καὶ ἀπὸ τῆς κοινωνίας ἡμῶν, ἀλλ ἐπειδὴ ἐπληροφορήθητε τὸν Λατίνους κρατεῖν τούναντίον, οὐκ ἔτι διείλετε ἥδη φυλάττεσθαι τὴν προειρημένην προσθήκην ἡ ἀνάπτυξιν. Καὶ γὰρ τῆς αἰτίας ἀργούσης, ἀργεῖν διείλει καὶ τὸ ἀποτέλεσμα. Επὶ τόδε οὖν ξηζοῦμεν ἀπολογίαν.*

*2. Εκτίθεσθε τὴν τῶν Λατίνων πίστιν. Αἴτοῦμεν ἵνα ἀποκριθῆτε, ἀν ταύτην νομίζητε, ἀληθῆ, καὶ τῆδε θέλητε συνθέσθαι.*

*3. Ἐκτιθέατε τὴν πίστιν ὑμῶν, λέγοντες πιστεύειν τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι. Ζητοῦμεν, ἵνα ἀποκριθῆτε, ἀν πιστεύητε ἀϊδίως ἐκπορεύεσθαι ἐκ τοῦ πατρὸς μόνου, οὐχὶ δὲ καὶ ἐκ τοῦ νίοῦ.*

*4. Λέγετε τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον ἵδιον εἶναι τοῦ νίοῦ. Ζητοῦμεν, ἵνα διευκρινήσητε, πότερον ἵδιον νοεῖτε τοντέστιν ὅμοούσιον μόνον ἢ ἵδιον τοντέστι ἔχον ἀϊδίως τὸ εἶναι ἐξ αὐτοῦ τοῦ νίον καθάπερ ἐκ τοῦ πατρός.*

*5. Λέγετε ἐξ αὐτοῦ ἀναβλύζειν. Ζητοῦμεν σαφήνειαν, πότερον ἡ λέξις ἥδε τὸ ἐξ αὐτοῦ πρὸς τὸν πατέρα ἀναφέρεται ἢ πρὸς τὸν νίον.*

*6. Εἰ πρὸς τὸν νίον ἀναφέρεται,*

*facta et a communione nostra, sed quoniam vobis persuasistis latinos contrarium tenere, non debetis amplius praedictam additionem sive explicationem cave-re. Nam causa cessante, cessare debet etiam effectus. De hoc responsum desideramus.*

**2. Latinorum fidem exponitis.**  
Petimus, ut respondeatis, an illam ut veram aestimetis, et illi uniri velitis.

**3. Exposuistis fidem vestram asserendo vos credere Spiritum Sanctum ex Patre. Quaerimus, ut respondeatis, an eum aeternaliter ex Patre solo, non autem etiam ex Filio procedere credatis.**

**4. Dicatis Spiritum Sanctum proprium esse Filii. Quaerimus, ut explicetis accurate, utrum per illud *proprium* intelligatis Spiritum Sanctum tantum consubstantialem an *proprium* id est ab aeterno suum esse ab ipso Filio sicut a Patre habentem.**

**5. Dicatis ex eo scaturire. Quaerimus declarationem, utrum illa vox *ex eo* ad Patrem referatur an ad Filium.**

**6. Si ad Filium refertur, u-**

πότερον ἀναβλύξειν ἀϊδίως νοεῖτε, καὶ οὐσιωδῶς καὶ προσωπικῶς ἐκ τοῦ νίοῦ, ἢ οὐ.

7. Ζητοῦμεν διασάφησιν, τί σημαίνοι παρὸν ὑμῖν τὸ φῆμα τοῦ ἀναβλύξειν. Εἰ τὴν οὐσίαν δηλονότι καὶ τὸ ὑποστατικὸν εἶναι ἔχει τε καὶ λαμβάνει ἐξ αὐτοῦ τοῦ νίοῦ; Καὶ εἰ ταύτὸν σημαίνει τῷ ἐκπορεύεσθαι; Καὶ, εἰ ἐν τινὶ διαφέρει; Καὶ ἐν τίνι;

8. Λέγετε οὐσιωδῶς ἐξ ἀμφοῖν ἥγονν ἐκ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ νίοῦ προχεῖσθαι. Ζητοῦμεν διασάφησιν, ἀν οὐσιωδῶς νοῆτε καὶ ἀϊδίως.

9. Τί ἀν σημαίνοι τὸ οὐσιωδῶς καὶ ἀϊδίως προχεῖσθαι ἐξ ἀμφοῖν; Εἰ δηλονότι τὴν οὐσίαν ἔχειν, καὶ λαμβάνειν ἐξ ἀμφοῖν; Καὶ εἰ ἐν τῷδε τῷ πράγματι ταύτον ἐστι τὸ προχεῖσθαι καὶ ἐκπορεύεσθαι; Καὶ εἰ ἐν τινὶ διαφέρουσι; Καὶ ἐν τίνι;

10. Ἀν ἡ πρότασις αὕτη ἡ ἀληθής, τὸ πνεῦμα τὸ ἀγιον προχεῖται καὶ ἐκπορεύεται ἀϊδίως ἐκ πατρὸς καὶ νίοῦ, ἀνευ ταύτης τῆς ἐξηγήσεως ἐκ πατρὸς δὲ νίοῦ, ἢ ἐτέρας ἐξηγήσεως;

11. Ἡνίκα λέγετε δι' νίοῦ, ἀν ἡ λέξις αὕτη γε ἡ διὰ κατά γε τὴν ὑμετέραν ἔννοιαν λέγη καὶ τὸν νίὸν αἰτίαν εἶναι καὶ ἀρχὴν τοῦ ἀγίου πνεύματος;

12. Λέγετε ἡδη ἐν οὐμεδα καὶ θεοφιλῶς συναπτόμεθα.

trum scaturire intelligatis: ab aeterno et substantialiter et personaliter ex Filio, necne?

7. Petimus declarationem, quid apud vos vocabulum scaturire significet. An substantiam scilicet subsistentiam personalem habeat et accipiat ex ipso Filio? An idem dicat procedere? An in aliquo differat? Et in quo?

8. Dicitis substantialiter ex utroque sive ex Patre per Filium profundi. Quaerimus declarationem, an intelligatis substantialiter et aeternaliter.

9. Quid significet substantialiter et aeternaliter ex utroque profundi? An scilicet substantiam habere et accipere ex utroque? An in hac re profundi et procedere idem significant? An aliquo differant? Et in quo?

10. An haec propositio: *Spiritus Sanctus profunditur et procedit aeternaliter ex Patre et Filio*, sine illa explicatione: ex Patre per Filium sive alia explicatione, sit vera?

11. Quando dicitis per Filium, an haec vox, scilicet per, secundum intelligentiam vestram dicat etiam Filium esse causam et principium Spiritus Sancti?

12. Dicitis: iam unimur et pie concordamus. Quaerimus decla-

*'Ερωτῶμεν οὖν λαβεῖν σαφήνειαν, ἐν τίνι ἔνούμεθα καὶ συναπτόμεθα. Πότερον ἐν ᾧ λέγομεν ἡμεῖς, ἢ ἐν ᾧ ὑμεῖς λέγετε; Καὶ ἡνίκα κατέχωμεν, ὡς ἐκρατοῦμεν, καὶ ὑμεῖς κρατεῖτε, δπερ ορατεῖτε;*

*'Αλλὰ μὴν τὸ τελευταῖον, οὐδὲν ναται συνίστασθαι εἴπερ ἀπ' ἀλλήλων διαφερόμεθα. "Ἐν γὰρ καὶ ταύτῃ δεῖ ὑπάρχειν, ἐν ᾧ ἀν γένοιτο δύο διχονούντων ἔνωσις." Ηὕνα ἡμεῖς μὲν ορατῶμεν τὴν ἡμετέραν ἄμα καὶ ὑμετέραν δμολογίαν, ὑμεῖς δὲ τὴν τε ὑμετέραν καὶ ἡμετέραν. Οὐδὲ τοῦτο δύναται συνίστασθαι. Καὶ γὰρ εἰ διανοίᾳ καὶ τῷ σκοπῷ αὐταὶ αἱ δμολογίαι διαφωνοῦσι, τίνι τρόπῳ ἄμα τὰναντία ορατήσομεν; 'Ἐπεὶ δὲ τῶν ἐναντίων θάτερον δεῖ ψεῦδος εἶναι, πῶς τὸ ορατεῖν τὸ ψεῦδος δμοῦ μετὰ τῆς ἀληθείας ἐν τοῖς τῆς πίστεως πράγμασι γένοιτ' ἀν θεοφιλῆς σύνδεσμος; 'Αλλ' ἵσως τὴν ἔνωσιν ἐν τῇ κοινωνίᾳ μόνῃ νοεῖτε, ὡς τὰ ἐπόμενα τοῦ γραμματίου ὑμῶν ὑπεμφαίνει; 'Αλλὰ τίς ποτ' ἀν εἴη ἥδε ἡ ἔνωσις; Συναναστρέφεθαι μὲν ἄμα τῷ σώματι, διαφωνεῖν δὲ τῇ διανοίᾳ καὶ τοῖς δήμασιν ἐν τοῖς τῆς πίστεως καὶ πρὸς σωτηρίαν ἀναγκαίοις;*

*Προσῆκον οὖν δοκεῖ καὶ ἀναγκαῖον τὸ τῶν Λατίνων γραμμάτιον, ἐν ᾧ πρότερον ἐκτίθεται ἡ τῶν ἀμφοτέρων μερῶν διάνοια κἀντεῦθεν τίθεται ἡ ἀληθῆς καὶ κοινὴ τῆς*

*rationem accipere, in qua re uniamur et concordemus. Utrum in eo, quod nos profitemur, an in eo, quod vos profitemini? Et dum nos tenemus (*professionem fidei*), sicut tenebamus, et vos tenetis id quod tenetis?*

Sed profecto demum non potest fieri unio, si ab invicem discrepamus. Unum enim idemque debet esse, in quo unio duorum dissentientium locum habeat.

Aut nos nostram simul et vestram professionem (*fidei*) amplecti oportet, vos autem vestram et nostram. Ne hac quidem via unio fieri potest. Nam si sensu et fine ipsae profesiones (*fidei*) disperant, quo modo simul contraria sustinebimus? Cum alterum contrariorum debeat esse erroneum, quomodo professio erroris simul cum veritate, in rebus *fidei*, possit fieri unio deo cara? Sed forsitan unionem in sola communione aspicitis, sicut sequentia in vestra schedula manifestant? Sed quae unquam haec unio erit? Conversari simul corpore, discrepare vero mente et verbis in rebus *fidei* et ad salutem necessariis?

Conveniens ergo et necessaria esse videtur latinorum schedula, in qua prius exponitur ambaram partium mens, deinde ponuntur vera et communis eiusdem

αὐτῆς πίστεως ὁμολογία ἐν τῇ αὐτῇ  
διανοίᾳ καὶ τοῖς αὐτοῖς φήμασιν.

*Παρακαλοῦμεν οὖν καὶ αἰτοῦμεν,  
ἵνα κατὰ μέρος ἐφ' ἔκαστον τῶν  
προειρημένων κεφαλαίων ἄνευ τῆς  
τῶν δημάτων ἀμφισβητήσεως δώ-  
σητε τὴν ἀπολογίαν καὶ διακρινή-  
σητε τὴν διάνοιαν ὑμῶν ὡς τάχιον  
δυνατὸν γενέσθαι, ἥγουν ἀπλῶς  
τὸ γραμμάτιον ἐκεῖνο δπερ ὑμῖν  
ἐδεδώκειμεν, δέξησθε.*

fidei professio eodem sensu et  
eisdem verbis.

*Exhortamur ergo et petimus  
(vos), ut ad singula omnium sup-  
radictorum capitum detis respon-  
sum sine verborum ambiguitate  
et vestram mentem quam celer-  
rime illustretis clare, aut sim-  
pliciter illam schedulam, quam  
vobis dedimus, acceptetis.*

## 10.

### Sermo cardinalis Cesarini.

15. maii 1439.

*Cardinalis Julianus Cesarini nomine Papae coram imperatore by-  
zantino conqueritur, quod graeci explicationes (cf. documenta n. 6.,  
9) a latinis desideratas non dedissent; imperator graecos defendere  
studet, ideas documenti n. 6 repetendo; cardinalis deinde in explica-  
tione accurata terminorum theologicorum insistit.*

*Vindobonensis graecus 14 : 188<sup>r</sup> — 189<sup>r</sup>; 17 : 150<sup>r</sup> — 151<sup>r</sup>*

*Mansi 31 A : 977D—E, 980A—B; Nickes 285—6.*

*Τῆς παρασκευῆς τοίνυν ἐλθό-*  
*σης, ἦτις ἦν πεντεκαιδεκάτη τοῦ  
μαΐου μηνός, ἀπῆλθε καὶ πάλιν ὁ  
βασιλεὺς ἐν τῷ παλατίῳ τοῦ πάπα,  
κατὰ τὸ ἐπηγγελμένον αὐτῷ.*

*Καὶ τὸν λόγον ἀναλαβὼν ὁ καρ-  
δινάλιος Ἰουλιανὸς, ὃς ἀπὸ προ-  
σώπου τοῦ πάπα, ἐφη τῷ βασιλεῖ  
οὕτως.*

*Ἡμεῖς, γαληνότατε νίέ, καὶ μίαν  
καὶ πολλάκις ἐξηγήσαμεν γενέσ-*

Feria ergo sexta, quae erat de-  
cimus quintus (dies) mensis maii,  
abiit iterum imperator in palatium  
Papae, ut illi annuntiatum uerat.

*Et sermonem incepit Julianus  
cardinalis, sicut ex persona Papae,  
locutus est imperatori hoc modo:*

*Nos, serenissime fili, et semel  
et saepe studuimus, ut fierent*

θαι τὰς διαλέξεις, ἵνα ζητηθῇ καὶ εὑρεθῇ ἡ ἀλήθεια, καὶ οὐκ ἡθελήσατε.

Ἐστείλαμεν ἔγγραφον ὁμολογίαν πίστεως, καὶ οὐκ ἡρκέσθητε.

Ἐγράψατε ὑμεῖς καὶ ἐστείλατε ἡμῖν δόγματα καὶ δητὰ τῶν ἀγίων καὶ σιδασκάλων τῆς ἐκκλησίας·

καὶ ἐρωτᾶμεν ὑμᾶς δοῦναι τὴν αὐτῶν ἔξηγησιν,

καὶ οὐ δέλετε ἔξηγηθῆναι.

Ὑμεῖς πλέον τι οὐκ ἔχομεν εἰπεῖν.

Ἀπεκρίθη ὁ βασιλεὺς καὶ εἶπεν αὐτῷ·

Ἐγὼ οὐκ εἴμι αὐθέντης τῆς συνόδου, οὐδὲ τυραννικῶς θέλω ἐνωθῆναι ἡμᾶς. Ἀλλ' ἡ σύνοδος ἡ ἡμετέρᾳ οἰκειοθελῶς συνεκατέβη καὶ ἐστειλε τὴν ὁμολογίαν ταύτην, ἥν λέγετε, ἵνα ἔξηγηθῶσι.

Καὶ ἐστιν ἀρκετή, καὶ οὐ δέεται ἔξηγήσεως, ἐπεὶ τὸ ἀναβλύζειν, τὸ προχεῖσθαι, τὸ πηγάζειν, μίαν αἰτίαν διδόασι τῷ υἱῷ καὶ οὐ λέγοντι καθαρῶς οἱ ἡμέτεροι διὰ τὴν ἀμαθίαν τῶν ἴδιωτῶν. Τί δὲ ἄλλο θέλετε, ἀγνοῶ.

Αἰτίαν διμολογεῖτε τοῦ πνεύματος τὸν υἱόν, οὐδὲν ἀντιλέγομεν, ἀλλὰ μετὰ τῶν δητῶν τούτων ἐνούμεθα ὑμῖν. Καὶ ἐπειδὴ ἐνούμεθα, οὐκ ἀντιλέγομεν.

Ο δὲ Ἰουλιανὸς ἀποκρινόμενος ἔφη·

Ἄλλὰ τὸ πηγάζειν, τὸ ἀναβλύζειν, τὸ προχεῖσθαι οἱ ὑμέτεροι δευ-

disputationes ad quaerendam et inveniendam veritatem, et noluntur.

Misimus scriptam professionem fidei, nec ea contenti fuistis.

Scripsistis vos, et misistis nobis dogmata et dicta sanctorum et Doctorum ecclesiae;

et quaerimus a vobis, ut detis eorum explanationem;

et non vultis explicare.

Nos quidquam amplius dicere non habemus.

Respondit imperator dixitque illi:

Ego non sum dominus synodi, nec tyrannice nos volo uniri. Sed synodus nostra sua sponte devenit ad hoc et misit hanc confessionem, quam dicitis esse explanandam.

Sufficit vero, nec explicatione indiget; nam (voces) scaturire, effundi, profluere tribuunt causitatem Filio; nostri aperte non loquuntur propter ignorantiam vulgi. Nescio, quid aliud velitis.

Causam Spiritus profitemini Filium; nihil contradicimus sed, per haec verba vobiscum unimur; et quoniam unimur, non contradicimus.

Julianus autem respondit:

Sed (voces) profluere, scaturire, effundi vestri secundae proces-

τέρα προόδῳ τοῦτο διδόασι, δηλονότι τῇ χρονικῇ.

ἡμεῖς δὲ θέλομεν ἐξήγησιν κατὰ τὸν νοῦν τῶν ἀγίων τῶν λεγόντων τὰ φητὰ τὴν ὑπαρκτικὴν αἰτίαν διδόντες τῷ νίῳ σὺν τῷ πατρὶ.

*Tὸ γὰρ λέγειν τὸν μέγαν Κύριλλον οὗτος προχεῖται καὶ ἐκ τοῦ νίου καθὼσπερ καὶ ἐκ τοῦ πατρός, οὐκ ἔστιν ἔτερον, εἰ μὴ*

*ἐκ πορεύεται καὶ τοῦ νίου καθὼσπερ καὶ ἐκ τοῦ πατρός.*

*Καὶ τὸ ἀναβλύζειν, καὶ τὸ πηγάζειν ὕσπερ ὁ πατήρ, οὗτον καὶ ὁ νίός, ταῦτὸν ἔστι.*

sioni, scilicet temporali tribuunt;

Nos vero volumus explicacionem secundum mentem sanctorum, qui vocibus illis usi sunt, assignantes Filio una cum Patre causalitatem subsistentiae.

Quod enim Magnus ait Cyrillus ita effunditur etiam ex Filio, quem admodum plane et ex Patre, non est aliud nisi hoc :

*procedit etiam ex Filio sicut et a Patre.*

Et idem est: scaturire, et profluere, sicut a Patre, ita etiam a Filio.

## 11.

### Hortatio papae.

21. maii 1439.

*Papa tres cardinales ad imperatorem mittit, qui explicationem graecorum de termino per in formula per Filiū obtinere student.*

*Vindobonensis graecus 189<sup>r</sup> — 189<sup>r</sup>; 17 : 151<sup>r</sup> — 151<sup>r</sup>.*

*Mansi 31A : 980E; Nickes 287.*

*Tῇ δὲ εἰκοστῇ πρώτῃ τοῦ μαΐου μηνὸς, ἡμέρᾳ πέμπτῃ, ἀπέστειλεν ὁ βασιλεὺς πρὸς τὸν πάπαν ξητεῖν τέλος τοῦ πράγματος. "Εστειλεν οὖν ὁ πάπας πρὸς αὐτὸν καρδιναλίους τρεῖς, τὸν καμεράριον, τὸν Ἰουλιανόν, καὶ τὸν Φιλμάνον, λέγων καὶ ξητῶν ἐξηγηθῆναι τὰ δόγ-*

Die vero vicesimo primo maïi feria quinta, misit imperator ad Papam petens, ut rei finem imponeret. Misit ergo Papa ad eum tres cardinales, camerarium, Julianum, Firmanum, dicens petensque, ut explanarentur dogmata, quae scripta miserant, et maxime

ματα, ἀ ἔστειλαν ἐγγράφως, καὶ μάλιστα τὴν διά, διαιρῶν αὐτὴν εἰς τέσσαρα, ἥ δι’ ὁργάνου ὡς διὰ πρίονος, ἥ διὰ τῆς ὑλῆς ὡς ὁ οἶκος, ἥ διὰ σωλῆνος ὡς τὸ ὕδωρ, ἥ φυσικῶς καὶ οὐσιωδῶς ὡς ὁ νῖος τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον.

propositio *per*, dividens eam in quattuor puncta, aut per instrumentum sicut per serram, aut per materiam sicut domus, aut per canalem sicut aqua, aut naturaliter et substantialiter, ut Filius (relate ad) Spiritum Sanctum.

## 12.

### Sermo Papae.

27. maii 1439.

*Papa de induciis graecorum in quaestione formularum de processione Spiritus Sancti coram episcopis graecis in palatio apostolico congregatis lamentatur.*

*Vindobonensis graecus 14 : 190<sup>r</sup> — 191<sup>r</sup> 17 : 152<sup>v</sup>.*

*Mansi 31 A : 984E; Nickes 289.*

*Εἴπατε ἴνα δώσωμεν ἐγγράφως τὴν πίστιν ἡμῶν, πρᾶγμα ἀνοίκειον τῇ ἐκκλησίᾳ τῆς Ῥώμης ἀεί. Ἐπίστασθε γὰρ ἀκριβῶς, πόσην τιμὴν ἔδιδονν οἱ ἀνατολικοὶ τῇ ἐκκλησίᾳ τῆς Ῥώμης ἀεί, καὶ πόσην ὑποταγήν.*

*Ἡμεῖς δὲ συνεκατέβημεν καὶ ἐν τούτῳ, ἐγράψαμεν γὰρ καὶ ἀπεστείλαμεν·*

*ἀλλὰ καὶ ἐπλημμέλησε καὶ ἐν τούτῳ ὁ καιρός·*

*ἔστείλατε ὑμεῖς γραμμάτιον δυσάγωγον τῆς πίστεως,*

*καὶ ἐρωτῶμεν ὑμᾶς ἐξηγηθῆναι αὐτό, καὶ οὐ θέλετε.*

Dixistis, ut fidem nostram vobis scriptam traderemus; quae res semper fuit aliena ecclesiae romanae. Scitis enim accurate, quantum honorem orientales ecclesiae romanae dederint, et quantam obedientiam.

Nos autem etiam in hoc indulsimus, nam scripsimus et misimus;

*sed in hoc etiam frustra tempus perditum est;*

*misistis vos scripturam fidei perplexam*

*et quaerimus vos, ut haec explanetur, et noluistis.*

13.

**Sententiae in synodo graecorum.**

30. maii 1439.

*Georgius Scholarius, patriarcha Joseph II., Isidorus Kioviensis,  
Bessarion, Dorotheus Mitylenensis sententias faventes ecclesiae ca-  
tholicae pronuntiant.*

a) *Sententia Georgii Scholarii.*

*Vindobonensis graecus 14: 193<sup>r</sup> – 194<sup>r</sup>; 17 155<sup>r</sup> — 155<sup>v</sup>.*

*Mansi 31 A: 992E, 993 A—C; Nickes 294—5.*

*Εὐλαβεῖ διανοίᾳ πιστεύω καὶ  
δμολογῶ, δτι τῶν ἄγιων τῶν δυ-  
τικῶν καὶ ἀνατολικῶν, οὓς ἀνάγκη  
συμφωνεῖν ἀλλήλοις, λεγόντων·*

*τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον ἐκ τοῦ πα-  
τρὸς καὶ τοῦ νίοῦ ἐκπορεύεσθαι,  
ἔτι τὸ πνεῦμα ἐκπορεύεσθαι ἐκ  
πατρὸς δὶ νίοῦ, ἔτι προιέναι, ἐκ  
τοῦ νίοῦ εἶναι, ἐκ πατρὸς δὶ νίοῦ  
εἶναι, ἐκ τοῦ νίοῦ προχεῖσθαι, κα-  
θάπερ ἐκ τοῦ πατρός, οὐσιωδῶς  
ἐξ ἀμφοῖν προχεῖσθαι, ἀναβλύζειν  
ἐκ τοῦ νίοῦ, καὶ τὰ τοιαῦτα,*

*μία ἀλήθεια ἐκ τούτων ἀπάντων  
συνάγεται·*

*καὶ δτι τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον τὸ  
εἶναι λαμβάνει παρὰ τοῦ πατρὸς  
καὶ τοῦ νίοῦ καὶ<sup>1</sup> ἐκπορεύεται ἐκ  
τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ νίοῦ ὡς ἐκ  
μιᾶς ἀρχῆς καὶ ἐνὸς προβολέως·*

*Devota mente credo et profi-  
teor:*

*cum sancti occidentales et ori-  
entales, quos necesse est inter  
se concordare, dicant:*

*Spiritum Sanctum ex Patre et  
Filio procedere, Spiritum ex Patre  
per Filium procedere, emitti, ex  
Filio esse, ex Patre per Filium  
esse, ex Filio effundi quemad-  
modum ex Patre, substantialiter  
ex ambobus effundi, scaturire ex  
Filio, et similia,*

*una veritas ex his omnibus col-  
ligitur:*

*quod scilicet Spiritus Sanctus  
suum esse a Patre et Filio accipit  
et a Patre et Filio procedit tam-  
quam ab uno principio et uno pro-  
ductore;*

<sup>1</sup> Ita in codicibus Vindob.

*καὶ ὁ πατὴρ καὶ ὁ νίος εἰσὶ μία ἀρχὴ τοῦ ἀγίου πνεύματος.*

*καὶ οὕτε ἐπεται ἐντεῦθεν εἶναι τὸν πατέρα καὶ τὸν νίον δύο ἀρχάς, οὕτε συναλείφεσθαι τὸν πατέρα καὶ τὸν νίον, εἰ καὶ τινες διὰ τὸ μὴ καλῶς δύνασθαι τὰ τοιαῦτα συνορᾶν, ἐπεσθαι τῇ δόξῃ ταῦτα τὰ ἄτοπα ὑποπτεύοντι.*

*Διὰ τοῦτο ταύτῃ τῇ δόξῃ ἡ τῇ προτάσει συντίθεμαι διτὶ τὸ πνεῦμα ἐκπορεύεται ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ νίου, ἡ ἐκ πατρὸς διὰ τοῦ νίου, ὡς μᾶς ἀρχῆς καὶ μᾶς αἰτίας.*

*Καὶ λέγω εἶναι ταύτην ἀληθεστάτην· καὶ λέγω τὸν δυτικὸν ἀγίους μετὰ τῶν ἀνατολικῶν οὕτω συμφωνεῖν ἐξ ἀνάγκης, καὶ ἄλλως ἀδύνατον συμφωνεῖν·*

*ἀναθέματι καθυποβάλλων τὸν φρονοῦντας δύο ἀρχάς, ἡ τὴν προσωπικὴν τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ νίου διάκρισιν παρασαλεύοντας.*

*quod Pater et Filius unum principium Spiritus Sancti sunt;*

*quod neque sequitur inde Patrem et Filium esse duo principia, neque Patrem et Filium confundi, etsi aliqui suspicantur haec absurdā sequi ex hac sententia, quia nequeunt bene huiusmodi res intelligere.*

*Ideo huic sententiae sive propositioni assentior: *Spiritus Sanctus ex Patre et Filio procedit sive ex Patre per Filium, tamquam ab uno principio et una causa.**

*Et hanc (sententiam) verissimam esse dico, et sanctos occidentales cum orientalibus aio sic concordare ex necessitate, et aliter impossibile esse eos congruere;*

*anathemati subiiciens eos, qui duo principia ponunt, vel eos, qui personalem Patris et Filii distinctionem pervertunt.*

### b) *Sententia patriarchae.*

*Vindobonensis graecus 14 : 155<sup>v</sup> ; 17 : 144<sup>r</sup>.*

*Palatinus graecus 285 : 153<sup>r</sup>.*

*Ottobonianus graecus 171 : 263<sup>r</sup>.*

*Etiam recensio Syropuli, in Parisino graeco 427 : 174<sup>v</sup>, concordat cum textu in PRAKTIKA dato, excepta inversione vocabulorum hac: ἀνατολικῶν καὶ δυτικῶν.*

*Mansi 31 A : 993 C—D; Nickes 295.*

*Creyghton 162.*

*Ἐπειδὴ ἡκούσαμεν τὰ δόγματα τῶν ἀγίων πατέρων τῶν δυτικῶν καὶ*

*Quia sanctorum Patrum occidentalium et orientalium dicta*

ἀνατολικῶν, τὰ μὲν λέγοντα, ὡς ἐκπορεύεται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ νίοῦ, τὰ δέ, ἐκ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ νίοῦ.

εἰ καὶ ἔστι τὸ διὰ τοῦ νίοῦ ταῦτὸν τῷ ἐκ τοῦ νίοῦ, καὶ τὸ ἐκ τοῦ νίοῦ ταῦτὸν τῷ διὰ τοῦ νίοῦ, δμως ἡμεῖς τὸ ἐκ τοῦ νίοῦ ἀφέντες, λέγομεν, δτι

τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται ἐκ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ νίοῦ ἀϊδίως καὶ οὐσιωδῶς, ὡς ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς καὶ αἰτίας, τῆς διὰ ἐνταῦθα σημανούσης αἰτίαν ἐπὶ τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐκπορεύσεως.

audivimus, partim huius tenoris :

*Spiritus Sanctus procedit ex Patre et Filio, partim alterius : ex Patre per Filium,*

etsi vox *per Filium* idem est quod *ex Filio*, et *ex Filio* idem ac *per Filium*, attamen nos vocem *ex Filio* relinquentes, dicimus :

*Spiritus Sanctus ex Patre per Filium aeterne et substantialiter tamquam ab uno principio et causa procedit, propositione *per* hic causam significante in *Spiritus Sancti* processione.*

### c) *Sententia Isidori Kiovensis.*

*Vindobonensis graecus 14 : 174<sup>v</sup> — 195<sup>r</sup>; 17 — 156<sup>r</sup>.  
Mansi 31 A 976 D; Nickes 297.*

Ταῦτα τοῦ βασιλέως εἰπόντος, εἶπεν δὲ τοποτηρητὴς τοῦ Ἀντιοχείας πατριάρχου δὲ Πωσίας Ἰσιδώρου.

Καὶ τὰ δητὰ τῶν ἁγίων δυτικῶν δεκτέα, καὶ τὸ πνεῦμα ἔχει τὸ εἶναι ἐκ τοῦ νίοῦ, καὶ δὲ πατὴρ καὶ δὲ νίὸς μία ἀρχὴ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου. Οὕτω συντίθεμαι, οὕτως δύολογῶς, καὶ οὕτω ηγούττως ἐνώπιον θεοῦ καὶ ὑμῶν.

Post haec verba imperatoris locumtenens patriarchae Antiocheni, Russiae metropolita Isidorus dixit :

Et dicta sanctorum occidentaliū accipienda sunt, et *Spiritus* habet esse *ex Filio*, et *Pater* et *Filius* unum (sunt) principium *Spiritus Sancti*. Ita assentior, ita profiteor, ita pronuncio coram Deo et vobis.

### d) *Sententia Bessarionis.*

*Vindobonensis graecus 14 : 195<sup>r</sup>; 17 : 156<sup>r</sup>.  
Mansi 31 A : 996 D — E; Nickes 297.*

*Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Νικαῖος Βησσαρίων εἶπε γνώμην ταῦτὰ συμφωνῶν. Πλὴν ἐδημηγόρησεν, ἔρμαιον εὑρὼν τὴν γνώμην αὐτοῦ, καὶ παρέστησεν ἐναργῶς, ἀδύνατον εἶναι σωθῆναι χριστιανόν, μὴ δύμολογοῦντα τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ νιοῦ.*

Et respondens Nicaenus Bessario dixit sententiam in eundem sensum. Praeterea concionem habuit occasione suae sententiae, et probavit clare, non posse salvari christianum qui non profitetur Spiritum Sanctum ex Patre et Filio.

e) *Sententia Dorothei Mitylenensis.*

*Vindobonensis graecus 14 195<sup>r</sup> – 195<sup>v</sup>; 17 156<sup>v</sup>.  
Mansi 31 A : 997 A—D; Nickes 297—8.*

*Nῦν δὲ συνόδου συγκροτηθεῖσης, καὶ τοῦ δόγματος ἐξετασθέντος, οὐχ εὗρον τὴν δόξαν ταύτην οὕτω καθὼς τὸ πρότερον.*

*Ἄλλὰ λέγουσιν οἱ λατῖνοι, ὅτι ὁ πατὴρ καθὸ πατὴρ τοῦ νιοῦ ἐστι πατὴρ, καὶ ὁ νιὸς καθὸ νιὸς τοῦ πατρός ἐστιν νιός· σχετικὰ γάρ εἰσι ταῦτα καὶ τῶν πρόσων.*

*Τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον καθ’ ἑαυτὸν οὔτε πρός τὸν πατέρα, οὔτε πρός τὸν νιὸν ἀναφέρεται, καθὸ πατὴρ ἡ νιός· οὐδὲ γάρ ἐστι τῶν πρόσων.*

*Τὸ γὰρ πνεῦμα καθὸ πνεῦμα πρὸς τὸν πνέοντα δεῖ ἀναφέρεσθαι. Πνέοντας δὲ εἶναι τὸν πατέρα καὶ τὸν νιὸν οὐδεὶς ἀντερεῖ λόγος·*

*πνεῦμα γάρ ἐστι τοῦ πατρὸς, καὶ πνεῦμά ἐστι τοῦ νιοῦ· καὶ, ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοὶ· καὶ, ὁ ἐωρακώς ἐμὲ ἐέωρακε τὸν πατέρα.*

Nunc autem synodo celebrata et dogmate examinato, non inventi illam sententiam talem, quam prius putaveram.

Sed latini dicunt: Pater ut Pater est Filii Pater, et Filius ut Filius est Patris Filius; haec enim relativa sunt et ad aliquid.

Spiritus Sanctus ut Spiritus per se neque ad Patrem neque ad Filium, quatenus Pater et Filius, refertur, cum non sit ad aliquid.

Spiritus enim ut Spiritus ad spirantem debet referri. Spirantes autem esse Patrem et Filium nulla ratio infirmabit.

Nam est Spiritus Patris, et Spiritus Filii. *Ego in Patre, et Pater in me; qui vidit me, vidit meum Patrem* (confer Joan. XIV 9—10.)

*Πνέει οὖν ὁ πατὴρ καὶ ὁ νίδος τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον κατὰ μίαν πνευστικὴν ἥτοι προβλητικὴν δύναμιν.*

*'Εξετάσας οὖν τὸν ἄγιον καλῶς, καὶ συμφώνουντο εὑρὼν ἀπανταῖς, τὸν μὲν δυτικὸν σαφέστερον τῶν ἀνατολικῶν λέγοντας·*

*οἱ γὰρ ἀνατολικοὶ προχεῖσθαι, πρόεισιν, προϊέναι, ἵησιν, ἀναβλύζειν, πηγάζειν, καὶ δῆσα τοιαῦτα, ἔτεροι δὲ καὶ διὰ τοῦ νίοῦ ἐκπορεύεσθαι λέγοντες·*

*οἱ δὲ δυτικοὶ ἀνεπτυγμένως πως ἐκπορεύεσθαι καὶ τοῦ νίοῦ, καὶ ὡς ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς ἐκπορεύεσθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον φάσκουσι.*

*Τοῦτοις ἀκολουθῶν καὶ ἐπόμενος, καὶ αὐτὸς ἀποφαίνομαι, διτι ἐκπορεύεται τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον ἐκ πατρὸς καὶ νίοῦ ὡς ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς, καὶ οὐκ ἔστιν ἀπὸ δύο αἰτῶν οὐ γάρ ἔστιν ὁ πατὴρ μία αἰτία, καὶ ὁ νίδος ἔτέρα αἰτία τοῦ πνεύματος μίαν γὰρ οἶδα τὸν πατέρα αἰτίαν νίοῦ τε καὶ πνεύματος, καὶ μίαν ἀρχὴν τὸν πατέρα καὶ τὸν νίόν, δταν ἀκούω ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ νίοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον.*

*Οὕτω φρονῶ, καὶ οὕτως ὅμολογῶ ἐνώπιον θεοῦ καὶ ἀνθρώπων.*

*Spirat ergo Pater et Filius Spiritum Sanctum per unam spirativam sive productivam potentiam.*

*Postquam bene inquisivi sanctos, omnesque concordes inveni, occidentales apertius quam orientales:*

*nam orientales: effundi, emititur, emitti, egreditur, scaturire, profluere, et caetera huiusmodi aiunt, alii autem: per Filium procedere;*

*occidentales autem expresse dicunt: procedit etiam ex Filio; procedit Spiritus Sanctus ut ab uno principio.*

*His me associo eosque sequor, et ipse declaro:*

*Spiritus Sanctus ex Patre et Filio tamquam ab uno principio procedit, et non a duabus causis; neque enim Pater est una causa, et Filius altera causa Spiritus Sancti; unam enim novi causam Filii et Spiritus Patrem, unumque principium Patrem et Filium, cum audio: Spiritum Sanctum ex Patre et Filio.*

*Ita sentio, et ita profiteor coram Deo et hominibus.*

**Synodus graecorum.**

die 3. iunii 1439.

*Synodus graecus, exemplum patriarchae sequens. sententiam pro processione Spiritus Sancti ex Patre et Filio fert.*

*Vindobonensis graecus 14 : 196<sup>v</sup> ; 17 : 157<sup>v</sup>.*

*Mansi 31 A:1001 A—B; Nickes 300.*

εἶπεν δὲ πατριάρχης γνώμην εὐ-  
θὺς τοιαύτην·

Ἐγὼ τὸ πατροπαράδοτον δόγμα  
ἡμῶν οὐδέποτε παραμείψω ἢ πα-  
ραλλάξομαι, ἀλλὰ μενῶν ἔως ἐσχά-  
της μου ἀναπνοῆς ἐν αὐτῷ·

Ἐπεὶ δὲ οἱ λατῖνοι οὐκ ἔξι ἔαν-  
τῶν, ἀλλ’ ἐκ τῶν ἀγίων γραφῶν  
ἔξηγοῦνται τὴν ἐκπόρευσιν τοῦ  
παναγίου πνεύματος εἶναι καὶ διά-  
τοῦ νίον,

στέργω κάκείνοντος, καὶ δίδωμι  
γνώμην, διτὶ δὲ αὐτῇ αἰτίαν  
δίδωσι τῷ νίῳ ἀγίου πνεύματος,  
καὶ ἐνοῦμαι αὐτοῖς καὶ συγκοι-  
νωνῶ.

Τοῦ πατριάρχου οὖν ταύτην τὴν  
γνώμην εἰπόντος, ὁμογνωμονήσα-  
μεν πάντες ἐν αὐτῇ, καὶ ἐδώκαμεν  
γνώμας, διτὶ τὸ πνεῦματος τὸ ἄγιον

διτὶ ἐκπορεύεται ἐκ πατρὸς καὶ  
νίον, ὡς ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς καὶ μιᾶς  
οὐσίας, ἐκπορεύεται διὰ τοῦ νίον  
ὡς ὁμοφυοῦ καὶ ὁμοονσίου· ἐκπο-  
ρεύεται ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ  
νίον, ὡς ἀπὸ μιᾶς πνεύσεως καὶ

patriarcha talem sententiam  
protulit:

ego traditum a Patribus dogma  
numquam mutabo nec deponam,  
sed in eo permanebo usque ad  
extremum spiritum.

Quoniam vero latini non ex  
seipsis, sed ex sacris Scripturis  
exponunt, processionem Sanctissimi  
Spiritus esse etiam per Fi-  
lium

assentior etiam illis et hanc  
sententiam do: vox *per causali-  
tatem Spiritus Sancti Filio tribuit;*  
*et unionem et communionem eo-  
rum amplector.*

Cum patriarcha hanc senten-  
tiam tulisset, omnes in eam con-  
cordavimus, et sententias dixi-  
mus:

Spiritus sanctus ex Patre et  
Filio procedit tamquam ab uno  
principio et una substantia; per  
Filium eiusdem naturae et sub-  
stantiae procedit, procedit ex Pa-  
tre et Filio ut per unam spiratio-

ἐκπορεύσεως. Οὕτω λέγονσι πάντες οἱ ἄγιοι διδάσκαλοι.<sup>1</sup>

Τούτων τῶν γνωμῶν γραφεῖσῶν<sup>2</sup> (ὁ Ἡρακλείας καὶ) ὁ Ἐφέσου (καὶ ὁ Σταυρούπολεως σὺν τῷ Ἀγχιάλου) οὐκ ἥθελον δοῦναι γνώμην εἰς τοῦτο, καὶ οὕτως ἐλύθη ἡ σύνοδος.

nem et processionem. Ita omnes sancti Doctores asserunt.

His sententiis scriptis [Heraclensis,] Ephesinus, [Stauro-politanus, Anchialensis] noluerunt assentiri, et ita dimissa est synodus.

## 15.

### Synodus graecorum et Papa.

die 4. et 5. iunii 1439.

*Graeci in nova synodo renovant die 4. iunii sententias et tomum in tribus exemplaribus redigunt. Papa cum cardinalibus die 5. iunii de tenore textus certior factus iubet fieri redactionem finalem tomī per denos deputatos.*

*Vindobonensis graecus 14 : 196<sup>v</sup> — 197<sup>r</sup>; 17:157<sup>r</sup> — 158<sup>r</sup>.*

*Mansi 31 A:1001 B—D; Nickes 300.*

Τῇ πέμπτῃ οὗν συνελθόντες ἐδώκαμεν τὰς γνώμας ἡμῶν, καὶ ἐγένετο τόμος, καὶ ἐγράφη εἰς τρία τμήματα· καὶ ἐστείλαμεν τῷ πάπᾳ τὸ ἔν, καὶ ἔλαβε καὶ ὁ βασιλεὺς τὸ ἔν, καὶ ὁ πατριάρχης τὸ ἔτερον, λέγοντες.

"Οτι συμφωνοῦμεν ὑμῖν, καὶ ἡν προσθήκην λέγετε ἐν τῷ ἱερῷ συμβόλῳ, ἐστίν ἀπὸ τῶν ἀγίων, καὶ ἐνούμεθα ὑμῖν, καὶ λέγομεν, ὅτι συγχωροῦμεν αὐτήν, καὶ ἐκπορεύεται τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον ἐκ πα-

Feria quinta convenimus et dedimus sententias nostras, et factus est tomus, et scriptus in tribus exemplaribus; unum misimus papae, alterum accepit imperator, et patriarcha accepit aliud. Diximus:

concordamus vobiscum, et additio, quam in sacro symbolo recitatis, a Sanctis provenit, admittimus eam et unimur vobiscum et dicimus, Spiritum Sanctum ex Patre et Filio procedere tanquam

<sup>1</sup> Codices Vindobonen. hanc sententiam omittunt.

<sup>2</sup> Ea quae uncinis includuntur, in codicibus Vindob. habentur.

τρὸς καὶ νιοῦ, ὡς ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς  
καὶ αἰτίας.

Τούτων οὕτω γραφέντων ἐλύθη  
ἡ σύνοδος.

Τῆς παρασκευῆς τοίνυν ἐλύθου-  
σης ἐστείλαμεν τὸν τόμον τῷ μα-  
καριωτάτῳ πατρὶ, καὶ τῶν καρδη-  
ναλίων συνελθόντων ἀνεγνώσθη  
καὶ ἤρεσεν.

Καὶ ἐτάχθη, ἵνα τῷ σαββάτῳ  
προϊ ἐκλεγῶσιν ἀφ' ἐκατέρων τῶν  
μερῶν ἀνὰ δέκα, δύος συγγράψωσι  
τὸν τέλειον τόμον καὶ δρον τῆς  
ἐνώσεως τῶν ἀγιωτάτων ἐκκλη-  
σιῶν.

ab uno principio et (una) causa.

His ita criptis synodus dimissa  
est.

Feria sexta igitur misimus Be-  
atissimo Patri tomum et facta  
congregatione cardinalium lege-  
batur; et placuit.

Statutumque est, ut deligantur  
sabbato mane deni ex utraque  
parte ad conscribendum tomum  
perfectum et definitionem unio-  
nis ecclesiarum sanctissimarum.  
σιῶν.

## 16.

### Redactio tomī concordiae.

die 6. et 7. iunii 1439.

*Decem deputati latinorum a decem graecis deputatis mutationem  
loci pro formula per Filiū in tomo concordiae die 6. iunii facto  
petunt, et die 7. iunii hanc correctionem obtinent.*

*Vindobonensis graecus 14:197'; 17:158'.*

*Mansi 31 A:1001 D—E, 1004 A; Nickes 301.*

Τοῦ σαββάτου τοίνυν διαγενο-  
μένου ἀπῆλθον δι' ἐκλεγέντες δέκα  
τῶν ἡμετέρων, καὶ εὗρον συνη-  
θροισμένονς τὸν καρδιναλίους,  
καὶ ἀπὸ τῶν ἐκκρίτων αὐτῶν, δέ-  
κα, καὶ καθισάντων, ἀνεγνώσθη  
πάλιν ὁ τόμος ἐνώπιον ἡμῶν.

Καὶ ἐξήτησαν δι' λατῖνοι τὴν  
διὰ πρόθεσιν, ἣν διελάμβανεν ὁ  
τόμος ἐν τῷ λέγειν, διτὶ πιστεύο-

Sabbato ergo decem delecti ex  
nostris abierunt, et invenerunt  
cardinales congregatos et alios  
selectos, (universim) decem, et  
postquam sederunt, legebatur  
iterum tomus coram nobis.

Et petierunt latini, ut tollere-  
tur suo loco, et alio quocumque  
vellemus transferretur propositio

μεν, ὅτι οὐσιωδῶς ἀπὸ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ νιοῦ ἀϊδίως ἐστὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον, καὶ ὅτι ἐκ πατρὸς δὲ τοῦ νιοῦ ἀϊδίως καὶ οὐσιωδῶς ἐκ πορεύεται, ἵνα ἔξελθῃ διὰ αὗτης τεῦθεν, καὶ μετατεθῇ διθεν βουλόμεθα

καὶ πολλῆς φιλονεικίας γεγονούιας παρῆλθε τὸ σάββατον.

Καὶ τῇ κυριακῇ τὸ πρῶτον πάλιν συνήλθομεν, καὶ πάλιν ταῦτα καὶ περὶ τῶν αὐτῶν διελεγόμεθα.

Αλλ' ὅμως συνεφωνήσαμεν, καὶ ἐποιήσαμεν τὸν τόμον σαφέστερον· καὶ ἐστήσαμεν, ἵνα δείξωμεν τοῦτο<sup>[v]</sup> τῷ βασιλεῖ καὶ τῷ πατριάρχῃ ἡμῶν, εἰπόντες· οὐκ ἔχομεν ἀδειαν ἡμεῖς στερεῶσαι τὸν τόμον ἀνεν γνώμης πάσης τῆς συνόδου ἡμῶν· ἀλλὰ ἀπελθόντες δείξομεν τὸ πᾶν αὐτοῖς, καὶ οὕτω μηνύσομεν ὑμῖν.

Τούτων γενομένων παρῆλθεν ἡ κυριακή, διὰ τὸ γενέσθαι πρὸς ἐσπέραν τὸ τέλος ἡμῶν ἐβουλεύθημεν γὰρ ἡμεῖς ἐν τῷ τοῦ βασιλέως οἴκῳ, ἀρχιερεῖς τε καὶ ἴερεῖς καὶ ἡγούμενοι καὶ πάντες οἱ κληρικοί, καὶ ἐγράψαμεν τοῦτον τὸν τόμον εὑσεβῶς τε καὶ καθαρῶς, καθὼς διφείλομεν.

Καὶ ἐγράψαμεν τοῦτον εἰς τρία χαρτία. Καὶ τὸ μὲν ἐν ἐλαβεν διβασιλεύς, τὸ δέ ἐτερον ὁ πατριάρ-

per quam tomus continebat his verbis: credimus Spiritum Sanctum essentialiter a Patre et Filio ab aeterno esse, et ex Patre per Filium aeternaliter et essentialiter procedere;

et multa contentione facta præteriit sabbatum.

Dominica vero mane rursus convenimus, rursusque eosdem de iisdem habuimus sermones.

Sed nihilominus consensimus, fecimusque tomum clariorem, hac tamen conditione ut ostenderemus illum imperatori et patriarchae nostro, dicentes: non habemus nos permissionem tomum redigendi sine consensu totius nostrae synodi; sed abeentes ostendemus illis quidquid actum est, atque ita vos certiores faciemus.

His gestis dominica transiit, quia ad vesperam fecimus finem; nam nos, metropolitae, sacerdotes, abbates et universi clerici, in domo imperatoris deliberavimus, et hunc tomum pie et perspicue scripsimus sicut debuimus.

Scripsimus hunc in tribus pergamenis. Unum imperator accepit, alterum patriarcha, aliud au-

<sup>1</sup> Ita codices Vindob.

χης, τὸ δὲ ἄλλο ἐλάβομεν ἡμεῖς οἱ  
ἐκλεγέντες περαιῶσαι τοῦτο τὸ  
εὐσεβὲς ἔργον τῆς ἐνώσεως.

tem nos delecti ad terminandum  
hoc piūm opus unionis.

17.

**Approbatio tomī concordiae.**

*die 8. et 9. iunii 1439.*

*Papa tomum graecum et latinum concordiae die 8. iunii approbat  
et per tres episcopos de concordia facta imperatorem certiorem facit;  
die sequenti coram quattuor metropolitis graecis, eisdemque deputatis  
a caeteris graecis, desiderium suum aperit de reliquis punctis contro-  
versis tractandi.*

*Vindobonensis graecus 14 : 197<sup>r</sup> — 197<sup>v</sup> ; 17 158<sup>v</sup>.*

*Mansi 31 A : 1004 A—D; Nickes 301—2.*

*Tῇ δὲ δευτέρᾳ πρωΐ, ιοννίου  
διγδόῃ, ἀπήλθομεν εἰς τὸν πάπαν,  
καὶ ἐξητήσαμεν ἔμπροσθεν αὐτοῦ  
γενέσθαι, εἴ τι μέλλει ἀναφηνῆναι  
καλόν.*

*“Ωρισεν οὖν δὲ πάπας, παρόντος  
αὐτοῦ συμπερανθῆναι τὸ ξήτημα.*

*Καὶ δὴ χάριτι θεοῦ ἀνεγνώσθη  
δὲ τόμος, καὶ ἐστέοχθη παρὰ αὐτοῦ·  
καὶ ἀναστάντες κατεφίλησεν ἡμᾶς,  
καὶ γέγονε μεγάλη χαρὰ ἐν μέσῳ  
ἡμῶν. Καθίσας οὖν ὁ πάπας ὥρι-  
σεν· δὲ καὶ ρὸς ἤγγισε τοῦ γεύμα-  
τος, καὶ ἀπέλθετε· τῇ δὲ εἰκοστῇ  
ῶρᾳ ἔλθετε ὅδε, δπως λατινιῶς  
γραφέντος τοῦ τόμου, ἀναγνωσθῆ  
παρδησίᾳ ἐν μέσῳ ἡμῶν καὶ ὑμῶν,  
καὶ οὕτω γένηται τελεία ἀπόφασις·  
δὲ καὶ γέγονεν.*

Feria vero secunda mane, octavo iunii, ad Papam profecti sumus, et petivimus, ut coram eo tractaretur, si quid opportunum prodire videretur.

Iussit ergo Papa quaestionem ad finem perduci coram se.

Legebatur ergo Deo favente tomus et comprobatus ab eo est, et surgentes nos osculatus est, et magna laetitia inter nos facta est. Papa cum sedisset declaravit: prandii tempus approquinquavit, abite, hora autem vice-sima venite huc, ut tomus latine scriptus publice in medio nostrum et vestrum legatur, sicque declaratio absolvatur perfecte, id quod factum est.

*Tῇ οὖν εἰκοστῇ ὅρᾳ ἀπελθόντων ἡμῶν, ἀνεγνώσθη λατινικῶς τε καὶ ἑλληνικῶς, καὶ ἐστέρχθη καὶ ἀπεφάνθη καὶ πάλιν γέγονε τέλειος ἀσπασμός. Καὶ ἔστειλεν δὲ πάπας πρὸς τὸν βασιλέα τὸν Κρήτης Βαλαρέσον, τὸν Κορώνης Χριστόφορον, καὶ τὸν Θωμᾶν διδάσκαλον, καὶ ἀπήγγειλαν αὐτῷ πάντα τὰ τῆς ἐνώσεως καὶ γέγονε μεγάλη χαρὰ ἐν ἡμῖν.*

*Tῇ δὲ τρίτῃ πρωΐ ἐξελέγεσαν μητροπολῖται, καὶ ἀπῆλθον πρὸς τὸν πάπαν, ὁ Ρωσίας, ὁ Νικαίας, ὁ Τραπεζοῦντος, καὶ ὁ Μιτυλήνης, καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ πάπας·*

*‘Ημεῖς τῇ τοῦ θεοῦ χάριτι ἡνώθημεν καὶ ὁμοφωνοῦμεν εἰς τὸ ξητούμενον καὶ παθολικὸν δόγμα, καὶ οὐκ ἔχομέν τι λέγειν πλέον ἐν ἐκείνῳ.*

*Φέρε δὴ καὶ περὶ τοῦ παθαρηθέντος πυρός, καὶ τῆς ἀρχῆς τῆς πρώτης παθέδρας, καὶ τοῦ ἐνξύμου καὶ τοῦ ἀξύμου, καὶ τῆς θείας μυσταγωγίας ἐξετάσωμεν, δπως ἐν ἀπασι γένηται τὸ ἀνεπίληπτον·*

*καὶ ἡ ἐνωσις συντόμως γενήσεται, δτι πατεμβαίνει δ καὶ δρός.*

Vicesima igitur hora profecti sumus, legebaturque (tomus) latine et graece, et approbatus ratificatusque est et iterum secura est salutatio perfecta. Et Papa ad imperatorem praesulem Cretensem Valaresum, Coronensem Christophorum, et magistrum Thomam misit; et ei omnia de unione (facta) annuntiaverunt; et facta est magna laetitia in nobis.

Feria autem tertia mane delecti sunt metropolitae et ad Papam accesserunt, Russiae (metropolita), Nicaeae, Trapezuntis, Mitylenae; et dixit ad eos Papa:

Nos dei gratia uniti sumus et convenimus in dogmate quae sit et catholico, nec quidquam aliud habemus loqui de illo.

Age nunc investigemus etiam de igne purgatorii, de primatu primae cathedrae, de fermentato et azymo, de sacrificio divino, ut in omnibus rebus habeatur id, quod est sine offensione.

Et unio brevi fiet, quia tempus urget.

<sup>1</sup> loco θεοῦ codices Vindob. habent: παναγίου πνεύματος.

**Textus latinus concordiae.***die 8. iunii 1439.*

*In hac formula, quae magna ex parte schedulam latinorum (documentum n. 7) repetit, tandem die 8. iunii latini et graeci convenerunt.*

*Vaticanus latinus 4119 : 131<sup>v</sup> — 132<sup>r</sup>.*

*Giustiniani 283—4.*

Quoniam in hoc sacro ycumenico concilio omnipotentis Dei gratia nos latini graecique convenimus pro sancta unione inter nos assunda, studiose invicem curavimus, ut articulus ille de processione Spiritus Sancti magna cum diligentia et assidua inquisitione discuteretur, prolatis vero testimoniis de divinis Scripturis plurimisque auctoritatibus sanctorum Doctorum orientalium et occidentalium, aliquibus quidem ex Patre et Filio,

quibusdam vero ex Patre per Filium procedere dicentibus Spiritum Sanctum et eandem intelligentiam aspicientibus omnibus sub vocabulis variis.

Nos graeci affirmavimus, quod hoc quod dicimus Spiritum Sanctum ex Patre procedere, non hac mente dicimus, ut excludamus Filium, sed quoniam opinati sumus latinos dicere Spiritum Sanctum procedere ex Patre et Filio tamquam a duobus principiis et duabus spirationibus, abstinuimus a dicendo, quod Spiritus sanctus ex Patre procedit et Filio.

Nos autem latini asserimus quod id, quod dicimus Spiritum Sanctum ex Patre Filioque procedere, non hac mente dicimus, ut excludamus Patrem, ut non sit primus atque principium totius deitatis, Filii scilicet et Spiritus Sancti, aut quod id quod Spiritus Sanctus procedit a Filio, Filius a Patre non habeat, sive quod duo assera- mus esse principia sive duas spirationes, sed ut unum tantum asseramus esse principium unicamque spirationem Spiritus Sancti, prout hactenus asseruimus.

In nomine igitur S. Trinitatis Patris et Filii et Spiritus sancti, in hac demum sancta ac Deo cara unione, eodem sensu, eadem anima eademque mente nos latini et graeci consentimus et concordamus,

ut ab omnibus christianis haec fidei veritas credatur et suscipiatur,  
et ita profitemur, quod

Spiritus Sanctus ex Patre et Filio aeternaliter est, et ex utroque  
aeternaliter tanquam ab uno principio et unica spiratione procedit.

Declarantes, quod id, quod sacri Doctores et Patres dicunt ex  
Patre per Filium procedere Spiritum Sanctum, ad hanc intelligen-  
tiam tendit, ut per hoc significetur

Filium quoque esse secundum graecos quidem causam, secun-  
dum latinos vero principium subsistentiae Spiritus Sancti sicut et  
Patrem

et quoniam omnia, quae Patris sunt, Pater ipse unigenito Filio  
suo gignendo dedit, praeter esse patrem,

hoc ipsum, quod Spiritus Sanctus procedit ex Filio, ipse Filius a  
Patre aeternaliter habet, a quo etiam aeternaliter genitus est.

## 19.

### Definitio conciliaris

*die 6. iulii 1439.*

*Haec in bulla unionis graecorum conservatur, die 6. iulii 1439 so-  
lemniter in ecclesia cathedrali Florentiae promulgata.*

*Documentum primarium originale in bibliotheca Laurentiana —  
Medicea Florentiae habetur, publice sub vitro expositum.*

*G. HOFMANN S. J., Documenta concilii Florentini de unione  
orientalium I. De unione graecorum. Romae 1935. 12—5.*

Convenientes enim latini ac  
graeci in hac sacrosancta syno-  
do ycumenica, magno studio in-  
vicem usi sunt, ut inter alia etiam  
articulus de divina Spiritus Sancti  
processione summa cum diligē-  
tia et assidua inquisitione discu-  
teretur.

Συνελθόντες γὰρ λατῖνοι τε καὶ  
γραικοὶ ἐν ταύτῃ τῇ οἰκῳ καὶ ἀγίᾳ  
οἰκουμενικῇ συνόδῳ σπουδῇ με-  
γάλῃ πρὸς ἀλλήλους ἔχοντες  
δπως μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τὸ ἀρ-  
θρον ἐκεῖνο τὸ περὶ τῆς θείας ἐκ-  
πορεύσεως τοῦ ἀγίου πνεύματος  
μετὰ πλείστης δσης ἐπιμελείας καὶ  
συνεχοῦς συζητήσεως ἔξετασθείη.

Prolatis vero testimoniis ex  
divinis Scripturis plurimisque  
auctoritatibus sanctorum Doctorum  
orientalium et occidentalium,  
aliquibus quidem ex Patre et Filio,  
quibusdam vero ex Patre per Filium  
procedere dicentibus Spiritum Sanctum, et ad eandem  
intelligentiam aspicientibus omnibus  
sub diversis vocabulis

graeci quidem asseruerunt,  
quod id, quod dicunt *Spiritum  
Sanctum ex Patre procedere*, non  
hac mente proferunt, ut exclu-  
dant Filium;

sed quia eis videbatur, ut aiunt  
latinos asserere *Spiritum Sanctum ex Patre et Filio procedere tanquam ex duobus principiis et duabus spirationibus*, ideo abstinuerunt a dicendo, quod *Spiritus Sanctus ex Patre procedat et Filio*.

Latini vero affirmarunt, non se hac mente dicere Spiritum Sanctum ex Patre Filioque procedere, ut excludant Patrem, quin sit fons ac principium totius deitatis, Filii scilicet ac Spiritus Sancti, aut quod id, quod Spiritus Sanctus procedit a Filio, Filius a Patre non habeat;

sive quod duo ponant esse principia seu duas spirationes.

Προκομισθεισῶν δὲ μαρτυριῶν  
ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς καὶ πλεί-  
στων χρήσεων τῶν ἀγίων διδασ-  
κάλων ἀνατολικῶν τε καὶ δυτικῶν,  
τῶν μὲν ἐκ πατρὸς καὶ νίοῦ, τῶν  
δὲ ἐκ πατρὸς δι’ νίοῦ λεγόντων  
τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον ἐκπορεύεσθαι,  
καὶ εἰς τὴν αὐτὴν ἔννοιαν ἀποβλε-  
πόντων ἀπάντων ἐν διαφόραις  
ταῖς λέξεσιν,

οἱ μὲν γραῦκοὶ δισχυρίσαντο,  
ὅτι τοῦθ' ὅπερ λέγουσι, τὸ πνεῦμα  
τὸ ἄγιον ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύ-  
εσθαι, οὐ ταύτη τῇ διανοίᾳ προφέ-  
ρουσιν, ὥστε αὐτοὺς τὸν νίδν  
ἀποκλείειν·

ἀλλ' ἐπειδήπερ αὐτοῖς ἐδόκει,  
φασί, τοὺς λατίνους διαβεβαιοῦσ-  
θαι τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον ἐκ τοῦ  
πατρὸς καὶ τοῦ νίον ὡς ἀπὸ δύο  
ἀρχῶν καὶ δύο πνεύσεων ἐκπορευ-  
εσθαι, διὰ τοῦτ' ἐφυλάξαντο λέγειν  
τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον ἐκπορεύεσθαι  
ἐκ πατρὸς καὶ νίον.

Οι δὲ λατῖνοι διεβεβαιώσαντο  
μὴ κατὰ ταύτην τὴν διάνοιαν σφᾶς  
αὐτοὺς λέγειν, τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον  
ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι,  
ῶς ἀποκλείειν τὸν πατέρα τοῦ εἰ-  
ναι πηγὴν καὶ ἀρχὴν δλητικῆς τῆς  
θεότητος, τοῦ υἱοῦ δηλονότι καὶ  
τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἢ διτι τὸ ἐκ  
τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ πνεῦμα  
τὸ ἄγιον, δι υἱὸς οὐκ ἔχει παρὰ τοῦ  
πατρούς.

ἢ ὅτι δύο τιθέασιν εἶναι ἀρχὰς  
ἢ δύο πνεύσεις· ἀλλ' ἵνα μίαν μό-

sed ut unum tantum asserant esse principium unicamque spirationem Spiritus Sancti, prout hactenus asseruerunt.

Et cum ex his omnibus unus et idem eliciatur veritatis sensus, tandem in infrascriptam sanctam et deo amabilem eodem sensu eademque mente unionem concordarunt.

In nomine igitur Sanctae Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, hoc sacro universali approbante Florentino concilio, diffinimus, ut haec fidei veritas ab omnibus christianis credatur et suscipiatur, sicque omnes profiteantur, quod *Spiritus<sup>1</sup> Sanctus ex Patre et Filio aeternaliter est, et essentiam suam suumque esse subsistens habet ex Patre simul et Filio, et ex utroque aeternaliter tamquam ab uno principio et unica spiratione procedit.*

Declarantes, quod id, quod sancti Doctores et Patres dicunt, ex Patre per Filium procedere Spiritum Sanctum, ad hanc intelligentiam tendit ut per hoc significetur, Filium quoque esse secundum graecos quidem causam, secundum latinos vero

νην δηλώσωσιν εἶναι ἀρχὴν καὶ μοναδικὴν προβολὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος, καθὼς μέχρι τοῦδε διισχυρίσαντο.

Ἐπειδὴ δὲ ἐκ τούτων ἀπάντων μία καὶ ἡ αὐτὴ τῆς ἀληθείας συνάγεται ἔννοια, τέλος εἰς τὴν ὑπογεγραμμένην καὶ θεοφιλῆ τῇ αὐτῇ διανοίᾳ καὶ τῷ αὐτῷ νοὶ συνεφώνησαν καὶ συνήνεσαν διμοθυμαδὸν ἔνωσιν.

Ἐν τῷ δύναματι τοίνυν τῆς ἁγίας τριάδος, τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ νίον καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ταύτης τῆς ἴερᾶς καὶ οἰκουμενικῆς τῆς ἐν Φλορεντείᾳ ἐπιψηφιζομένης συνόδου δοξίζομεν, ἵνα αὕτη ἡ τῆς πίστεως ἀλήθεια ὑπὸ πάντων τῶν χριστιανῶν πιστευθείη τε καὶ ἀποδεχθείη, καὶ οὕτω πάντες διμολογῶσιν, διτι τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ νίον ἀϊδίως ἐστί, καὶ τὴν ἑαυτοῦ οὐσίαν καὶ τὸ ὑπαρκτικὸν αὐτοῦ εἶναι ἔχει ἐκ τοῦ πατρὸς ἀμμα καὶ τοῦ νίον, καὶ ἐξ ἀμφοτέρων ἀϊδίως ὡς ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς καὶ μοναδικῆς προβολῆς ἐκπορεύεται.

Διασαφοῦτες, διτι τοῦδ' ὅπερ οἱ ἄγιοι διδάσκαλοι καὶ πατέρες ἐκ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ νίον ἐκπορεύεσθαι λέγουσι τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον, εἰς ταύτην φέρει τὴν ἔννοιαν, ὥστε διὰ τούτων δηλοῦσθαι, καὶ τὸν νίὸν εἶναι, κατὰ μὲν τοὺς γραῖκούς, αἰτίαν, κατὰ δὲ τοὺς λατίνους ἀρχὴν

<sup>1</sup> Concilium Lugdunense II = Mansi 24 : 81 B.

principium subsistentiae Spiritus Sancti, sicut et patrem.

Et quoniam omnia, quae Patris sunt, Pater ipse unigenito Filio suo gignendo dedit, praeter esse Patrem; hoc ipsum, quod Spiritus Sanctus procedit ex Filio, ipse Filius a Patre aeternaliter habet, a quo aeternaliter etiam genitus est.

τῆς τοῦ ἀγίου πνεύματος ὑπάρχεισε, ὥσπερ καὶ τὸν πατέρα.

Καὶ ἐπεὶ πάντα, δόσα ἐστὶ τοῦ πατρός, αὐτὸς ὁ πατὴρ τῷ μονογενεῖ αὐτοῦ νίῳ ἐν τῷ γεννᾶν δέδωκε, πλὴν τοῦ εἶναι πατέρα, τοῦτ' αὐτό διὰ τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον ἐκ τοῦ νίου ἐκπορεύεται, αὐτὸς ὁ νίος παρὰ τοῦ πατρὸς ἀιδίως ἔχει, ἀφ' οὗ ἀιδίως καὶ γεγέννηται.

*FINIS*

## STUDIA QUAESTIONEM DE PRIMATU ECCLESIAE SAECULO IX. DISPUTATAM ILLUSTRANTIA:

*Dr. Thomas Kurent, S. O. Cist., Stična.*

(Continuatio)

38. Statutis principalioribus fontibus elenchi conciliorum in Vita Methodii videnda sunt alia quaedam exempla in literatura Byzantina et ceterorum Orientalium, in quibus concilia oecumenica enumerantur. Praesertim ratio habenda est formularum fidei in quibus concilia oecumenica tamquam regula fidei statuuntur, praeterea narrationes chronographorum et epistolae Photii.

Inter antiquissima huius generis documenta in Oriente afferri possunt professiones fidei, quas in prima medietate s. VIII. composuit s. Joannes Damascenus. Quarum primam s. Joannes Damascenus recitasse fertur die ordinationis suae sacerdotalis.<sup>1</sup> In hac fidei professione circa finem enumerantur sex concilia oecumenica:<sup>2</sup> apud unumquodque affertur locus celebrationis, nomen imperatoris, sub quo concilium celebratum est, et tandem condemnatio haereticorum. Ex haereticis nomen papae Honorii omittitur. Articulus de conciliis

<sup>1</sup> Vide versionem Latinam ex Arabica comparatam in MPG 95, 417-38 Cf. M. Juge, Jean Damascène (Saint) in Dict. de théol. cath. VIII (Paris 1924) 694. 705. 706.

<sup>2</sup> MPG 95, 435-36.

oecumenicis finitur his verbis: „Haec porro sunt sex sancta concilia magna, quibus assentior ego et confiteor eorum decreta pura esse, quae Deus ipsis tradiderit. Suscipio, quae suscepereunt, et reicio, quae reiecerunt, eaque diris perpetuis digna censeo.“ Mentione digna est etiam alia professio fidei, quam composuit s. Joannes Damascenus pro Elia episcopo, qui eam recitaret ante metropolitam Damasci Petrum.<sup>1</sup> Et in hac quoque fidei professione nomina Romanorum pontificum non afferuntur. Tertia quaedam s. Joanni Damasceno fidei professio probabiliter adscribenda mentionem quidem septem conciliorum oecumenicorum facit, sed ea singillatim non enumerat.<sup>2</sup>

Professiones fidei s. Joannis Damasceni momentum suum habent ad indolem elenchi conciliorum in prooemio Vitae Methodii et simul circumstantias, in quibus iste elenches conscribi potuit, conicias. Fortisan elenches noster similiter primitus partem efformavit cuiusdam professionis fidei, quam s. Cyrillus pro fratre suo Methodio suisque discipulis occasione ordinationis sacerdotalis composuerat?

39. Eadem fere aetate ac s. Joannes Damascenus in Syria et Palæstina, orthodoxiam Byzantii defendebat patriarcha Germanus I. In opere „De haeresibus et synodis“ etiam de sex conciliis oecumenicis agebat. Enumerans eos, qui in illis partem habuerunt, nihil dicit de Romano pontifice eiusque legatis. In opere Germani patriarchae Constantinopolitani praeprimis celebrantur imperatores Byzantini et praesules Orientales.<sup>3</sup> Inter haereticos, in synodo 6. oecumenica condemnatos, affertur etiam Honorius Romanus.<sup>4</sup>

In epistola synodica ad papam Leonem III. patriarcha Constantinopolitanus Nicephorus pulchram fidei professionem proponit, quam concludit declaratione, se suscipere septem synodos oecumenicas earumque fidei definitiones omnes.<sup>5</sup> Romani pontifices et imperatores non commemorantur, neque Honorius inter haereticos affertur.

40. Prof. Dvorník in opere suo de Vitis Constantini et Methodii eruditissimo lectorem attentum facit ad alias quasdam analogias ad

<sup>1</sup> Λιβελλος περὶ δρυσοῦ φρονήματος. MPG 94, 1421-32. Cf. M. Jugie ibid. 698-99.

<sup>2</sup> Edit. M. Gordillo, Damascenica II: Libellus orthodoxiae, Orientalia christiana, vol. VIII-2, num. 29, p. 86-92.

<sup>3</sup> MPG 98, 49-52. 60. 64. 65. 72. 73.

<sup>4</sup> MPG 98, 73. 76.

<sup>5</sup> MPG 100, 191-94.

cap. 1 Vitae Methodii ex hagiographia Byzantina depromptas.<sup>1</sup> At nullus affertur locus parallelus ex hagiographia Byzantina, in quo similiter ac in Vita Methodii concilia oecumenica singillatim enumerauntur et primo semper loco Romani pontifices ponerentur. Etsi concedantur analogiae lato quodam sensu ad prooemium totum Vitae Methodii in hagiographia Byzantina, iterum tamen clare illustratur mens theologica auctoris elenchi conciliorum in Vita Methodii omnino propria eiusque specialis erga Romanos pontifices devotio.

Etiam A. D. Voronov ad analogias quasdam animadvertisit huius elenchi conciliorum oecumenicorum apud chronographos Byzantinos et Slavicos.<sup>2</sup> Ad firmandam suam thesim, inculcationem primatus Romani minime contradicere traditionibus antiquis Orientalibus, Voronov adducit chronographos Byzantinos Georgium Hamartolum et praesertim Theophanem, qui similiter atque elenches in Vita Methodii Romanos pontifices primo loco nominare dicitur. Opinio professoris Voronov in eo, quod est praecipuum — elenchum nempe traditionibus antiquis Orientalibus non esse contrarium — recta est, attamen praecessione quadam indiget, quia in modo, quo Romani pontifices in conciliis oecumenicis enumerandis adducuntur, inter elenchum cap. 1 Vitae Methodii et chronographos Byzantinos discrimina non spernenda observantur.

41. Chronographus Theophanes (+ca. 817) in sua narratione de conciliis oecumenicis praecipue imperatores Byzantinos celebrat. Iuxta narrationem Theophanis concilium 2. oecumenicum a magno Theodosio congregatur, papa Damasus non nominatur; 3. concilium oecumenicum convocatur ab imperatore Theodosio, Cyrillus Alexandrinus locum gerit papae Coelestini; Leo literis missis rogat Marciandum, ut audacia Dioscuri et Eutychis adversus s. Flavianum examinetur et puniatur, imperator vero universos episcopos congregari mandavit; 5. concilium oecumenicum papa Vigilius non participat; 6. concilium oecumenicum convocat christianissimus imperator, qui postea pium ac rectum de duabus voluntatibus atque actionibus dogma per istud sanctum atque accuratissimum sextum oecumenicum concilium promulgari atque statui decrevit. Concilio praefuere piissimus imperator Constantinus piique sacrorum

<sup>1</sup> Les Légendes p. 308-10.

<sup>2</sup> Главнѣйшіе источники p. 75-78.

antistites; patriarcha denique Tarasius mittit ad Hadrianum I. synodicas literas, item imperatrix, imperatrix et patriarcha convocant episcopos et Hadrianus papa misit literas atque homines.<sup>1</sup> Munus principale in unoquoque concilio oecumenico Theophanes non tam Romano pontifici quam imperatori Byzantino attribuit. Concilia oecumenica fere tamquam synodi imperiales considerantur.

Georgius Hamartolos (vel monachus) in suis Chronicis item partes imperatorum Byzantinorum in conciliis oecumenicis extollit: 1. concilium oecumenicum indixit magnus ille rex Constantinus; 2. concilium oecumenicum factum est sub Theodosio magno et Damaso Romae papa, cui concilio praefuerunt Timotheus Alexandriae, Meletius Antiochiae, Cyrillus Hierosolymorum, Gregorius theologus; 3. concilio oecumenico praefuerunt Cyrillus Alexandriae, locum Coelestini papae Romae tenens, et alii; 4. concilio oecumenico praefuerunt legati papae Leonis et alii patriarchae Orientales; 5. concilio oecumenico praefuerunt Eutychius Constantinopolis et alii; 6. concilio oecumenico praefuerunt legati papae Agathonis et alii, pro Hierosolymitana autem sede nemo; 7. concilio oecumenico praefuerunt vicarius papae Hadriani, patriarcha Tarasius et vicarii aliorum patriarcharum Orientalium.<sup>2</sup> Etsi Georgius Hamartolus vicarios Romani pontificis prae aliis patriarchis adducat, tamen supremam eorum ipsius iurisdictionis et magisterii potestatem aliquomodo iam theoria pentarchiae offuscatur. Georgius Hamartolus magna cum diligentia omnes quinque patriarchas seu eorum vicarios in unoquoque concilio enumerat, quia secus iuxta theoriam pentarchiae conditiones pro oecumenicitate requisitae deessent.

42. A Georgio Hamartolo magna ex parte pendent chronographi Slavici. Annales Nestorii qui dicuntur (iuxta opinionem antiquorum slavistarum et historiographorum- ex fine s. XI vel principio s. XII; recentiores autem putant, quaedam elementa postmongolica aetate demum adiecta esse) tradunt professionem fidei, quae s. Vladimiro occasione baptismi proposita esse dicitur. Professio

<sup>1</sup> MPG 108, 200. 237. 269, 501. 729-32. 928.

<sup>2</sup> MPG 110. 612. 705. 741. 749. 780. 892. 961.

<sup>3</sup> Edit. Fr. Miklosich, Chronica Nestoris (Vindobonae 1860) p. 68—70; cf. N. de Baumgarten, Saint Vladimir et la conversion de la Russie, Orientalia christiana, vol. XXVII—1. num. 79 (Roma 1932) p. 23—34.

fidei in annalibus Nestorii consideratione digna est, quia in ea exemplum instructionis catecheticae inter Slavos, si non iam ex s. X, saltem ex s. XI vel XII exhiberi videtur: „Vladimiro baptizato fidem christianam tradiderunt ita loquentes: Ne sinas te ab haereticis seduci, sed crede et sic loquere: Credo...“<sup>1</sup> Partem istius instructionis catecheticae in forma professionis fidei efformat etiam narratio de septem conciliis oecumenicis, quae partim desumpta est ex Chronicis Georgii Hamartoli. Graeci Vladimiro hunc in modum locuti esse traduntur: „Ne accipias doctrinam a Latinis, quorum doctrina perversa“; et dantur rationes: „non sese ante sacras imagines prosternunt etc. Id vero antea Romani non faciebant, sed in omnibus conciliis Roma et ab aliis thronis conveniebant: in primo concilio, quod adversus Arium congregatum est Nicaeae, Silvester misit episcopos et presbyteros, Alexandria Athanasius, Constantiopolis Metrophanes misit a sua parte episcopos; ita fidem corrigebant... post hoc vero concilium (videlicet concilium oecumenicum 7.) Petrus „гугнивъи“ (i. e. Mongus) cum iis profectus Romam fidem pervertit, se a sede Hierosolymitana, Alexandrina, Constantinopolitana et Antiochena separavit...“<sup>2</sup> In tota hac narratione traditio antiqua de munere principali Romanorum pontificum in conciliis oecumenicis exercito per theoriam pentarchiae obtenebratur; schisma tandem fabula de Petro Mongo cavillose explicatur.

Opportune adnotari potest, etiam in annalibus veteroserbicis (mss. s. XVII) elenchem septem conciliorum inveniri, in quo primo loco Romani pontifices commemorantur — ita in codicibus Dorpatensi, Račanski et Ruvarac.<sup>3</sup> Etiam chronographi veteroserbici similiter ac Russi ex chronographis Byzantinis narrationem de conciliis oecumenicis desumebant, praesertim ex Georgio Hamartolo. Apud chronographos autem veteroserbicos recentiores concilia oecumenica quidem adhuc enumerantur, sed Romanorum pontificum nulla iam fit mentio (cf. codices mss. Sečenički, Ruvarac secundum, Sophiae et Šafařík).

<sup>1</sup> Edit. Miklosich p. 68.

<sup>2</sup> Edit. Miklosich, Chronica Nestoris p. 69—70.

<sup>3</sup> Edit. Lj. Stojanović, Spomenik III (Beograd 1890) p. 123—29; elenchem conciliorum oecumenicorum v. p. 124. De manuscriptis cf. Lj. Stojanović, Stari srpski rodoslovi i letopisi (Sremski Karlovci 1927) p. XLVII—LVI.

43. Locos parallelos ad elenchem conciliorum Vitae Methodii attentione dignos invenimus etiam in epistolis Photii. In manuscriptis Armenis servatur nobis versio duarum epistolarum Photii, quarum prima ad „catholicum“ (patriarcham) Zachariam, altera ad principem Armenum Asutium dirigitur.<sup>1</sup> Epistolae, prout ostendit J. Hergenröther<sup>2</sup> ad tempus primi Photii patriarchatus pertinent. Versio iam in genere non est accurata, utraque epistola praeterea, praesertim prima, sat corrupta et posterius interpolata fuisse videatur.<sup>3</sup> Quapropter utraque epistola cum cautela tantum adhiberi potest.

In prima epistola Photius patriarchae Armeno Zachariae persuadere vult, ut concilium oecumenicum Chalcedonense agnoscat et antiquas inimicitias adversus Graecos deponat. Post considerationem historicam sat prolixam Photius ad puncta inter Armenos controversa transit, nempe ad concilium 4. oecumenicum et doctrinam de duabus naturis in Christo. Photius probat, concilium oecumenicum Chalcedonense tribus anterioribus non contradicere, sed omnino cum iis consonare. Adversus quatuor magnas haereses, quas diabolus in vitam vocavit, cum videret evangelium per totum mundum propagari, necesse erat, ut concilia oecumenica congregarentur. De singulis conciliis oecumenicis loquendo, Photius adducit quidem Romanos pontifices primo loco, at semper cum iis etiam quatuor patriarchas Orientales in eadem linea simul ponit: ad 1. concilium oecumenicum sancti patres Nicaeae convenerunt affueruntque ibi patriarchae, Romae quidem Silvester, Alexander Alexandriae, Eustathius Antiochiae, Alexander Constantinopoleos, Macarius Hierosolymorum; in 2. concilio oecumenico aderant patriarchae Damasus Romae, Nectarius Constantinopoleos, Timotheus, Alexandriae, Cyrillus Hierosolymorum, Meletius Antiochiae; 3. concilium

<sup>1</sup> Utramque epistolam in versione Latina edidit Ang. Mai- (primam in fragmentis tantum), Spicilegium Romanum X, II 449—62; item MPG 102, 703—718. Epistolam ad „catholicum“ Armenum Zachariam in sermonibus Graeco et Armeno ediderunt A. I. Papadopulo — Kerameus, G. S. Destunis, et N. Marr, Письмо Фотия к Захарии, католикосу Великой Армении, Православный Палестинский сборникъ, Томъ. XI, вып. 1 (С. Петербургъ 1892) р. 227—45.

<sup>2</sup> Photius, Patriarch von Constantinopel, Band I (Regensburg 1867) p. 482—84.

<sup>3</sup> Cf. Hergenröther, Photius, Band I p. 484—93.

oecumenicum sancti patres Ephesi celebrarunt, quos inter praecipui patriarchae erant Coelestinus Romanus, Cyrillus Alexandrinus, Ioannes Antiochenus, Juvenalis Hierosolymitanus.<sup>1</sup> Sententiam in concilio quinque demum patriarchae simul pronuntiant. In hac cogitandi loquendique ratione influxus iam theoriae pentarchiae observari potest. Occasione 4. concilii oecumenici praesertim munus imperatorum inculcatur: „Theodosius iunior . . . dum magnopere . . . aestuaret, litteras a Leone patriarcha Romano tempestive accepit, qui rogabat imperatorem, ut oecumenicum concilium congregaret . . . Mandavit ergo imperator, ut episcoporum conventus fieret. Sed cum ipse eodem anno obiisset, caruit effectu decretum. Mox successor eius Marciianus . . . praedictum propositum exsequendum curavit“.<sup>2</sup>

In epistola quoque ad principem Armenum Asutium Photius orthodoxiam ac validitatem concilii Chalcedonensis defendit, enuntians, illud eodem modo ac praecedentia a Romano Orientalibusque patriarchatibus et a conciliis tribus subsequentibus receptum esse: „Namque et principalis Roma aequa ac nos quarto concilio ut prioribus honorem defert; sic et magna Alexandrina sedes nec non illa Hierosolymorum sine ulla querela; denique et consecuta postea concilia quintum, sextum ac septimum“.<sup>3</sup> Tandem subiungitur conclusio: „Quis ergo fidei toto orbe terrarum diffusae resistere audeat? De qua fide Dominus dixit: Portae inferi non praevalebunt adversus eam . . .“<sup>4</sup> Argumentum istius epistolae in genere melius et accuratius servatum esse censetur quam in epistola patriarchae Zachariae directa.<sup>5</sup>

Anno 865 Photius longam epistolam misit ad neophyton principem Bulgarum Bogorim — Michaelem, ut eum veritates christianas edoceret. In prima parte epistolae prolixe loquitur de essentia et signis orthodoxiae, affert symbolum Nicaeno — constantinopolitanum et historiam septem primorum conciliorum oecumenicorum tradit. Photius notat personas, quae in conciliis primas partes agebant, et haereticos, quorum haereses refutantur, ac tradit argumentum doctri-

<sup>1</sup> MPG 102, 707—708; 709—712.

<sup>2</sup> MPG 102, 711—12.

<sup>3</sup> MPG 102, 715—16.

<sup>4</sup> MPG 102, ibid.

<sup>5</sup> Cf. Hergnröther, Photius, Band I p. 494.

narum contra haereses definitarum. Primo loco adducit ac celebrat episcopum Constantinopolitanum seu quendam ex patriarchis Orientalibus. Ordinario omnium quinque patriarchatum mentionem facit: 1. concilii oecumenici principes (*προέχοντες*) erant episcopus Constantinopolitanus Alexander, sed insuper papae Romani Silvester et Julius, qui in concilium vicarium suum miserunt; 2. concilium oecumenicum duces (*εξάρχοντες*) habebat Timotheum Alexandriae et spectabilem Meletium Antiochiae, Cyrillum Hierosolymorum . . . et Nectarium . . . Inter eos erat et Gregorius, in Cappadocia Nyssae episcopus... cum quibus non post multum temporis conspirare agnoscetur Damasus Romanus episcopus, dum synodi istius acta, eandem cum ipsis sententiam fovens, confirmaret; 3. concilii oecumenici principes (*ἡγεμόνες*) ferebantur Cyrilus . . . , qui magnae Alexandri urbis thronum administrabat, nec non Coelestini Romanae urbis episcopi obibat et peragebat vices. Aderat et Memnon, qui ad clavum Ephesinae ecclesiae sedebat, et Juvenalius Hierosolymorum; 4. concilio oecumenico praeerant Marcianus, Anatolius, deinde vicarii papae Leonis, porro Maximus Antiochiae et Juvenalius Hierosolymorum; 5. concilio oecumenico praeerant Menas, Eutychius, Vigilius, qui quidem Constantinopoli existens synodo interesse recusavit, at decreto communem fidem patrum confirmavit, praeterea Apollinarius Alexandriae, Domnus Antiochiae, Didymus et Evagrius vicarii episcopi Hierosolymitani; 6. concilio oecumenico praeerant Georgius episcopus regiae urbis, legati papae Agathonis, legati sedis Alexandriae et Hierosolymorum. 7. concilio oecumenico praerant patriarcha Constantinopolitanus Tarasius, legati sedis apostolicae, quam exornabat Hadrianus, et tandem legati dioeceseos Orientis monachi Joannes et Thomas.<sup>1</sup>

Comparando hanc ultimam epistolam Photii cum duabus primis statim animadvertisimus discriminem non contemnendum quoad locum, quo Romani pontifices exornantur. Forsitan Photius in primis duabus epistolis Armenorum animos, antiquis traditionibus Orientalibus deditos, respiciebat, in epistola vero ad rudem Bulgarorum principem missa praesertim principatum patriarchatus Constantinopolitanus, dimissis traditionibus de primatu Romanae sedis, afferre intendebat? Possibile quoque est, in primis duabus epistolis locos de

<sup>1</sup> MPG 102. 632. 636. 637. 641. 644. 648. 649.

Romano pontifice agentes aliquo modo corruptos vel interpolatos esse. Praeterea notandum est, traditiones de primatu Romano etiam in primis duabus epistolis per theoriam pentarchiae offuscatas esse. Theoria pentarchiae in epistola ad principem Bulgariae directa sat aperte apparat.

Istas tres epistolas Photii cum elenco conciliorum in Vita Methodii servato conferentes, statim sentimus, utrumque alium atque alium spiritum spirare. Loco nebulosae theoriae pentarchiae in elenco conciliorum primatus Romanorum pontificum super concilia oecumenica clare exprimitur. Episcopi Constantinopolitani, quorum laudes Photius tanto cum ardore praedicat, in elenco conciliorum Vitae Methodii bis solummodo in medium prodeunt. In elenco conciliorum Vitae Methodii cogitandi loquendique modus Byzantinorum revera magna cum moderatione appetat.<sup>1</sup>

44. Comparationem elenchi conciliorum, qui in cap. 1 Vitae Methodii servatur, cum variis textibus analogis concludendo, de indole theologica eius auctoris, qui probabilissime non est nisi s. Cyrillus ipse, dicere possumus: Auctor elenchi, mente et cultu Byzantinus, Romano pontifici plane devotus erat. Cuius devotionis insigne specimen deprehenditur in eo, quod Romani pontifices in conciliis oecumenicis amplissimo loco exornantur. Qua ratione modus loquendi, in indicibus conciliorum oecumenicorum collectionum canonum Orientalium usitatus, corrigitur.

Haec correctio ex traditionibus antiquis Orientalibus, doctrinam quod spectat, explicari quidem potest, at magnam auctoris proprietatem (originalitatem) in cogitandi loquendique modo manifestat. Nullibi enim in documentis analogis sive Occidentalibus sive Orientalibus huiusmodi locutionis modus ad primatum Romani pontificis in conciliis oecumenicis exprimentum adhibetur.

Hoc documento, in quo forsitan partem cuiusdam fidei professionis, a s. Cyrillo pro instructione discipulorum Slavicorum sacris initiandorum compositae, aspicere licet, mens ss. fratrum Thessalonicensium nova luce illustratur.

<sup>1</sup> Cf. Grivec, Pravovernost sv. Cirila in Metoda, Bogoslovni vestnik I p. 13.

*Articulus V.*  
**SCHOLIUM SLAVICUM**  
contra sic dictum canonem 28. Chalcedonensem.

**F o n t e s:** О строеніи пресвятаго прѣстола Костянтина града, ed. A. S. Pavlov, Византійскій Временникъ 4 (С. Петербургъ 1897) р. 147—154; *textus editio emendata et retroversio Graeca auctore V. Beneševič*, Byzantinische Zeitschrift 36 (Leipzig 1936) p. 103—105.

**L i t e r a t u r a:** A. S. Pavlov, Анонимная греческая статья о преимуществахъ Констанциопольского патріаршаго престола древне-славянскій переводъ ея съ двумя важными дополненіями, Висантійскій Временникъ 4 (С. Петербургъ 1897) р. 143—59.

M. Jugie, Le plus ancien recueil canonique slave et la primauté du pape, Besarione (Roma 1918) p. 46—55.

Fr. Grivec, Doctrina Byzantina de primatu et unitate ecclesiae (Ljubljana 1921) p. 81—98.

H.F. Schmid, Neuere Beiträge zur Frage der ältesten kirchenlavischen Nomokanonübersetzung, Zeitschrift für slavischen Philologie 1 (Leipzig 1924) p 202—203.

Fr. Grivec, Orientalische und römische Einflüsse in den Scholien der Slavenapostel Kyrillos und Methodios, Byzantinische Zeitschrift 30 (Leipzig 1929) p. 287—94.

N. P. Rutkovskij, Латинскія схоліи въ кормчихъ книгахъ, Seminarium Kon-dakovianum 3 (Prague 1929) p. 149—68.

M. Weingart, Ke dnešnímu stavu badání o jazyce a písemnictví cirkevněslovan-ském, Byzantinoslavica 5 (Praha 1933—34) p. 449.

Fr. Grivec, Originalnost sv. Cirila in Metoda, Jugoslovenski istoriski časopis 1 (Beograd 1935—36) p. 70 - 72.

*Sectio prima.*

**O b s e r v a t i o n e s c r i t i c a e.**

*§ 1. Status quaestioniſ.*

45. Scholium Slavicum contra decretum concilii Chalcedonensis, quod decretum — inepte quidem — appellari consuevit canon 28. Chalcedonensis,<sup>1</sup> in tribus codicibus mss. ecclesiastico — slavicae versionis syntagmatis 14 titulorum invenitur, et quidem in capitulo quodam

<sup>1</sup> Pro isto loquendi modo cf. E. Schwartz, Der sechste nicaenische Kanon auf der Synode von Chalkedon, Sitzungsberichte der Preussischen Akademie der Wissenschaften, Phil. Hist. Klasse 27 (Berlin 1930) p. 612—13.

completorio, in quo de privilegiis seu iuribus primatialibus ecclesiae Constantinopolitanae sermo fit. Russus A. S. Pavlov capitulum hoc una cum scholio nostro, quod erronee in duo scholia dividebat, anno 1897 edidit in periodico Византійський Временникъ<sup>1</sup> iuxta duo codices mss.: 1. Soloveck. 1056 = Kazansk. Duh. Akad. 1165 (iuxta classificationem Beneševič) s. XVI—XVII; 2. Troicko — Sergiev. Lavr. 207 s. XVI (iuxta classificationem Beneševič). Tertium codicem, in quo idem capitulum una cum scholio exhibetur, invenit Beneševič: cod. Bibliothecae publicae Leningrad. 250. Beneševič etiam novam editionem totius capituli una cum nostro scholio iuxta tres laudatos codices mss. procuravit in suo „Syntagmate XIV titulorum sine scholiis secundum versionem palaeoslavicam“.<sup>2</sup> Scholium tantum iuxta tres supra nominatos codices Beneševič edidit in periodico Byzantinische Zeitschrift una cum reconstructione Graeca et in textu Slavico quibusdam opportunis emendationibus adhibitis.<sup>3</sup>

Iam prof. Pavlov huius capituli completorii, cui „О строении пресвятаго пръстола Костянтина града“ inscribitur, textum quoque Graecum reperit, sed sine scholio, de quo nobis agitur, Florentiae in codice ms., exhibente synagogam 50 titulorum Joannis Scholastici; Laurent. Plut. V cod. 22 s. XII.<sup>4</sup> Capitulum in codice Graeco inscribitur: „Περὶ προνομιῶν τοῦ ἀγιοτάτου Θρόνου Κονσταντινούπολεως“. Beneševič praeter codicem a Pavlov consideratum huius capituli completorii (sine nostro scholio) textum Graecum invenit in quatuor aliis codicibus mss.: Venet class. III cod. II (= Nanian. 226) s. XI.—XIII; Paris. du fonds graec. 1370 s. XIII; Atheniens. 1374 s. XVI; Vatic. graec. 1455 anni 1299. De primis duobus et ultimo codice constat, eos continere Synagogam 50 titulorum Joanis Scholastici; de argumento cod. Atheniens. 1374 nondum constat.<sup>5</sup>

Textum Graecum scholii Slavici, in quo doctrina de primatus ec-

<sup>1</sup> Виз. Врем. IV p. 147—54; quoad classificationem cf. Beneševič, Каноннический сборникъ XIV. титуловъ (С. Петербургъ 1905) p. 261.

<sup>2</sup> Tomus II., fasc. 1, p. 38—45. Fasciculus totus periit, cf. Byzantinische Zeitschrift 35, p. 439—41.

<sup>3</sup> Byzantinische Zeitschrift 36 p. 101—105.

<sup>4</sup> Descriptionem cod. vide apud A. M. Bandini, Catalogus codicum mss. bibliothecae Mediceo-Laurentianae I (Florentiae 1763) p. 45; cf. Beneševič, Sinagoga v 50 titulov (S.-Peterburg 1914) p. 29—30.

<sup>5</sup> Синагога въ 50 тит. p. 62. 31; Byz. Zeitschrift 36, p. 101 sq.

clesiastici fundamento politico eiusque translatione refutatur, neque Pavlov neque Beneševič invenire potuerunt.

46. Cum de scholio dicto iam sat multa disputata sint, non importunum visum est ea brevi conspectu perstringere.

Prof. Pavlov in dissertatione sua<sup>1</sup> opinionem emisit, articulum seu capitulum completorium de privilegiis Constantinopolitanae sedis compilatum et in nomocanonem insertum esse iam ante annum 732, quia in quodam scholio, quo fragmentum legum Justiniani declaratur, affirmatio occurrit, episcopos Illyricos sub Romana sede esse: „Δεῖ εἰδέναι ὡς οἱ τοῦ Ἰλλυρικοῦ ἀπαντεῖ ἐπίσκοποι ὑπὸ τὸν Ῥώμης ἀγιότατον Θρόνον τελοῦσιν.“<sup>2</sup> Imperator enim Leo III. Isauricus anno 732 Illyricum a patriarchatu Romano avulsit et patriarchae Constantinopolitano subiecit. Prof. Pavlov censebat, capitulum hoc completorium de privilegiis Constantinopolitanae sedis una cum dicto scholio versioni Slavicae, a s. Methodio eiusque discipulis confectae, ab ipso Methodio adiunctum esse: „Почему же неприписать такого признания простому супфрагану папского престола. каковымъ былъ св. Мефодій?“ et dat rationem: „Иначе фактъ существования на славянскомъ языкѣ и въ составѣ первоначального славянского помоканона двухъ ланоническихъ схолій греческаго происхожденія осианется перазрешимой загаткой.“<sup>3</sup> Factum, istud scholium in codicibus ecclesiastico – slavicae versionis nomocanonis 14 titulorum tantum inveniri, prof. Pavlov explicavit observando, etiam alia quaedam complementa ex nomocanone Joannis Scholastici in codices ecclesiastico — slavicos nomocanonis 14 titulorum transiisse.<sup>4</sup>

Dissertatio prof. Pavlov de scholio in supplemento nomocanonis 14 titulorum slavici in Occidente diu fere praetermissa (non observata) remansit. Per transennam mentionem scholii in suo tractatu theologiae fundamentalis fecit Ign. Ottiger.<sup>5</sup> Maiori cum successu attentionem admoverunt sibi suisque de scholio Slavico (et illi quidem de

<sup>1</sup> Анонимная греческая статья... Виз. Врем. 4, р. 143—59.

<sup>2</sup> Ibid. p. 144.

<sup>3</sup> Виз. Врем. 4, р. 146—47.

<sup>4</sup> Ibid. p. 145—46.

<sup>5</sup> Theologia fundamentalis II. De ecclesia Christi ut infallibili revelationis divinae magistra (Friburgi Br. 1911) p. 714. Ottiger citat Byz. Zeitschr. 6, p. 644—45.

„duobus“ scholiis loquentes) lucubrationibus M. Jugie et Fr. Grivec.

47. — M. Jugie anno 1918 in periodico Bessarione articulum publici iuris fecit, in quo versionem scholii Gallicam dedit et sententiam expressit, scholium sermone Slavico compositum esse a s. Methodio ipso et quidem paulo ante mortem et tamquam testamentum discipulis relictum.<sup>1</sup> De scholio Slavico M. Jugie tractat etiam in suo opere de theologia dogmatica christianorum Orientalium dissidentium.<sup>2</sup>

Paucis annis post articulum M. Jugie analysim theologicam scholii adumbravit in suis dissertationibus etiam prof. Grivec.<sup>3</sup> Prof. Grivec hypothesim statuit, scholium de origine divina primatus Romanorum pontificum quoad substantiam a monachis Graecis saec. VIII exeunte compositum esse, quo tempore monachi Graeci adhuc frequenter cum ecclesia Romana commercium habebant traditionesque Orientis de cultu sacrarum imaginum atque de primatu Romani episcopi strenue contra patriarchas imperatoresque Constantinopolitanos defendebant. Scholium de divina primatus Romani origine insertum est non-nullis nomocanonis exemplaribus, quae in monasteriis adhibebantur. Textus Graecus scholii deperiit, quia exeunte s. IX usque ad saec. XI studium monachorum Graecorum in primatu Romano defendendo elanguit. S. Methodius, traditionibus monachorum Graecorum inhaerens, scholium in monasteriis Byzantinis eo tempore adhuc notum suae nomocanonis versioni inseruit. S. Methodius scholium sermone paleoslavico libere reddidit atque probabiliter quasdam propositiones adiecit sermonemque exornavit, prout etiam elenchem conciliorum cap. 1. Vitae Methodii rhetorice exornaverat. Doctrinam scholii de patriarchatu Hierosolymitano prof. Grivec illustrat ad traditiones Antiochenas et Alexandrinas provocando. Prof. Grivec scholium versione Latina exornavit.<sup>4</sup>

Scholium Slavicum de Romani pontificis primatu a recentioribus auctoribus tractatum compendiorumque theologiae fundamentalis

<sup>1</sup> Le plus ancien recueil canonique slave . . . Bessarione 34, p. 46—55.

<sup>2</sup> Theologia dogmatica christ. Orient. I (Paris 1926) p. 111 sq. 115. 224—29.

<sup>3</sup> Pravovernost sv. C. in M., Bogosl. vestnik I p. 17—18; Cerkveno prvenstvo i edinstvo po bizatinskom pojmovanju (Ljubljana 1921) p. 81—98.

<sup>4</sup> Ibid. p. 94—97 (textus Slavicus et versio Latina); versionem Lat. correxit Grivec in Bogoslovni vestnik 2, p. 57 sq., in libro Cerkev (Ljubljana 1924) p. 185—87 et in Byz. Zeitschrift 30, p. 294.

(de ecclesia) et theologiae Orientalis tamquam documentum gravissimum theologiae Byzantino-slavicae et tamquam haereditas ss. fratrum Thesalonicensium adhibetur.<sup>1</sup>

Post penitorem ss. Cyrilli et Methodii vitae indagationem prof. Franciscus Grivec suam sententiam de scholii Slavici ortu in aliam mutavit<sup>2</sup>: scholium compositum esse censem tempore commoracionis Romanae a s. Cyrillo sermone Graeco, postea vero a s. Methodio sermone Slavico redditum. Qua hypothesi facilius explicantur influxus Orientales et Romani, qui in scholio apparent. Locum scholii, in quo sermo est de patriarchatu Hierosolymitano, prof. Franciscus Grivec nunc interpretatur adhibendo imprimis expositionem s. Nicolai papae I. in Responsis ad consulta Bulgarorum (a. 866), quae in hoc punto cum traditionibus Antiochenis atque Alexandrinis concordat.

48. Anno 1929 N. P. Rutkovskij, discipulus prof. Beneševič, de scholio nostro quaedam nova non spernenda protulit.<sup>3</sup> Investigacionibus a Beneševič factis innixus Rutkovskij contra Pavlov ostendit, capitulum de privilegiis Constantinopolitanae sedis non ante annum 732, sed posterius quam primam versionem Slavicam collectionis canonum factum esse. Rutkovskij putat, scholium, quod de divina origine primatus Romani pontificis agit, iam saeculo V. exeunte in lucem editum esse in Occidente (a papa Gelasio I.), quo decreta synodi Chalcedonensis, Romae adversantia, refutarentur. Scholium Latinum contra canonem 28. Chalcedonensem Constantinopoli bene notum esse debuit. Non est impossibile, disceptationes contra canonem 28. Chalc. in ipsas collectiones canonum Graecas viam invenisse, unde in versionem quoque Slavicam venerunt. Rutkovskij quamcum-

<sup>1</sup> Praeter libros prof. Grivec et M. Jugie iam laudatos conferantur: M. d'Herbigny, *Theologica de Ecclesia II* (Paris 1921) ed. 2, p. 150—151; (Paris 1928) ed. 3, p. 164—65.

Th. Spáčil, *Conceptus et doctrina de Ecclesia iuxta theologiam Orientis separati III. Orientalia christiana*, vol. II—2, num. 8 (Roma 1924) p. 115—118 (79—82).

<sup>2</sup> Orientalische und römische Einflüsse ..., *Byz. Zeitschr.* 30, p. 287—294 Dissertationem hanc Grivec a. 1937 in congressu byzantinologico Belgradii proposuerat.

<sup>3</sup> Латинскія схолія въ кормчихъ книгахъ, *Seminarium Kondakovianum*. 3, p. 149—68.

que cooperationem ss. Cyrilli et Methodii in versione scholii Slavica conficienda excludit, sive quia Methodius in suo itinere Constanti-nopolitano ca. annum 882 a patriarcha officialem tantum nomocano-nem obtainere potuerit, qualis tunc temporis syntagma 14 titulorum, non vero synagoga 50 titulorum Joannis Scholastici erat; sive sup-posito, iam tempore s. Methodii synagogam 50 titulorum Joannis Scholastici in sermonem Slavicum translatam esse, ob eam ratio-nem, quod tunc temporis Romam inter et Constantinopolim non circa quaestionem de primatu ecclesiastico, sed circa doctrinam dogma-ticam de Filioque disceptatum sit. In quaestione de Filioque ss. fra-tres doctrinam ecclesiae Byzantinae tenuisse, Rutkovskij probare conatur dupli symbolo (Nicaenum et Constantinopolitanum), quod in Ustjužskaja kormčaja (= Rumjancev. 230) invenitur et in quo ad-ditamentum Filioque exsulat, et praeterea quadam professione fidei Написаніе о правѣи вѣрѣ, quae in collectione medio — bulgarica ex anno 1348 invenitur quaeque sequentem propositionem continet: „ . . . и въ единъ Духъ святыи, исходещъ отъ Бога Отъца единого.“ Maiori igitur cum probabilitate, ita concludit Rutkovskij, scholium, si iam cum opera s. Methodii coniungi debet, in ea aetate collocatur, quae mortem magni Slavorum apostoli immediate subsecuta est. Ver-sio scholii Slavica conatus tantum esset, quo Slavorum literatura ca-nonica adversus clerum Latinum et Germanicum defenderetur, vel etiam reliquiae censurae Latinae, qua adversarii Slavorum doctoris, de quibus in Vite eius sermo fit, opus Methodii instructum esset. In sua dissertatione Rutkovskij secutus Pavlov textum ecclesiastico — slavicum totius supplementi „О строеніи пресвятаго прѣстола Кост-янтина града“ una cum originali Graeco denuo imprimendum curavit.

49. Breviter de scholio Slavico egit etiam prof. Dvorník. In sua monographia de Vitis Constantini et Methodii statum quaestio-nis delineavit et suam sententiam enuntiavit.<sup>1</sup> Ultima hypothesis prof. Grivec illi minime probabilis videtur. Prof. Dvorník censem, scholium alicubi in Occidente, fortasse ineunte saeculo VIII in aliquo monas-terio Graeco Romae compositum esse. S. Methodius vel aliquis ex eius discipulis de scholio isto Romae discere potuit et illud in ser-monem Slavicum vertere.

<sup>1</sup> Les Légendes de Constantin et de Méthode vues de Byzance (Prague 1933) p. 301—305.

De statu hodierno investigationum circa linguam et literaturam ecclesiastico-slavicam referens, in recensione operis prof. Dvorník professor M. Weingart tetigit etiam quaestionem de nostro scholio Slavico.<sup>1</sup> Prof. Weingart reicit hypothesis, quae versionem scholii de primatu Romano in aetate Cyrillo-Methodiana collocat, ea praeципue ratione motus, quia ista hypothesis non innitatur investigationi criticae sermonis ac styli scholii cum reliquo textu nomocanonicalis Slavici primigenii et versionum s. scripturae palaeoslavicarum comparati. Suae sententiae prof. Weingart tria argumenta profert: 1<sup>o</sup> Lingua versionis scholii inintelligibilis et valde infantilis a versionibus s. scripturae, a ss. fratribus confectis, nimis discrepat. 2<sup>o</sup> Ad versiones s. Methodii pertinere posset tantummodo versio synagogae 50 titulorum Joannis scholastici, quae in codice Ustjužskaja kormčaja et in duobus aliis codd. servatur. At scholium nostrum invenitur in duobus manuscriptis syntagmatis 14 titulorum tantum, de quo valde dubitatur, num iam aetate Cyrillo-Methodiana translatum sit. 3<sup>o</sup> In manuscriptis Graecis synagogae Joannis scholastici inveniuntur quidem scholia diversa, sed scholium, de quo nobis agitur, in catalogo scholiorum valde accurato, quam in sua monographia dedit Beneševič, desideratur.<sup>2</sup>

Sententiam prof. Weingart suam fecit denique ipse V. N. Beneševič, sua auctoritate etiam dissertationem, à Rutkovskij factam, confirmando.<sup>3</sup> Clarissimus Beneševič ex omnibus lucubrationibus hucusque super scholio nostro publicatis concludit, professorem Pavlov, insufficienti investigatione rerum, de quibus agitur, innixum et propriis sententiis ecclesiastico — politicis abductum, minus de penitiore indagatione textum curasse ac propterea circa hanc quaestionem magnam confusionem in mentes induxisse. Errorem prof. Pavlov, censem Beneševič, egregie correxit Rutkovskij atque sententia gravissima prof. Weingart apta est, quae pro semper eum removeat. Beneševič denique observat, textui Graeco (originali) minorem aequo attentionem admotam esse. Auctores semper de duobus scholiis loquebantur, non observantes, punctum divisionis inter

<sup>1</sup> Ke dnešnímu stavu badání . . . , Byzantinoslavica 5, p. 449.

<sup>2</sup> Синагога въ 50 титуловъ р. 250-68.

<sup>3</sup> Zur slavischen Scholie angeblich aus der Zeit der Slavenapostel, Byzantinische Zeitschrift 36, p. 101—105.

utrumque scholium in media propositione esse positum. Nimiam fidem, secundum sententiam Beneševič, in textum Slavicum scholii testatur conatus professoris Grivec, scholium in sermonem Latinum vertendi. Quapropter Beneševič ipse textum scholii Graecum reconstruere aggressus est.

50. Dissertationes prof. Pavlov, Jugie, Grivec, Rutkovskij atque Beneševič momentum scholii pro theologia Byzantinoslavica ostenderunt et theologos ad multas quaestiones nondum satis elucidatas attentos reddiderunt. Quapropter et ego, tanto me quidem operi imparem sentiens, ad quaestiones quasdam circa scholium Slavicum de Romani pontificis primatu theologico — historicas elucidandas aggressus sum. Claritatis gratia aliquas animadversiones praemittere liceat.

In tota perdifficili quaestione circa originem scholii Slavici endanda imprimis duae distinctiones probe attendendae sunt: 1<sup>o</sup> distinguere oportet inter auctorem versionis Slavicae et auctorem scholii nostri in sermone Graeco; 2<sup>o</sup> distinguendum est inter auctorem totius capituli, cui „Περὶ προνομιῶν τοῦ ἀγιοτάτου Θρόνου Κωνσταντίνουπόλεως“ inscribitur, et auctorem nostri scholii. Ista distinctiones, etsi satis obviae, a quibusdam tamen, ut ex supraexpensis patet, oblivioni traditae videntur.

Ad primam igitur distinctionem quod attinet, concedi possit, si solide probetur, linguam versionis Slavicae in nostro scholio aetatem ss. Cyrillo et Methodio posteriorem redolere. Quod tamen neque a linguae palaeoslavicae peritis omnibus tam certo affirmatur<sup>1</sup> neque argumentis gravibus, quod tam facili negotio, ut optime notavit Beneševič, hucusque fieri non potest, cum fontium huc spectantium editiones desint, probatum est. Difficultates sermonis ac styli peioris, quam qui in versionibus biblicis in sermonem palaeoslavicum classicum invenitur, revera adsunt, quae tamen magna ex

<sup>1</sup> Cf. H. F. Schmid, Neuere Beiträge . . . Zeitschrift für slavische Philologie 1, p. 202—203. Schmid scribit, hypothesim professoris Grivec, in quantum mere philologice consideratur, omnino sustineri posse. Notandum est, professorem Schmid data opera sub respectu philologico iam versionem Slavicam synagogae Joannis scholastici, quae communiter s. Methodio adscribitur, accurate investigasse; vide eius monographiam: Die Nomokanonübersetzung des Methodius. Die Sprache der ksl. Übertragung der Synagoge des Johannes Scholasticus (Leipzig 1922).

parte negligentia scribarum et fontium corruptione explicari posse videntur. Textus ceteroquin cum emendationibus a Beneševič propositis multo facilius legitur.<sup>1</sup> Oblivioni praeterea non est tradendum expressiones et formas quasdam, quae in versione Slavica scholii occurrunt, esse antiquas et ad aetatem Moravicam pertinere posse. Termini ac formae ut v. g. папежъ, варити, святитель (= episcopus Romanus), причетъ certe inter antiquiores adnumerari debent.<sup>2</sup> Terminus чиститель in recentioribus quidem textibus sermonis palaeoslavici invenitur,<sup>3</sup> sed nihil prohibet, quominus vel iam antiquitus adhiberi potuerit vel termino antiquiori substitutus censatur, prout conicit H. F. Schmid.<sup>4</sup>

Ex dictis patet, investigationem philologicam scholii hucusque tamquam argumentum peremptorium pro sententia sive affirmante sive negante, versionem scholii Slavicam s. Methodio eiusque discipulis posse attribui, invocandam non esse.<sup>5</sup>

Quidquid tandem sit de textu scholii Slavico, aetas textus originalis Graeci ab idiomate Slavico non dependet.

51. Ad secundam distinctionem quod spectat, N. P. Rutkovskij, secutus indagationes prof. Beneševič, demonstravit, totum capitulum „Περὶ προνομῶν τοῦ ἀγιοτάτου Κωνσταντινοπόλεως“ multo posteriori aetate, quam supponebat Pavlov, compilatum esse. Rutkovskij compositionem capituli completorii in codicibus mss. Kazansk. (= Soloveck.) et Troicko — Sergiev. Lavr. investigando eam ad aetatem codice ms. Efremovskaja kormčaja, qui syntagma 14 titulorum in versione Slavica exhibet et ad s. XI pertinet, refert. Conse-

<sup>1</sup> V. Byzantinische Zeitschrift 36, p. 103.

<sup>2</sup> Pro папежъ et варити v. V. Jagić, Entstehungsgeschichte der kirchenslavischen Sprache, ed. 2, p. 203. 283; про святитель v. Jagić, Apostolus II p. 38; про причетъ v. Sreznevskij, Материалы для словаря древнерусск. языка, s. v.; cf. Zeitschrift für slav. Phil. 1, p. 202.

<sup>3</sup> Cf. cod. Suprasliensem, apud Jagić, Entstehungsgeschichte . . . ed, 2, p. 309; praeterea versionem syntagmatis, apud Sreznevskij, Материалы s. v.

<sup>4</sup> Neuere Beiträge . . . Zeitschrift für slavische Philologie 1, p. 202, n. 2.

<sup>5</sup> Cf. iudicium sobrium H. F. Schmid: „Durchschlagende Beweise für die Richtigkeit der Grivec'schen Anschauung vermag die philologische Untersuchung der Scholien auf den ersten Hieb nicht zu bringen. Doch dürfte auch die Feststellung schon nicht ganz wertlos sein, dass der kühne Gedankenbau des Laibacher Forschers sprachwissenschaftlicher Nachprüfung stand hält.“ Neuere Beiträge . . . Zeitschrift für slav. Philologie 1, p. 203.

quenter, ita concludit Rutkovskij, nisi capitulum *Περὶ προνομιῶν* casu insertum fuerit in Prohiron supplementorum utriusque codicis a quodam amanuensi, et si apparitio eius in sermone Slavico cum origine Slavici Prohiron connectatur, impossibile est, illud aetati s. Methodii adscribere.<sup>1</sup> Quae duplex suppositio hucusque probata non est. Sed etiam supposito, capitulum *Περὶ προνομιῶν* revera post versionem syntagmatis 14 titulorum (Efremovskaja kormčaja, s. XI) compilatum (Slavice redditum?) esse, nemo hucusque, neque Rutkovskij, demonstravit omnia et singula elementa capituli eadem aetate esse orta et proinde scholium de Romani pontificis primatu ante compilationem articuli „*Περὶ προνομιῶν τοῦ ἀγιοτάτου Θρόνου Κωνσταντινουπόλεως*“ oriri non potuisse. Immo ipse Rutkovskij hanc possibilitatem expresse admittit et considerat, cum scholium nostrum Latino sermone tempore Gelasii papae I. compositum esse conicit.<sup>2</sup> Quapropter sententia clarissimi Beneševič in hoc punto non probatur.

52. Cum igitur ad originem scholii Slavici elucidandam criteria externa desint, cum neque lingua versionis scholii Slavicae neque compositio totius capituli *Περὶ προνομιῶν* nobis tamquam criterium sufficiens ad aetatem ortus nostri scholii determinandam inservire possint, ad analysis eorum, quae scholio continentur, praesertim eius terminologiae et argumentationis theologicae, configiendum est. Quapropter in observationibus sequentibus in primis analysis terminologiae scholii quaestiones quasdam sat graves elucidare conabimur: a) num scholium de Romani pontificis primatu revera cum reliquis elementis capituli compilati *Περὶ προνομιῶν* consonet; b) utrum scholium nostrum praeseferat indolem latinam, ut vult Rutkovskij, an Orientalem, ut vult prof. Grivec et alii. Deinde analysis argumentationis scholii historica adminicula quaedam obtinere conabimur ad tempus originis determinandum et proinde ad auctorem scholii cognoscendum, cum iam in sectione secunda singula in nostro scholio doctrinae capita examini subiciemus.

## § 2. Analysis terminologiae scholii.

53. Scholium de origine divina primatus Romani pontificis in codicibus Slavicis simul ponitur cum sic dicto canone 28. Chalcedonensi,

<sup>1</sup> Латинскія схолія . . ., Seminarium Kondakovianum 3, p. 158.

<sup>2</sup> Seminarium Kondakovianum 3, p. 164 sq.

cui immediate adnectitur aliud breve scholium, in quo sermo est de collatione ecclesiastici primatus per concilium propter principatum civilem (politicum) deque primatus ecclesiastici una cum principatu politico translatione. Notandum est, scholium Slavicum de primatus Romani origine divina contra decretum Chalcedonense in sensu dicti brevis scholii interpretatum dirigi.

In codicibus versionis ecclesiastico — slavicae canon 28. Chalcedonensis, qui vocatur, appellatur: „причеть тогоже святаго собора чести ради тогоже прѣстола“, quod essentialiter differt a titulo, quo canon 28. Chalcedonensis, qui vocatur, in codice Graeco, a Pavlov considerato, inscribitur: „Τῆς αὐτῆς συνόδου κανὼν ἡ, χάριν τῶν πρεσβείων τοῦ αὐτοῦ θρόνου“. Titulus, qui in codicibus Slavicis invenitur, consonat e contra cum titulo respectivo in codice ms. Graeco Mosqu. Syn. 398 s. IX vel X, et item in supplemento (Patm 1) s. XVI—XVII (ambo codiees nomocanonem Joannis scholastici 50 titulorum in ea forma exhibent, quae iuxta investigationes prof. Beneševic praecipuus fons fuit nomocanoni 14 titulorum redactionis II, qui nomocanon apparere debuit inter annos 787 et 861.)<sup>1</sup> Titulus iste sic sonat: „κ'. ψῆφος τῆς ἀγίας συνόδου ἐκφωνηθεῖσα χάριν τῶν πρεσβείων τοῦ θρόνου τῆς ἀγιοτάτης ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως.“ Notandum est, hoc decretum (ψῆφος) non numerari (ut κη.) inter canones concilii Chalcedonensis, qui in „Συναγωγὴ κανόνων ἐκκλησιαστικῶν εἰς ν' τίτλους διηρημένη“ (M 1, 4<sup>r</sup> — 66<sup>r</sup>; Patm 1, 5<sup>v</sup> — 30<sup>v</sup>),<sup>2</sup> sed illud poni inter supplementa, post can. 7. Const. et canones 6. 7. Ephes. (M 1, 106<sup>v</sup> — 108<sup>r</sup>).<sup>3</sup>

Praeterea in codice Vindob. hist. graec. 7 s. XII—XIII affertur textus decreti immediate, quidem post canones, sed adhuc sub inscriptione: „Κη'. Ψῆφος τῆς αὐτῆς ἀγίας συνόδου ἐκφωνηθεῖσα περὶ τοῦ πρεσβείων τοῦ θρόνου τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἀγίας ἐκκλησίας.“<sup>4</sup>

54. In nomocanone 14 titulorum I. redactionis, qui iuxta investigationes Beneševič<sup>5</sup> annis 620—29 compilatus est, decretum concilii

<sup>1</sup> Cf., Beneševič, Синагога въ 50 титуловъ р. 70—72. 76. 87—89; idem, Канонический сборникъ XIV титуловъ р. 304—307.

<sup>2</sup> Beneševič. Синагога въ 50 титуловъ р. 73.

<sup>3</sup> Ibid. 76. 87 sub linea.

<sup>4</sup> Ibid. p. 116.

<sup>5</sup> Канонический сборникъ XIV титуловъ р. 229—30. Ed. Schwartz. in suo articulo *Der sechste nicaenische Kanon auf der Synode von Chalkedon*, Sitzungs-

Chalcedonensis iam in serie canonum adiecto numero 28. ponitur, etiamsi nomen pristinum (*ψῆφος*) adhuc servaverit: „*Κη'. Ψῆφος...*“<sup>1</sup> vel simpliciter omittitur ut in cod. Hierosol, Metoch. 635 s. XI et Vallicell. C. 11 s. XI (in quo numerus canonum Chalcedonensium limitatur ad 27).<sup>2</sup> In syntagmate I. redactionis („collectio trullana“, quae vocatur), quod iuxta Beneševič<sup>3</sup> iam secundo dimidio s. VII ante 6. concilium oecumenicum compositum est, iam in titulo generali 28 canones concilii Chalcedonensis numerantur: „*Συνόδου τῆν ἐν Χαλκεόνι τῶν χλ' ἀγίων πατέρων κανόνες κη'*“.<sup>4</sup> Differentia inter *ψῆφος* et *κανόνες* hic iam non appareat. Terminum technicum *ψῆφος* (decreto) in versione ecclesiastico — slavica reddi termino причеть, probatur eo, quod in eodem capitulo completorio in codicibus Slavicis terminus Graecus *kanón* non vertitur: *Tῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου κανών*  $\vartheta'$  = святаго и вселеня въ Калхидонѣ сбора канонъ  $\Theta$ ; praeterea *Tῆς αὐτῆς συνόδου κανών*  $\iota\zeta'$ .  $\tau\acute{\iota}\tau.$   $\beta$  = Того же святаго сбора канонъ зи.<sup>5</sup> Notandum est, terminum Graecum *κανών* etiam in versione Slavica synagogae Joannis scholastici antiquissima, quae in Ustj. kormčaja invenitur, de qua communis viget opinio, eam iam aetate s. Methodii factam esse, sermone Slavico non reddi, sed intranslatum remanere.<sup>6</sup> Item in versione Slavica syntagmatis 14 titulorum antiquissima, quae in codice Efremovskaja kormčaja s. XI servatur, vocabulo причеть Slavice redditur terminus Graecus *ψῆφος* seu *ψήφισμα* tantum.<sup>7</sup>

55. Ex istis observationibus concludi potest, versionem Slavicam berichte der Preuss. Akad. der Wissensch. Phil.-hist. Kl. 27, p. 612 opinatur, collectionem 14 tilolorum „nach den grundlegenden Untersuchungen von Benešewitsch“ ultimis decenniis s. VI demum ortam esse.

<sup>1</sup> Beneševič, Канонический сборник XIV титуловъ р. 155: *textus tituli sub n. 10.*

<sup>2</sup> Beneševič, *ibid.* p. 155.

<sup>3</sup> Ibid. p. 241—42.

<sup>4</sup> Ibid. p. 232.

<sup>5</sup> V. edit. Pavlov in Виз. Врем. 4, p. 148; vel apud Rutkovskij, Seminarium Kondakovianum 3, p. 151—52.

<sup>6</sup> A. I. Sobolevskij Материалы и изслѣдованія въ области славянской филологии и археологии, Сборникъ отдѣленія русскаго языка и словесности императорской академіи наукъ, Т. LXXXVIII, No. 3 (С. Петербургъ 1910) р. 140—53; cf. Beneševič, Синагога въ 50 титуловъ р. 210.

<sup>7</sup> Cf. Sreznevskij, Материалы для словаря древнерусск. языка, с. v.

canonis 28. Chalcedonensis, qui vocatur, factam esse e codice Graeco synagogam Joannis scholastici exhibente, et quidem antiquioris redactionis, quam erat codex, quem investigavit prof. Pavlov. Unde valde confirmatur hypothesis, a scribis Slavicis textum versionis Slavicae decreti Chalcedonensis e codice antiquiore, qui nomocanonem 50 titulorum exhibebat, una cum scholio de Romani primatus origine divina in versionem Slavicam capituli completorii posteriorem, quod nomocanoni 14 titulorum adiectum exstat, translatum esse.<sup>1</sup>

56. Videamus nunc alia quaedam puncta ex terminologia nostri scholii!

Подобаетъ же вѣдѣти — typicum initium secundum stylum scholasticum Graecum — δεῖ δὲ εἰδέναι.

Papa Leo designatur attributo старааго Рима прѣстолъ правящааго, quod sonatin sermone Graeco: τῆς παλαιᾶς (πρεσβυτέρας seu πρεσβυτίδος) Ῥώμης θρόνου διευθύνοντος (quae expressio apud Photium invenitur) vel διέποντος (ut loquitur s. Theodorus Studita). Notandum est, Romae locutionem de „vetere Roma“ non fuisse valde acceptam, sicut elucet ex epistola Nicolai papae I. ad Michaelem imperatorem missa: „ex . . . Urbe, quam vos quidem inveteratam, sed Honorius pius imperator aeternam vocat“.<sup>2</sup>

Graecismus crassus est constructio зане царчествовати = διὰ τὸ βασιλεύειν.

Съвше изначала = ἀνωθεν ἀρχῆθεν (iuxta Nicephorum patriarcham, MPG 100, 597) seu ἐπὶ τῶν ἀνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς (ut habet s. Theodorus Stud., MPG 99, 1029 C).

Върховному отъ апостолъ Петру laudes canit liturgia Byzantina: κορυφαῖος τῶν ἀποστόλων.

Чъсть варившихъ въ чистительхъ — conferantur loci ut v. g. in novella 131. Justiniani: Ῥώμης πάπαν πρῶτον εἶναι πάντων τῶν ἰερέων; vel in epistola patriarchae Constantinopolitani Tarasii ad papam Ha-

<sup>1</sup> Cautus loquendi modus (non dicitur „translatus est in versionem Slavicam nomocanoni 14 titulorum posteriorem“) necessarius est, quia historiographus Bulgarus V. Zlatarski probare voluit, nomocanonem 14 titulorum iam ca. annum 865 sermone veterobulгарico redditum esse; cf. eius dissertationem Какви канонически книги и гражданска закони Ворис е получилъ отъ Византия, Лѣтописъ на Българската академия на наукитѣ I. за година 1911 (Софія 1914) р. 73—116, praesertim р. 109—110.

<sup>2</sup> MGH Epist. VI p. 474.

drianum I. directa: ἡ ἀδελφικὴ ὑμῶν ἀρχιεροπρεπὴς ἀγιωσύνη ἐνθέσμως καὶ πατὴ τοῦ βούλησιν προτανεύοντα τὴν ἱεραρχικὴν ἀγιστείαν διαβόητον ἔχει τὴν δόξαν;<sup>1</sup> vel in Nicephori patriarchae Apologetico pro sacris imaginibus: ὡς λαχόντων (sc. τῆς πρεσβυτίδος Ῥώμης) καὶ τὴν ἱερωσύνην ἔξαρχειν καὶ τῶν πορνφαίων ἐν ἀποστόλοις ἐγκεχειρισμένων τὸ ἀξίωμα.<sup>2</sup>

Чинъ = τάξις. Чьсть = τιμή, πρεσβεῖα.

Първо съдалище = πρῶτος θρόνος, in memoriam revocat atrium, quo Petrum praedicat liturgia Byzantina: πρωτόθρονος.

Graecismus est locutio въсто да есъ = ἵστεον ἔστιν.

Specimina terminologiae Orientalis Byzantinae, superius adducta, satis superque demonstrant, scholium Slavicum non esse originis Occipentalis Latinae, prout vult Rutkovskij, sed Orientalis Graeciae, ut iam primus censebat Pavlov, deinde Grivec et recentissime Beneševič.<sup>3</sup>

### Sectio secunda.

#### Doctrina scholii de primatu Romani pontificis.

57. Ut expositio doctrinae, quae in scholio Slavico continetur, clarior evadat, scholium in versione Latina una cum divisionibus iuxta eius doctrinae capita a me propositis, praemittere libet:

1. Sciri vero oportet, decretum hoc non fuisse receptum a beato papa Leone, tunc temporis antiquae Romae thronum administrante, nec consensisse illum hac in re sancto Chalcedonensi concilio, sed scripsisse ad concilium, nihil tale sibi recipiendum, quia innovatione ambiguitatis (ambitionis) Anatolii, tunc temporis episcopi Constantinopolitani, id factum esset; ex eadem ratione neque aliquos episcopos, in concilio praesentes, subscrisisse iis, quae eo decreto contineantur.

2. Non enim, sicut id decretum dicat, quia regnaret antiqua Roma, ideo pri-

<sup>1</sup> MPG 98, 1444.

<sup>2</sup> MPG 100, 597.

<sup>3</sup> Виз. Врем. 4, p. 144—45; Doctrina Byzantina de primatu et unitate ecclesiae p. 84; Byzantinische Zeitschrift 36, p. 101—102. De retroversione scholii a Beneševič in Graecum sermonem proposita ex aliquibus textibus terminologiae Byzantinae supra adductis iudicari poterit.

vilegia (honorem) illi esse tributa a sanctis patribus, sed desuper ab initio ex divina gratia propter fidei gradum, aliis verbis, quia princeps apostolorum Petrus ab ipso Domino Jesu Christo audisset sermonem: Petre, amas me? Pasce oves meas, privilegia praecedentium in sacerdotibus, munus et primum thronum eam obtinuisse.

3. Si igitur, sicut dixerunt, qui praecedentem sermonem (scholium) compo-  
suerant, quia regnaret antiqua Roma, etiam privilegia illi competere, nunc vero  
Constantinopoli regnante, huic et privilegia succedant, sciendum est, etiam Me-  
diolani et Ravennae ex ordine imperatores sedisse, quorum palatia usque ad  
praesentem diem consistere, neque propterea hisce urbibus privilegia esse col-  
lata. Sacerdotalis enim ordinis privilegia ac praerogativa non ex mundi gratia,  
sed ex divina electione et apostolica potestate honoratus est.

4. Si enim sancti patres, urbem Hierosolyma propter regem regnantium Deum  
ac Dominum nostrum Jesum Christum gloriosamque eius passionem honorare  
volentes, metropolis privilegia ipsi firmaverunt, non autem patriarchale privi-  
legium contulerunt, quia non poterant statutum amovere, quod verae fidei praedi-  
catores posuerant; quomodo fieri potest, ut propter regem terrenum dona di-  
vina atque apostolici honores transferantur fideique immaculata paecepta mu-  
tentur? Immobiles itaque usque ad finem sunt antiquae Romae honores,

5. Ideo, cum et primatum teneat (inchoet) omnium ecclesiarum, in sanctis to-  
tius orbis conciliis eius episcopus honoris causa non cogitur convenire. At sine  
eius consensu per aliquos ab ipso missos suo throno subditos totius orbis concilium  
non fiebat et, quod ipse disponebat, primas partes in concilio obtinebat  
(inchoabat). Si qui huic sermoni contradicat, rem non ita se habere, velit exqui-  
rere ab eodem beatissimo papa Leone scriptum Marciano et Pulcheriae, piae re-  
cordationis, necnon ad dictum episcopum Constantinopolitanum Anatolium.

58. Thesis, contra quam scholium nostrum dirigitur, breviter enun-  
tiatur alio brevi scholio, quod immediate decretum synodi Chalce-  
donensis subsequitur et nostrum scholium in codicibus Slavicis praecedit,  
cuiusque argumentum ita reddi potest: Constantinopolitana ecclesia ideo tantum secunda vocata est, quia tunc temporis antiqua  
Roma regnabat. Si igitur, sicut ait sancta Chalcedonensis synodus,  
eo quod regnabat antiqua Roma, illi sancti patres privilegia tribue-  
runt, nunc temporis secundum divinum beneplacitum sola Constan-  
tinopoli regnante, haec etiam primatum aequa obtinet. Aliis verbis:  
primatus ecclesiasticus a principatu civili (politico) dependet.

Contra hanc thesim nostrum scholium quinque doctrinae capita evolvit: 1<sup>o</sup> argumento historico-iuridico demonstrat, decretum Chalcedonense valore destitui; 2<sup>o</sup> argumento dogmatico ostendit, primum ecclesiasticum esse originis divinae, non vero a principatu politico; quapropter 3<sup>o</sup> primum ecclesiasticum cum principatu civili non moveri; imo 4<sup>o</sup> neque concilium oecumenicum ulla ex causa antiquae Romae privilegia transferre posse; qua ratione 5<sup>o</sup> specialis conditio quoque Romani pontificis in conciliis oecumenicis explicatur.

Tamquam fons principalis in scholio explicite afferuntur epistola s. Leonis papae I. ad synodum directa (in initio) atque epistolae eiusdem ad Marcianum et Pulcheriam necnon ad Anatolium missae (in fine).

Ex hac simplici nostri scholii in partes divisione apparet, illud omnino logice esse compositum singulasque eius partes, logico nexu coniunctas, unum quoddam doctrinae corpus efformare. Tam apta connexio quam doctrinae soliditas singularum scholii partium revera profundum ingenium eius auctoris manifestant.

### *§ 1. Decretum Chalcedonense nec fuit a papa Leone receptum neque ab aliquibus episcopis in concilio praesentibus subscriptum.*

59. Auctor scholii contra decretum synodi Chalcedonensis arguens, tamquam argumentum historico-iuridicum adducit factum, hoc decretum a Leone papa nequaquam fuisse receptum, neque Leonem hac in re Chalcedonensi consensisse concilio, sed scripsisse ad illud, nihil tale se recipere posse. Tamquam ratio talis agendi modi Romani pontificis affertur circumstantia, decretum hoc innovatione ambitionis<sup>1</sup> Constantinopolitani episcopi Anatolii prolatum esse.

Imprimis tamquam testimonium adducitur epistola s. Leonis „ad synodum“, hoc est ad eos episcopos, qui synodo Chalcedonensi intererant, die 21. Mart. 453 directa.<sup>2</sup> Hac epistola papa episcopos

<sup>1</sup> По поновленії двохърія (Serg. — Troick. Lavr. двохърію: по significat nēxum causalem: двохъріе = duplex fides, ἀμφιβολία, quae fere certe putabatur significari latinismo ἀμβιτιῶν = ambitio, ambitus, qui terminus revera saepius hac eadem occasione in epistolis s. Leonis occurrit. Cf. et Grivec, Doctrina Byzantina ... p. 845.

<sup>2</sup> Acta Conciliorum oecumenicorum, ed. Schwartz, Collectio Grimanica 64 (tomus II, vol. 4, p. 70—71) = Epistolarum collectio B. 20 (tomus II, vol. I 2, p. 61 — 62).

certiores facit, se approbationem suam conciliarium decretorum statim postquam sui legati rediissent, episcopo Constantinopolitano significasse, quod ceteroquin ex epistolis ab ipso missis cognoscere potuissent. Quod vero contra Nicaenos canones statuum est, scribit papa Leo, ut vanae gloriae cupidini Constantinopolitani praesulis satisficeret, confirmare recusat: „Nihil alienum improbus ambitus ( $\eta \alpha\nu\alpha\theta\eta\varsigma \alpha\mu\beta\iota\tau\iota\omega\nu$ ) concupiscat nec per alterius imminutionem suum aliquis quaerat augmentum. Quantumlibet enim extortis assentationibus sese instruat vanitatis elatio et appetitus suos conciliorum aestimet nomine roborandos, infirmum atque irritum erit, quidquid a praedictorum patrum canonibus discreparit”.<sup>1</sup>

60. Consideranda sunt praeterea etiam epistolae, ad quas in fine scholii provocatur quasque papa Leo iam die 22. Maii 452 Constantinopolim ad Marcianum augustum, ad Pulcheriam augustam necnon ad Anatolium episcopum Constantinopolitanum miserat.<sup>2</sup> Leo papa in epistolis istis gaudium suum exprimit, quod recta fides vicerit, sed condemnat decretum de privilegiis Constantinopolitanae sedis, eo quod iura antiquarum sedium apostolicarum laedat et canonibus a Nicaena synodo statutis contradicat.

Afferantur loci, qui influxum aliquem in scholii nostri compositionem et exprimendi modum exercere poterant. In epistola ad imperatorem Marcianum directa scribit inter alia papa Leo: „miror et doleo, quod pacem universalis ecclesiae divinitus reformatam ambitionis rursus spiritus inquietat ( $\alpha\mu\beta\iota\tau\iota\omega\nu\sigma\pi\alpha\lambda\iota\eta\varsigma\epsilon\iota\varrho\eta\varsigma\iota\varsigma\tau\alpha\tau\iota\omega\iota$ ) Privilegia enim ecclesiarum, sanctorum patrum canonibus instituta et venerabilis Nicaenae sinodi fixa decretis, nulla possunt improbitate convelli, nulla novitate mutari ( $\omega\delta\epsilon\mu\iota\tilde{\alpha}\kappa\alpha\iota\eta\tau\eta\tau\iota\tilde{\alpha}\epsilon\tilde{\alpha}$ ) . . . sicut haeresis destructa est, ita etiam omnis ambitus retundatur ( $\pi\alpha\sigma\alpha\alpha\mu\beta\iota\tau\iota\omega\eta\epsilon\kappa\eta\pi\epsilon\iota\eta$ ).<sup>3</sup>

Similes sententias et expressiones invenimus in epistola ad Pulcheriam augustam missa: „quoniam contra statuta canonum paternorum, quae ante longissimae aetatis annos in urbe Nicaena spiritalibus sunt fundata decretis, nihil cuique audere conceditur . . . Quae

<sup>1</sup> L. c.

<sup>2</sup> Vide Ph. Jaffé, *Regesta pontificum Romanorum I*<sup>2</sup> (Lipsiae 1888) nn. 481-83.

<sup>3</sup> ACOe, ed. Schwartz, *Collectio Grimana* 54 (tomus II, vol. 4, p. 55-57) = *Epist. collectio B* 18 (t. II, vol. 1 2, p. 58—60).

si, ut oportet a cunctis pontificibus intemerata serventur, per universas ecclesias tranquilla erit pax et firma concordia, . . . nullae de privilegiis ambiguitates, nulla erunt de alieni usurpatione certamina; . . . et ille vere erit magnus, qui fuerit totius ambitionis alienus . . . Superbum nimis et immoderatum ultra proprios terminos tendere et antiquitate calcata alienum ius velle praeripere . . . Et quia moris vestri est pro pace et unitate ecclesiae laborare, fratrem meum Anatolium episcopum . . . salubriter in his, quae ipsi profutura sint, continete, ut gloria clementiae vestrae, sicut magnificatur de fide reparta, ita praedicetur de ambitione compressa.”<sup>1</sup>

Constantinopolitanum vero episcopum Anatolium papa Leo ita carpit: „Quibus inauditis et numquam ante temptatis ita praeveniris excessibus, ut sanctam synodum . . . in occasionem ambitus trahas (*εἰς ἀφορμὴν ἀμβιτίονος ἐλκυσθῆναι παρὰ τοῦ*) . . . In totius ecclesiae perturbationem superba haec tendit elatio . . . Inde enim fratres nostri ab apostolica sede directi, qui vice mea synodo praesidebant, inlicitis ausibus obstiterunt, aperte reclamantes, ne contra statuta Nicaena praesumptio reprobæ novitatis adsurgeret (*μή τις κατὰ τῶν ἐν Νικαιᾷ κανόνων ἐπιχείρησις ἀναιδὴς ἔξανασταιη*) temetipsum, quod eis parere nolueris, dum inlicita molliris, accusas, superflue non concedenda appetens . . . quae nullum umquam poterunt nostrum optinere consensum (*ἀθεσμῶς ἐπιθυμῶν ἐκεῖνων, ἄτινα οὐδεμίᾳ ἀπάτῃ δυνήσοντα ἡμετέραν ἔχειν σύνεσιν*)”.<sup>2</sup>

61. Testimonia similia ex posterioribus quoque epistolis s. Leonis<sup>3</sup> sicut etiam ex epistola, a Marciano augusto Leoni papae missa<sup>4</sup> affiri possent.

Si sententias et expressiones s. Leonis papae respiciamus, etiam

<sup>1</sup> ACOe, ed. Schwartz, Collectio Grimanica 55 (t. II, vol. 4, p. 57—59).

<sup>2</sup> ACOe. ed. Schwartz, Collectio Grimanica 56 (t. II, vol. 4, p. 59—62) = Epist. collectio B 17 (t. II, vol. I 2, p. 56—58).

<sup>3</sup> ACOe, ed. Schwartz, Coll. Grim. 61 (t. II, vol. 4, p. 67—68) = Epist. collectio B. 21 (t. II, vol. I 2, p. 62—63); ibid. Coll. Grim. 76 (t. II, vol. 4, p. 86); ibid. Coll. Grim. 79 (t. II, vol. 4, p. 88—89).

<sup>4</sup> „Illud profecto, ut decebat episcopum apostolicae sedis, excellenter tua sanctitas praestitit, ut ecclesiasticos canones custodiendo nihil antiqui moris et ordinis olim constitui et ad hanc usque diem inviolabiliter observati passa sit innovari (*οὐδὲν ἀπὸ τοῦ παλαιοῦ ἔθους . . . ἐνέσθετο καινοτομεθῆναι*)”. Vide MPL 54, 1019, 1020; ACOe, ed. Schwartz, Epist. coll. B 19 (t. II, vol. I 2, p. 61).

argumentandi modus atque constructio propositionis introductoryae nostri scholii clariores fiunt.<sup>1</sup> Rationes, ob quas secundum scholium nostrum papa Leo decretum synodi Chalcedonensis de privilegiis Constantinopolitanae ecclesiae reprobavit, essentialiter eadem sunt, quas Leo papa in epistolis suis affert: id decretum, in Chalcedonensi concilio latum, est fructus ambitionis Anatolii, innovatio, quae statutis a Nicaena synodo repugnat et magnas perturbationes ac scissiones in ecclesia parere possit.

62. Contra valorem decreti Chalcedonensis de privilegiis Constantinopolitanae sedis lati scholium Slavicum secundo loco arguit ex eo, quod neque aliqui episcopi in concilio praesentes iis, quae eo decreto continentur, subscripserunt.

Constat ex actis synodi Chalcedonensis, decretum de privilegiis Constantinopolitanae sedis in actione quadam extra ordinem ab episcopis 185 ex territorio praecipue, in quo auctoritas Constantinopolitanae ecclesiae vigebat, esse latum. Actio ista absentibus tam legatis Romanis quam iudicibus imperialibus facta est. Decreto neque dimidia pars omnium episcoporum, qui in concilio praesentes erant, subscrispsit. Inter subscriptiones desunt episcopi ex Illyrico, praeterea Eusebius Ancyrae et Thalassius Caesareae in Cappadocia. In sessione publica XVII ultimi sententiam suam aperuerunt. Legati Romani contra decretum fortiter reclamaverunt. Rationem contradictionis suaे legati Romani afferebant 6. canonem Nicaenum et instructionem Leonis papae. Contradiccio legatorum Romanorum in sessione XVII fere frustra facta esse videbatur.<sup>2</sup> Nihilominus synodus in epistola synodali confirmationem decreti a Leone papa suppliciter expetebat.<sup>3</sup>

Protestatio legatorum Romanorum in synodo et declarationes auctoritativae Romani pontificis, contra decretum de privilegiis Constantinopolitanae sedis effectu suo non carebant. Antiqua traditio Graeca decretum de privilegiis Constantinopolitanae sedis latum

<sup>1</sup> Prof. Pavlov putabat, ultimam partem propositionis introductoryae valde corruptam esse, quapropter sensum eius eruere impossibile censebat. Cf. Виз. Врем. 4, p. 150, ann. 7.

<sup>2</sup> ACOe, ed. Schwartz, Concilium universale Chalcedonense, Actio XVII (t. II, vol. I 3, p. 86—99).

<sup>3</sup> Ibid. (t. II, vol. I 3, p. 116—118).

inter canones Chalcedonenses non annumerabat. Testes sint Theodorus lector et Euagrius scholasticus!

Theodorus lector, qui s. VI ineunte munere anagnostae in ecclesia s. Sophiae fungebatur, in sua *'Εκκλησιαστικὴ ἴστορία de canonibus 27 tantum sermonem facit: 'Ἐν ᾧ (συνόδῳ) πολλὰ καὶ ἀναγκαῖα διετυπόθη δόγματα τε καὶ πράγματα, ὃν ἡ γνῶσις καὶ ἡ ὠφέλεια πολυμερῆς οὖσα, διὰ τῆς τῶν πεπραγμένων δηλοῦται ἀναγνώσεως, καὶ κανόνων ἡ ἔκθεσις'.<sup>1</sup>*

Euagrius scholasticus deinde, e Syria oriundus, qui postea caudicis erat Antiochiae (\* s. VI. exeunte), in sua *'Εκκλησιαστικὴ ἴστορια II*, 18 bene distinguit inter canones concilii Chalcedonensis et decretum, in absentia imperatoris statutum: „καὶ ἀπὸ προτροπῆς τοῦ βασιλέως ἐτέθησαν κανόνες . καὶ ἐπεραιώθε ἡ συνέλευσις. Γέγονε καὶ ἐτέρα καὶ ἐτεροι κανόνες ἐτέθησαν . Γέγονε δὲ καὶ τεσσαρεσκαιδεκάτη πρᾶξις καὶ ἐξετάσθη τὰ κατὰ Βασιανὸν καὶ πρὸς τῷ τέλει ἐδικαιώθη τὸν Κωνσταντινουπόλεως θρόνον εὐθὺς μετὰ τὸν ‘Ρώμης τετάχθαι’“<sup>2</sup>

Cuius traditionis vestigia in antiquis Byzantinarum canonum collectionum codicibus mss. observantur.<sup>3</sup> Item 27 tantum canones Chalcedonenses novit traditio antiqua Syra et Arabica.<sup>4</sup>

Oriens christianus igitur etiam post Leonem diu adhuc principia ad effectum perducebat, quae ex antiquis traditionibus ecclesiae universalis a historiographis Socrate<sup>5</sup> et Sozomeno<sup>6</sup> tam perspicue proferuntur: 1. „τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ κανόνος κελεύοντος, μὴ δεῖν παρὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου ‘Ρώτης κανονίζειν τὰς ἐκκλησίας’; 2. „εἶναι γὰρ νόμον ἱερατικόν, ὃς ἀκνῷ αἴποφαίνειν τὰ παρὰ γνώμην πραττόμενον τοῦ ‘Ρωμαίων ἐπισκόπου’“.

Historia decreti concilii Chalcedonensis de privilegiis Constantiopolitanae sedis, in luce antiquarum traditionum ecclesiae Orientalis inspecta, scholium nostrum Slavicum bene illustrat eique specialem gravitatem confert.

<sup>1</sup> MPG 86/11, 167.

<sup>2</sup> MPG 86/2, 285—89.

<sup>3</sup> Vide supra p. 62 sq.

<sup>4</sup> Vide nomocanonem Arabicum Ebed—Jesu et Synodicon Orientale Syrum, cf. Hefele-Leclercq, *Histoire des conciles II/2*, p. 1274—83.

<sup>5</sup> *Ἐκκλησ. iστ. II*, 8. 17; MPG 67, 196. 220.

<sup>6</sup> *Ἐκκλησ. iστ. III*, 10; MPG 67, 1057.

*§ 2. Primatus ecclesiasticus est originis divinae minimeque  
a principatu politico dependet.*

63. In secunda parte scholii doctrina de primatus ecclesiastici fundamento politico dogmatice refutatur. Antiqua Roma a sanctis patribus privilegia non propter principatum civilem obtinuit, sed desuper ab initio ex divina gratia propter fidei gradum in s. Petro apostolo primatum obtinuit. In s. Petro apostolo — qui ab ipso Dominino Iesu Christo audivit vocem: „Petre, amas me? Pasce oves meas.“ Primatum obtinuit — privilegia praecedentium in sacerdotibus, munus seu ordinem et primum thronum.

Hisce sententia centralis totius scholii enuntiatur et fundamentum firmum ponitur, in quo reliquae conclusiones scholii consistant. Perspicue recusatur falsus de primatu Romano conceptus, qui in decreto de privilegiis Constantinopolitanae ecclesiae enuntiatur (iuxta sententiam scholii brevioris, inter decretum ipsum et nostrum scho- lium in codicibus mss. Slavicis positi) et origo divina supremae potestatis apostoli Petri eiusque in Romana sede successorum inculcatur. Ut argumentatio nostri scholii in septis historiae collocari possit, prius vim ac tenorem oppositae in decreto Chalcedonensi propositionis eiusque in ulteriore historica evolutione sortem paullisper respiciamus.

64. Decretum de privilegiis Constantinopolitanae ecclesiae in Chalcedonensi concilio latum affirmat, antiquae Romae throno a patribus (*οἱ πατέρες*) privilegia (*τὰ πρεσβεῖα*) esse collata. Decretum directe provocat ad 3. canonem Constantinopolitanum et indirecte ad 6. canonem Nicaenum.<sup>1</sup> Ratio antiquae Romae throno privilegia conferendi affertur *διὰ τὸ βασιλεύειν τὴν πόλιν ἐκείνην*, igitur principatus urbis civilis (politicus). Loquendi modus in isto decreto Chalcedonensi ambiguus est et haud determinatus.<sup>2</sup> Affirmatione, sanctos patres, i. e. concilium oecumenicum propter principatum saecularem antiquae Romae primatum tribuisse, Byzantinus constitu-

<sup>1</sup> Cf. hac de re dissertationem Ed. Schwartz, *Der sechste Nicaenische Kanon.*, Sitzungsber. d. Preuss. Akad., Phil. hist. Kl. 27, p. 611 sqq.

<sup>2</sup> Cf. quae scribit hac de re de historiographus Russus V. V. Bolotov, *Лекции по истории древней церкви III* (С. Петербургъ 1913) p. p. 295—96.

tionem ecclesiae concipiendi modus exprimitur.<sup>1</sup> Theologi catholici concedunt, hanc theoriam speciem quandam veritatis praeseferre, in quantum nempe evolutionis iurium metropolitanorum et patriarchalium ratio habeatur, quae evolutio sine dubio in aliis ecclesiis erat mere „historica“ i. e. iuris ecclesiastici, ast in Romana ecclesia hic progressus non nisi tamquam explicatio iuris divini in beato Petro ei collati considerabatur.<sup>2</sup> Etiam id verum est, politicum principatum ansam praebuisse Petro ad urbem Romanam pro sede sua eligendam.<sup>3</sup> Principium, quo evolutio organisationis hierarchicae fiebat iam in synodo Antiochiae (a. 331 vel 341) can. 9 exprimitur; *Toὺς καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν ἐπισκόπους εἰδέναι χοή, τὸν ἐν τῇ μητροπόλει προεστῶτα ἐπίσκοπον καὶ τὴν φροντίδα ἀναδέχεσθαι πάσης τῆς ἐπαρχίας δία τὸ ἐν τῇ μητροπόλει πανταχόθεν συντρέχειν πάντας τὸν τὰ πράγματα ἔχοντας. "Οὐδεν ἔδοξε καὶ τῇ τιμῇ προηγεῖσθαι αὐτόν"*<sup>4</sup>

65. Sed alidud est dependentia constitutionis ecclesiasticae ab ordinatione saeculari causalis et aliud accommodatio organisationis ecclesiasticae ad administrativam divisionem civilem legitima auctoritate facta.<sup>5</sup> Quia sensus obvius affirmationis supra adductae in decreto Chalcedonensi est falsum principium, primatum saecularem esse causam primatus ecclesiastici et proinde primatum ecclesiasticum esse iuris ecclesiastici tantum, papa Leo I. hoc decretum firmiter reiecit, scribens ad Marcianum augustum: „Habeat, sicut optamus, Constantinopolitana civitas gloriam suam et protegente Dei dextera diuturno clementiae vestrae fruatur imperio: alia tamen

<sup>1</sup> Cf. Grivec, Cerkveno prvenstvo i edinstvo p. 14—43; idem, Cerkev pag. 187—92; Jugie, Theol. dogm. christ. orient. I p. 48—78.

<sup>2</sup> Cf. loquendi rationem prof. Grivec, Cerkevno prvenstvo i edinstvo p. 17—18: „A poleg tega (sc. primatus iuris divini) moramo pri prvenstvu Petrovih naslednikov priznati relativni, podrejeni cerkevnopravni razvoj... Razvoj metropolitske i patriarške oblasti rimskega škofa je brez dvoma historičen, cerkevnopraven ter podoben razvoju vzhodnih metropolij i patriarhatov.“

<sup>3</sup> Cf. Grivec, Cerkveno prvenstvo i edinstvo p. 18; idem, Cerkev p. 194.

<sup>4</sup> C. Kirch, Enchiridion fontium historiae ecclesiasticae antiquae, ed. 2—3 (Friburgi Br. 1914) n. 493.

<sup>5</sup> Cf. Friedrich Massen, Der Bischofs von Rom und die alten Patriarchalkirchen (Bonn 1853) p. 1—13; K. Lübeck, Reicheinteilung und die kirchliche Hierarchie des Orients bis zum Ausgange des vierten Jahrhunderts, Kirchengeschichtliche Studien, herausg. von Knöpfler, Schrörs, Sdralek, Bd. 5, Heft 4 (Münster 1901) p. 7 sqq. 52 sqq.

ratio est rerum saecularium, alia divinarum, nec praeter illam petram, quam Dominus in fundamento posuit, stabilis erit ulla constructio .<sup>1</sup> Quia vero papa Leo sciebat, patres Chalcedonenses de facto non intendisse negare primatum iuris divini Romanorum pontificum, sed eum expresse admittere, ideo in probandis et defendendis privilegiis Romanae sedis non diutius immorabatur, seu imprimis iura et privilegia ecclesiarum Alexandrinae et Antiochenae, ad decreta Nicaeni concilii provocando, tuebatur.

Consequentiae Byzantini primatum ecclesiasticum concipiendi modi, qui in decreto Chalcedonensi obscure insinuatus est, manifestius occasione schismatis Acaciani apparebant. Tunc temporis Gelasius papa I. iura apostolicae sedis tuebatur atque erroneas sententias Byzantinorum, ex decreto Chalcedonensi depromptas, refutabat, traditiones ecclesiae universalis in medium proferendo: Romanam sedem pollere principatu, quem beatus Petrus apostolus Domini voce perceptum, ecclesia nihilominus subsequente et tenuisset semper et retineret. Quapropter Romanam sedem sua auctoritate concilia confirmare eorumque decreta p[ro]ae aliis exsecutioni mandare. Cunctam per mundum novisse ecclesiam, quoniam quorumlibet sententiis ligata pontificum, sedes beati Petri ius haberet resolvendi, ab ea autem appellattonem iam non dari. Ridiculum esse praerogativam velle Constantinopolitano episcopo comparari, eo quod episcopus esset regiae civitatis. Ex eadem ratione praerogativam adiudicari debuisse episcopis quoque omnium civitatum, in quibus multis temporibus imperatores constitissent. Ecclesiam Constantinopolitanam neque iura metropolitana possidere. Aliam potestatem esse regni saecularis, aliam ecclesiasticarum distributionem dignitatum.<sup>2</sup>

66. Schisma quidem Acacii anno 518 finitum est, sed iam a. 545 Justinianus I. imperator canonem 28. Chalcedonensem, qui vocatur, valore legis civilis donavit in novella 131, quamquam et ille primatum Romanum expresse admittebat: „Καὶ διὰ τοῦτο θεσπίζομεν, κατὰ τὸν αὐτῶν ὅρους, τὸν ἀγιότατον τῆς πρεσβυτέρας Ἡμης πάπαν

<sup>1</sup> ACOe, ed. Schwartz, Collectio Grimanica 61 (t. II, vol. 4, p. 67—68) = Epistolarum collectio B 21 (t. II, vol. 112, p. 62—63).

<sup>2</sup> Vide Gelasii I. epist 13: Ad episcopos Dardaniae, MPL 59, 61—77. Praesertim attendendi sunt loci MPL 59, 63. 66. 71 — 72.

πρῶτον εἶναι τῶν ἰερέων, τὸν δὲ μακαριώτατον ἀρχιεπίσκοπον ΚΠ. νέας ‘Ρώμης δευτέρου τάξιν ἔχειν μετὰ τὸν ἄγιον ἀποστολικὸν θρόνον τῆς πρεσβυτέρας ‘Ρώμης.<sup>1</sup>

Notum est praeterea, quomodo Byzantini occasione etiam synodi in Trullo, a Justiniano II. anno 691 congregatae, usi sint, ut inter alia et canonem 28. Chalcedonensem, qui vocatur, in canone 36. denuō proponerent: „Ἀνανεούμενοι τὰ παρὰ . . . τῶν ἑξακοσίων τριάκοντα τῶν ἐν Χαλκηδόνι συνελθόντων νομοθετηθέντα, δοξομεν, ὥστε τὸν Κωνσταντινούπολεως θρόνον τῶν ἵσων ἀπολαύειν πρεσβείων τοῦ τῆς πνεστυτέρας ‘Ρώμης θρόνου καὶ ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ὡς ἐκεῖνον μεγαλούνεσθαι πράγμασι, δεύτερον μετ' ἐκεῖνον ὑπάρχοντα“.<sup>2</sup> Facile intelligitur, cur Sergius I. papa approbationem suam decretis synodi in Trullo denegaverit: „pro eo, quod quaedam capitula extra ritum ecclesiasticum fuerant in eo connexa“.<sup>3</sup> Animadvertisendum tamen, nec patres concilii Trullani eo usqua venisse, ut, non obstante odio, quo in Romanam ecclesiam ferebantur, primatum Romani pontificis negarent et sic ultimas consequentias ex canone 28. Chalcedonensi, qui vocatur, deducerent.

67. Ex hucusque circa historiam sic dicti canonis 28. Chalcedonensis expositis elucet, ante tempora Photii directe primatum Romani pontificis negatum non esse. Probabilissime ipse Photius primatum primus publice oppugnabat, quamquam et ille in hisce opugnationibus nomen suum tegebat.

Praecipuum testimonium habetur in epistola s. Nicolai I. papae ad Michaelem III. imperatorem 865 Sept. 28 directa: „Non enim ex pio corde vel ore vestro tam prophana tamque perversa processisse putavimus. Ad reliqua . . . rescribere his pro causis omisimus, vide-licet . . . Tertio quia, cum eadem, quae superfuerunt in ipsa epistola — ad quae nihil respondimus, sed potius philosophando contemptimus — plena essent omni pravitate atque blasphemia et contra ipsam dispositionem Dei, quae ecclesiae sedisque Romanae privilegia cunctarum ecclesiarum privilegiis sua ineffabili providentia

<sup>1</sup> C. Z. Zacharias a Lingenthal, Imp. Iustiniani P. P. A. Novellae quae vocantur II 267 B, Cf. et alios textus apud Hamilcarem S. Alivisatos, Die kirchliche Gesetzgebung des Kaisers Iustinian I. (Berlin 1913) p. 60.

<sup>2</sup> Mansi 12 12, 3.

<sup>3</sup> MGH, Epist. VI p. 473—74.

praetulit, venena diffunderent, non vestra esse verba, sicut praediximus, quae tam perperam sonabant, credidimus".<sup>4</sup> Rationem, cum epistola sub nomine imperatoris Michaelis Nicolao papae missa Photio adscribenda sit, suppedidat eruditionis apparatus, quo ea epistola instructa erat: Verumtamen si vestra fuerunt verba, quae in despectu beati Petri apostolorum principis, immo Dei, cuius ordinationi resistitis, scripta et quasi detrahentis privilegiis huius sacratissimae ecclesiae missa sunt, fateor non vos studiose sacras regulas, venerandarum synodorum actiones, non piorum imperatorum leges, non veraces probabilium virorum historias lectitasse, quas tam conati estis in derogationem ecclesiae tantae inutiliter ac incompetenter atque incongrue memorare."<sup>1</sup>

S. Nicolaus papa I. in responso ad epistolam, calumniis refertam, plene sibi suorum iurium apostolicorum conscientius et magna cum scientia theologica impugnationes Byzantinorum refutabat et originem ac tenorem privilegiorum Romanae ecclesiae ostendebat.<sup>2</sup> Contra affirmationem Byzantinorum, privilegia a concilio oecumenico collata esse Romanae ecclesiae, papa Nicolaus I. inculcat, privilegia Romanae ecclesiae esse donata a Christo, minime vero donata a conciliis, sed tantummodo agnita, celebrata. Ceterum istis privilegiis Romano pontifici non tam honorem quam onus incumbere, licet simul et honorem, non meritis suis, sed ordinatione gratiae Dei per beatum Petrum et in beato Petro adeptus esset. Privilegiis istis Romano pontifici imponi officium omnium habendi sollicitudinem ecclesiarum Dei.<sup>3</sup>

In specie s. Nicolaus papa refutat sententiam, Nicaenam synodus Romanae ecclesiae privilegia contulisse et fortiter inculcat, neque ab alia ulla synodo Romanae ecclesiae quodquam privilegium collatum esse, cum omnes synodi in Petro novissent illam totius potestatis iura et cunctarum Christi ovium regimen accepisse, omnia denique Domini sermone illi esse concessa.<sup>4</sup>

<sup>1</sup> MGH, Epist. VI p. 474.

<sup>2</sup> „Was Nikolaus hier über Ursprung und Inhalt der von Byzantinern angefochtenen Privilegien der römischen Kirche sagt, gehört zu dem Schönsten und Erhabensten, was je darüber geschrieben ward“. Hergenröther, Photius Band I p. 570–71. Cf. infra de s. Nicolai doctrina circa primatum Romani pontificis.

<sup>3</sup> MGH, Epist. VI p. 474–75.

<sup>4</sup> MGH, Epist. VI p. 476.

Vel maxime proinde s. Nicolaus I. extremam consequentiam reprobat, ex principiis falsis de primatu ecclesiastico a Byzantinis sui temporis deductam, nempe privilegia Romanae ecclesiae una cum principatu Romae civili Constantinopolim translata esse: „praesertim cum ecclesiae Romanae privilegia, Christi ore in beato Petro firmata, nullatenus possint minui, nullatenus infringi, nullatenus commutari; quoniam fundamentum, quod Deus posuit, humanus non valet amovere conatus et, quod Deus statuit, firmum validumque consistit, illeque potissimum peccat, qui Dei ordinationi resistere temptat. Privilegia, inquam, istius sedis vel ecclesiae perpetua sunt; divinitus radicata atque plantata sunt; impingi possunt, transferri non possunt; trahi possunt, evelli non possunt. Quae ante imperium vestrum fuerunt et permanent Deo gratias hactenus illibata mane- buntque post vos et, quoisque christianum nomen praedicatum fue- rit, illa subsistere non cessabunt immutilata“.<sup>1</sup>

Clarius etiam Byzantinorum sui temporis de primatu cogitandi rationem designat s. Nicolaus papa in epistola 867 Oct. 23 ad Hincmarum ceterosque archiepiscopos et episcopos in regno Caroli Calvi constitutos directa. In epistola hac, postquam criminationes calumniasque Byzantinorum contra Romanam ecclesiam prolatas retulerit, „quid mirum,“ scribit s. Nicolaus I., „si haec isti praetendunt, cum etiam glorientur atque perhibeant, quando de Romana urbe impe- ratores Constantinopolim sunt translati, tunc et primatum Romanae sedis ad Constantinopolitanam ecclesiam transmigrasse et cum dignitatibus regiis etiam ecclesiae Romanae privilegia translata fuisse, ita ut eiusdem invasor ecclesiae Photius etiam ipse se in scriptis suis archiepiscopum atque universalem patriarcham appelle“.<sup>2</sup>

Ex locis supra adductis maxima cum probabilitate concluditur, a Photio primo consequentiam extremam ex principio, in decreto Chalcedonensi de privilegiis Constantinopolitanae sedis enuntiato, fuisse deductam, et quidem eo modo omnino, prout id in scholio brevi, scholium nostrum Slavicum praecedente, factum esse conspi- cimus.

68. Quae conclusio ceteroquin et aliis quibusdam documentis con- firmatur. Photii de primatu Romanae sedis negando mens manifes-

<sup>1</sup> MGH, Epist. VI p. 474.

<sup>2</sup> MGH, Epist. VI p. 605.

tatur iam in eius epistola ad neophytum principem Bulgarorum Michaelem — Bogorim anno 865 missa, in cuius epistolae de conciliis oecumenicis narratione episcopi Constantinopolitani ante Romanos pontifices cum affectatione afferuntur.<sup>1</sup>

Praeterea eodem fere tempore Bulgari a Photio nomocanonem acceperunt, in quo novella 131. Justiniani hoc modo mutilatur, ut verba, quibus primatus Romanus exprimitur, omittantur: „τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, πάπαν πρῶτον εἶναι τῶν ἰερέων“.<sup>2</sup>

Maxima cum claritate vero negatur primatus Romanae sedis in quodam scholio ad canonem 28. Chalcedonensem quem vocant, in cod. Venet. fondo antico (Bessarione) 169 s. (XII?) XIII recensionis Photio prototypae, qui codex opus Photii continet, ut censet Beneševič.<sup>3</sup> Scholium istud verba τὰ ἵσα πρεσβεῖα explicat: „Τὰ ἵσα φησίν. ὅστε τὸ ἐφεξῆς εἰρημένον δευτέραν μετ' ἐκείνην, καὶ εἴ που ἄλλοθεν γέγραπται τὸ δευτερεύειν, οὐ τῇ τιμῇ τῶν πρεσβείων χρὴ νοεῖν, (οὗτῳ γὰρ ἀν αὐτὸς ἔαυτῷ διεμάχετο ὁ κανὼν), ἀλλὰ τὸ δεύτερον τῷ χρόνῳ ἀκουστέον; καὶ τὸ ἀληθὲς οὕτως ἀν ἔχοι, καὶ ὁ κανὼν ἔξει τὸ μὴ ἀναιρεῖν ἔαυτόν, εἴπερ δὴ ἡ βασιλεία εἰς Ἰσον ἄγει τὰς δύο καθέδρας, ἡ ξημιωθεῖσα ταῦτην κατὰ τὸν ἰερὸν τοῦτον κανόνα ἐξημιώθη δελονότι καὶ τὴν ἴσοτητα“.<sup>4</sup> Observandum, hoc in scholio rationem argumentandi eandem esse atque in scholio, quod in capitulo *Περὶ τῶν προνομῶν* invenitur; et contra hanc rationem tam scholium Slavicum de primatus Romani divina origine quam epistola s. Nicolai I. ad Michaelem III. missa diriguntur.

69. Si nunc comparationem inter epistolam s. Nicolai ad Michaelem III. directam et scholium nostrum Slavicum instituamus, statim videmus utrumque documentum in punctis essentialibus omnino consonare. Nemo ante Nicolaum papam I. tam diserte et explicite primatus Romani divinam originem et immobilitatem inculcavit. Praeterea numquam ante pugnam Photium inter atque Nico-

<sup>1</sup> Cf. superius n. 43.

<sup>2</sup> Cf. Beneševič, Канонический сборникъ XIV титуловъ р. 260—88; V. Zlatarski, Какви канонически книги . . . , Лѣтописъ на Бѣлгарската акад. на науките I р. 109—110; I. I. Sreznevskij, Обозрѣніе древнихъ русскихъ списковъ кормчей книги — Приложенія р. 79—80.

<sup>3</sup> Канонический сборникъ XIV титуловъ р. 128. 130.

<sup>4</sup> Edit. a Beneševič, Приложенія къ изслѣдованію (Канонический сборникъ XIV титуловъ), С. — Петербургъ 1905, р. 26, н. 203.

laum I. tam diserte et explicite negabatur. Ex quo, ut quam maxime probabile saltem, sequitur, originem scholii nostri Slavici de primatus Romani divina origine et immobilitate ante pugnam Photianam non esse ponendam. Imo expressiones aliquae in utroque documento usitatae valde suadent, inter utrumque documentum nexum quendam mutuae dependentiae exsistere. Antithesis: „Non a sanctis patribus (seu a quadam synodo) Romanae sedi sunt privilegia tributa, sed a divina gratia, per Petrum, Domini sermone“ est ad verbum eadem atque apud s. Nicolaum I., ut ex locis supra allegatis patet. Dependentia a communi fonte vel dependentia s. Nicolai papae a scholio nostro Slavico minus probabilis esse videtur. Multo magis commendatur dependentia, saltem mediata, scholii a s. Nicolao. Scholium nostrum a s. Nicolai I. epistolis pendere, etiam ex aliis quibusdam locis suaderi ostendemus.

70. In analysi scholii nostri continuanda observari debet etiam ratio allata, ob quam Petrus et Romana sedes primatum in universas Christi oves sortiti sint: „сторени ради вѣры — об fidei gradum“. Ingeniose hac ratione in scholio nostro coniungentur evangelicae relationes de primatus promissione et collatione. Non obscure ea interpretatio Byzantinorum excluditur, secundum quam textus promissionis ad solam fidem, non autem ad Petri personam referatur. Notum est, quomodo in opusculo polemico, quod communiter Photio adscribitur<sup>1</sup> et Πρὸς τὸν λέγοντας ὡς ἡ Ρώμη πρῶτος θρόνος dirigitur, verba Christi ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ exclusive ad Petri confessionem et universae ecclesiae fidem referantur, minime autem ad successores Petri vel ad Romanam ecclesiam. Ratio huius tam extortae interpretationis affertur: Judaicum hoc esse et soridum, gratiam divinam circumscribere regionibus quibusdam et locis.<sup>2</sup> Notetur quoque similis opusculo Photiano promissionem primatus interpretandi ratio apud patriarcham Constantinopolitanum Germanum I., qua condemnatio Honorii papae explicatur: „Καὶ λαμβάνει πάλιν ἀνάπαυσιν τὰ τῶν συνεχῶν πόνων καὶ ἀστάτων κινήσεων ἡ ἀσειστος ἡμῶν καὶ ἀκαταμάχητος ἐκκλησία ἡσ πύλαι ἄδου εἰτοῦν ἀπισ-

<sup>1</sup> Cf. Hergenröther, Photius, Band III p. 170—72.

<sup>2</sup> Edit Rhalli-Potli, Σύνταγμα τῶν θείων καὶ ιερῶν κανόνων IV (Αθῆναι 1854) p. 409—411. Cf. et apud G. Hofmann, Photius et ecclesia Romana II (Roma 1932) p. 4—8.

*τιας τὴν πίστιν οὐ κατισχῦσαι ποτὲ δυνηθῶσιν, ὡς ὁ Κύριος ἡμῶν  
Ἰησοῦς Χριστὸς ἀπεφήνατο“.<sup>1</sup>*

Auctor scholii accurate distinguit inter Petrum, qui cum Romana ecclesia in iure primatiali a Christo collato identificatur, eiusque fidem et narrationem evangelicam de primatus promissione et collatione apte coniungit, prout id in antiquis traditionibus Orientalibus in liturgia Byzantina et apud s. Theodorum Studitam expressis, observatur.

Liturgia Byzantina s. Petrum apostolum tamquam petram celebrat, in qua inconcussam fidem Dominus firmavit, eum principem pastorem rationabilium ovium constituendo: „Σὺ ἐπαξίως πέτρα προσηγορεύθης, ἐν ᾧ τὴν ἀκράδαντον πίστιν ὁ Κύριος τῆς ἐκκλησίας ἐκράτυνεν, ἀρχιποιμένα τῶν λογικῶν προβάτων ποιήσας σέ“.<sup>2</sup> Eadem ratione s. Theodorus Studita a. 817 ad s. Paschalem papam scribebat: „Audi, apostolicum caput, a Deo praeposite pastor ovium Christi, ianitor regni coelorum, petra fidei, super quam aedificata est catholica ecclesia. Petrus enim es tu, Petri sedem exornans et gubernans.“<sup>3</sup>

(Continuabitur).

## VARIA

### CONVENTUS INTERNATIONALIS „PRO ORIENTE CHRISTIANO“ ROMAE 2.—6. MAII 1937 CELEBRATUS.

*Dr. Franciscus Cinek.*

(Continuatio.)

S. Em. cardinalis Luigi Lavitrano, operis unionistici in Italia zelator praecipuus, scopum conventus internationalis „Pro Oriente Christiano“ delineavit: ut opiniones et experientiae inter associa-

<sup>1</sup> MPG. 98, 76.

<sup>2</sup> Textus desumptus est ex tropario τοῦ ὄρθρου in festo ss. apostolorum Petri et Pauli. Cf. apud Jugie, *Theologia dogmatica christianorum Orientalium IV* (Paris 1931) p. 334.

<sup>3</sup> MPG 99, 1152 C.

tiones et operarios unionis communicentur. Tali modo iter parabitur et ardor inflammabitur ad commune unicum studium prosequendum. Dein associationis unionisticae in Italia („Associazione Cattolica Italiana“) evolutionem adumbravit et de duobus unionis mediis sermonem fecit: de oratione nempe et studiis promovendis. Sessiones oratione inauguravit implorans, ut cito dies elucescat, quando in re implebitur, quod manus artificis in s. Petri basilica depixerat: S. Athanasius, S. Joannes Chrysostomus, s. Ambrosius, s. Augustinus — Oriens et Occidens — s. Petri Cathedram fulciantes.

Metropolita e Bari Italiae, sepulcri s. Nicolai custos, S. E. archiepiscopus Marcellus Mimmi (Associationis vicepraeses), actionis unionisticae momentum mentibus patefecit: nunquam genus humana simili tam arcte coniunctum atque eodem tempore tam divisum erat, prout hodie factum est; spatii et temporis intervalla superantur, moraliter et interne vero animi ab invicem sedeunt. Munus nullum animis tam sedulo imponitur quam unionis studium. Vincula, quae Occidentem Orienti iungebantur, restituenda sunt, quod hodierni temporis discrimen praesertim expostulat. Quo arctius inferni potestates in pugna contra religionem coadunantur, eo vehementius officium christianis incumbit, ut in unicum aciem redeant. Unionis vero fundamentum Petri cathedra est. Hodie plus quam olim valet illud: nisi papatus existeret, effici deberetur. Fundamentum petrosum Roma est, christianitatis centrum, unitatis et catholicitatis Ecclesiae pignus.

Hic — prope sacras reliquias ss. Petri et Pauli — ita orator auditores allocutus est — martyrum, confessorum, virginum tum Occidentis tum Orientis ossa reposita sunt. Hic in umbra copulae s. Petri reliquiae tanti Patris ecclesiastici requiescant, qualis s. Joannes Chrysostomus fuit. Hicce in Vaticani basilica ipsa ars unitatem Ecclesiae symbolice figuravit, quando Bernini ingenium ss. Patres cum Orientis tum Occidentis cathedram s. Petri fulciantes expresserat. Hucce ii, qui evangelii omni creaturae praedicandi opus suscipiunt, ad unitatem suam cum Sede Apostolica profitendam iterum atque iterum redeunt. Hic — Romae, proinde in Occidente — s. Cyrillus, illic — in Moravia, proinde in Oriente — s. Methodius, vita labori et passionibus pro communi fide consecrata perfuncti, requiescant. Hi viri sancti hodie nobis tamquam patroni sancti assistunt,

quorum supplicationibus ecclesiae graecae et latinae fata commen-damus, quorum tutelae etiam unionis negotium committimus. Cum specialis fiduciae sentimentis rem unionismi praesertim Auxiliatrici Virgini Mariae de Hodigitria mandamus, quia certi sumus, Eam quae iam diversarum ecclesiarum filios in gremio suo coadunat communi devotione et ferventi ad Eam pietate, dispersae familiae christianaे reunionem curaturam esse.

Utinam cito dies eveniat, quando reiectis praeiudiciis, diffidentia, erroribus populus Graecorum, Slavorum, Rumunorum particeps fiet gaudii unicae familiae in veritate et caritate.

Scientes vero, omne datum optimum et omne donum perfectum desursum esse, descendens a Patre lumen, apud quem non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio, ad Deum cum fiducia orationem Ecclesiae profundimus: Deus, qui errata corrigas et dis-persa congregas et congregata conservas . . .

Imploremus adventum diei illius, quando omnis divisio disparebit et fratres redeentes verbis s. Pauli, Orientis et Occidentis apostoli, salutare poterimus, prout in festo Conversionis eius oramus: Fra-tres, iam non estis hospites et advenae, sed estis cives sanctorum et domestici Dei.

Verba nobilissimi oratoris, cum ardore et fervore prolata, animos audientium vehementer commoverunt, qui communi applausu con-sensum exprimebant et orationem pro unione fratrum dissidentium ferventer recitabant.

Verbis paternae exhortationis, quae curam ss. Patris Pii XI, qua-cum operam Associationis prosequitur, prodebant, sessionem so-lemnem Eminentissimus Cardinalis praeses clausit, enthusiasmi expressionibus undequaque salutatus.

*S. E. archiepiscopus Olomucensis Mons. Dr. L. Prečan hasce litteras per delegatum sum Conventui transmisit:*

Eminentissimi, Excellentissimi, Illustrissimi,  
Reverendissimi Domini!

Liceat, quaeso, praesidi Piae Unionis „Apostolatus SS. Cyrilli et Methodii“ cum sede Velehradii in Cecoslovacchia, etsi spiritu tan-tum praesenti, ore sui Delegati humillimas in primis exsolvere grates

pro humanissima ad solemnem hunc Conventum invitatione simulque profiteri se huic Conventui ex universo orbe ad Petri Sedem convocato toto corde adhaerere!

Liceat omnibus, qui praesenti Conventui intersunt, fraternalm in Christo dicere salutem e regionibus Cecoslovacchia, quas magni Orientis filii, Sancti Cyrillus et Methodius, apostolico suo labore Christo eiusque Ecclesiae acquisierunt et Sedi Apostolicae vinculo indissolubili alligaverunt!

De re maximi momenti tractaturi estis : De opere sanctae unionis. Inceptum quidem sanctissimum, attamen difficillimum. Difficillimum, inquam, hominibus ; non autem Deo, de quo legimus in Evangelio : „ . . . quia non erit impossibile apud Deum omne verbum.“ Sciatis igitur, quaeso, praesidem „Apostolatus SS. Cyrilli et Methodii“ id quam maxime voluisse suumque esse duxisse, ut in archidioecesi sua Olomucensi, quae Sanctum Methodium uti primum in serie suorum Episcoporum colit, fervidissimae Deo Optimo Maximo hisce diebus funderentur preces,<sup>1</sup> quatenus Fratribus in Urbe congregatis gratiae suae lumen ostendere mediaque desiderato fini convenientia misericorditer suggerere dignetur!

Datum Olomucii in Cecoslovacchia, die 30. mensis Aprilis a. Domini 1937.

† LEOPOLDUS, m. p.,  
*archiepiscopus Olomucensis, Moravorum metropolita.*

Die 3. Maii in Aula Magna Pontificii Instituti Orientalium Studiorum sessiones conventus inauguratae sunt. Primam relationem habuit prof. P. S. Salaville, A. A., bene notus e conventibus Velehradensibus, eximius rerum Unionem spectantium peritus, qui tema sibi praefixit: „Apostolatus pro Oriente Christiano per medium periodorum et ephemeredum“. Relatio eius in tres patres erat divisa: 1. Scopus Apostolatus periodorum. 2. Auxilium et adiutorium quod periodica sibi mutuo praestare possunt. 3. Qua ratione idea apos-

<sup>1</sup> S. E. archieppus Prečan Superiores omnium trium Seminiorum archidioecesis olomucen., Rectoratum Pontif. Collegii S. J. Velehradensis et Inspectoratum Piae Societatis Salesianae in civitate Moravská Ostrava enixe admonuit, ut preces instituerentur pro felici successu Conventus unionistici Romae.

tolatus pro Oriente Christiano ope magnarum ephemeridum (articulis, informationibus) diffundi possit. Scopus Apostolatus periodorum debet esse : a) promovere cognitionem Orientis; b) promovere amorem Orientis christiani; c) promovere orationem pro Oriente eiusque unione. — Auxilium, quod periodica sibi mutuo praestare possunt, consistit: a) in permissione sumendi aliquam dissertationem ex uno periodico in aliud; b) in diffundendis notitiis de eventu aliquo ad Ecclesiam catholicam pertinente, v. g. de aliquo congressu orientali: tales notitiae omnibus periodicis perviae fiant; c) in propagatione nuntiorum, qui Apostolatui inserviunt, quales sunt v. g. annuntiatio et invitatio ad congressum aliquem orientalem, commendatio precum pro Oriente, v. g. Novenae S. Spiritus pro redditu Orientalium etc. — Maximi momenti esset organizatio activitatis ephemeridum per officium speciale (agentia unionistica preli).

Discussio, quae relationi subsequebatur, enormem copiam matriae in lucem protulit. Delegati, qui e Čechoslovacia venerunt, saepissime discussioni participabant in medium proferentes, quibusnam methodis actio unionistica in Čechoslovacia procedat, quasnam experientias hauserit et quanam ratione agentia preli unionistici in Europa organizanda sit.

Pomeridie eiusdem diei delegatus regionalis ex Etruria Rev.mus Dom. Rinald Pilkington (natione Anglus) relationem habuit, cui titulum praefixit: „Apostolatus pro Oriente Christiano“ per medium associationum „Pro Oriente Christiano“. In prolocutione sua praesertim Associationis Italicae primum pree oculis habuit. Variae species circulorum „Pro Oriente Christiano“ habentur: pro iuvenibus, pro viris cultis, pro omnibus fidelibus, pro clericis et sacerdotibus. Constitutio associationum est localis, regionalis, nationalis. Discussioni obiectae sunt quaestiones: Quanam ratione istae associationes constitui possunt? Quae obstacula habentur? Quisnam est scopus praecipuus, culturalis vel pius (auxilium precum)? Quale est adiutorium materiale et pecuniarium? Quibus instrumentis utendum ad scopum associationis attingendum? Quaenam sit ratio, qua associationes pro Oriente se habeant ad circulos pro Missionibus iam existentes et ad „Actionem Catholicam“?

Iam mane et praesertim occasione huiusc relationis opportunum visum est durantibus dissussionibus ampliori modo argumenta pro-

ferre de labore unionistico, qui in republica Čechoslovaca iam diu institutus est atque ab annis remotissimis usque hodie indesinenter suscipitur. Exhibere oportebat organisationem orationum, laborum atque sacrificiorum pro Unione, prout iam ab a. 1892 moliebantur, quando *Apostolatus ss. Cyrilli et Methodii* conditus est, qui hodie praecipua est associafio unionistica inter Slavos existens et characterem internationalem possidens. Necesse erat activitatem septem *Conventuum Velehradensis* animis inculcare, qui ab quarto inde forum internationale ingressi sunt quorumque Acta prorsus singulare emolumentum sui generis Ecclesiae afferunt. Conveniebat praesertim ut *Academiae Velehradensis* momentum documentis illustraretur, quae publicationum numero aliis antecellit et activitatis sua amplitudine effectuum uberrimorum pignus praebet. Nullo modo sufficit, ut publicationes viris peritissimis omnium nationum mittantur: latioribus informationibus et uberiore publicationum diffusione forum internationale indiget. Imprimis connexiones cum Italorum Associatione Catholica pro Oriente Christiano nectendae sunt, cuius centrum atque focus in seminario Italo-albanensi Palermi existit. Dolore afficiebamur desiderantes Acta Academiae Velehradensis et Acta Conventus Velehradensis inter opera, quorum nomina collecta sunt in libro annuali Associationis Catholicae Italianae pro pro Oriente Christiano: laudata nempe Acta Academiae Velehradensis et Acta Conventum Velehradensis materiam eximii momenti in provincia activitatis unionisticae collectam porrigunt.

Die 4. Maii in tertio consessu Rev.mus Mons. *D. Panciera* relationem habuit de „Apostolatu pro Oriente Christiano inter Clerum et in Seminariis“. Ad clerum primatus spectat in activitate unionistica. Orator missam ad tollendum schisma commendabat atque orationes speciales. Associationes orationis pro Oriente erigendae sunt. Inter sacerdotes rerum Orientalium cognitio est promovenda et conferentiae ad hunc scopum instituendae. Alia instrumenta quibus zelus inter sacerdotes excitari potest, essent dies studii et recollectiones in monasteriis orientalibus vel in Seminariis. Inter Seminaristas ratio est habenda zeli unionis excitandi: Dies Orientalis, a S. Congregatione praescriptus, rite est instituendus, ut fructum ferat. Circuli studiorum et orationum in Seminariis sunt fundandi. Romae vero permanens Unionis Consilium atque Informationum Centrum

est constituendum. Praesertim est organizanda Associatio oecumenico Sacerdotalis Pro Oriente Christiano.

In discussione quae subsequebatur animos omnium imprimis relatio commovebat de Unionis Apostolatu Sacerdotum, qui in Čechoslovakia et in Jugoslavia erectus est. Noster „Apostolatus Unionis“, uti speramus, organizandae „Associationi Oecumenicae Sacerdotali pro Oriente Christiano“ centrum praebebit. Cum gratitudine excepta sunt, quae de nostrarum facultatum theologicarum activitiae unionistica et Pontificii Collegii Velehradensis conatibus atque fructibus concessui dicta erant. Eximii zelatoris unionistici, S. E. archiepiscopi dris Leopoldi Prečan merita cum pietate in memoriam revocabantur. Eius decretum, quo in Seminariis et monasteriis preces pro Conventus Romani successu orationem fundendas praecipiebat, animos vehementer movebat.

Pomeridie die 4. Maii Rev. mus comes Mons. Alexander Sypjagin (natione Russus), pontificii Instituti Orientalium Studiorum professor, olim Dumae Russorum membrum, relationem habuit de „Apostolatu pro Oriente Christiano inter fideles, de diebus liturgicis, conferentiis et aliis mediis unionis adproperandae“. Eius ardor influxum revera suggestivum in corda omnium exercebat uberrimique sermonis forma plurima nova motiva zeli audientibus porrigebat. Exponebat, quonam modo dies et headomadae Pro Oriente (cum conferentiis et liturgiis) praeparandae et ordinandae sint et quaenam sit earum utilitas, quaenam vero iis immiscentur difficultates. Proposuit, qua ratione „Dies liturgici“ sint instituendi, debeantne fieri sine vel cum cantu, quomodo populus assistens instruendus. Innuebat quomodo Conferentiae praeparari possint, quae themata consulenda, quomodo populus ad eas frequentandas excitandus. Modum denique ostendebat, quo parochi aliquique sacerdotes fideles ad zelum pro Orientis reditu excitare possint, quibus mediis cuiusque momenti sint pro hoc scopo praedicationes et dies communionis. In discussione ad thema relationis ostendere visum est, iam ante 30 annos in patria nostra auctore Patre Spirituali J. Pospíšil versionem popularem et expositionem liturgiae Orientalis editam esse; etiam quoad alia media unionis promovendae probatum est in republica Čechoslovaca et in Jugoslavia iam plurima existere, quae alibi modo quaeruntur et parantur.

Cum omnia, quae conventui proposita erant, in unum redacta essent, haecce resolutiones erant concinnatae:

RESOLUTIONES  
CONVENTUS „PRO ORIENTE CHRISTIANO“:

I. Proponit ut instituatur habita praevia approbatione S. Congregationis pro Ecclesia Orientali Romae Consilium permanens internationale „pro Oriente Christiano“ constitutum membris ex singulis nationibus designandis, cuiusque erit:

1. Ad exsecutionem perducere proposita et vota huius conventus,
2. Alios conventus internationales huius generis tempestive praeparare et indicere,
3. Quaesitis singularum associationum, operum, periodicorum etc. „pro Oriente Christiano“ satisfacere eisdemque communicare quaeunque motum nostrum respiciunt etiam ut habeatur coordinatio totius nostre activitatis,
4. Curare ut edatur folium periodicum ad nuntia de associationibus, de congressibus, de libris etc. quae Orientem Christianum respiciunt directoribus periodicorum communicanda.

II. Vehementer exoptat ut sectio orientalis in Conventibus Eucharisticis Internationalibus pluries iam habita retineatur et foveatur in omnibus Congressibus.

III. Commendat Consilio permanenti ut reliqua vota in hoc conventu expressa circa prelum, organisationem associationum, unionem sacerdotalem precum etc. colligat, examinet et coordinet, et praesertim votum de opere pontificio „pro Oriente Christiano“.

IV. Delegat praesidentiae huius Conventus oportunas facultates ut usque ad constitutionem Consilii Permanentis omnia peragat quae exsecutionem votorum respiciunt.

Vespere die 4. Maii invitante Associatione Romana Unionistica s. Nicolai de Bari receptio congressistis est parata in Villa Cambiano, cui etiam S. Em. card. L. Lavitrano praesens fuit.

Die 5. Maii hora 10. ante meridiem in Aula Magna Pontificii Instituti Orientalium Studiorum sessio solemnis conventum claudens instituta est, cuius occasione congressistis opportunitas data est eximum superiorem rebus Orientalibus praepositum, S. Em. cardi-

nalem Tisserant, S. Congregationis pro Ecclesia Orientali secretarium, videndi atque salutandi. Maximo cum honore summaque cum reverentia eminentissimo cardinali salutem exoptabamus, cuius nomen cum gratitudine cordibus nostris impressimus, cum in officio cardinali Sinceri succedens nostrum VII. Conventem Velehradensem litteris missis honoraverat. Sessione inaugurata conventus praeses, prof. dr. Herman S. J. resolutiones perlegebat. Exinde S. Em. card. Tisserant congressistas allocutus est verbis, quibus labores in conventu exantlatos laudabat. Prolocutione finita singuli congressistae eminentissimo cardinali presentati sunt.

Hora 11. delegati, qui conventui intererant, ad visendum ss. Patrem profecti sunt in Castel Gandolfo. Ibi a ss. Patre congressistae cum cardinali Lavitrano speciali cum benevolentia sunt excepti. Summus Pontifex omnia studia atque sacrificia pro Unione restauranda susceptasummi aestimabat et cum Associationis Catholicae Italianae tum etiam associationum omnium aliarum nationum operam verbis paternis laudavit. Praesertim adagium cordibus omnium imponebat: „Per caritatem ad unitatem“ statim tamen addens: „Caritas vero nullo modo veritatem reprimere debet“.

Pomeridie iter factum est in monasterium Graecum in Grottaferrata prope Romam, et exinde ad sepulcrum s. Cyrilli ad s. Clementem.

Festo Ascensionis Domini die 6. Maii congressistae invitati sunt, ut antiquae liturgicae solemnitati maris benedicendi in Ostia interessent. Per multa collegia tum occidentalia tum orientalia e Roma solemnitati huic intererant, praeterea multi ex clero variorum rituum et magnus numerus piarum congregationum laicarum. Character solemnitatis unionisticus erat. E nova basilica in Ostia-Lido magnifica processio est instituta ad mare, ubi naves actum benedicendi expectabant. Benedictione impertita processio in basilicam revertitur, ubi solemnitas per benedictionem cum Sanctissimo clausa est.

## MONUMENTA VELEHRADENSIA

*Msgre Franciscus Jemelka.*

Ne Acta Academiae locum ultimum teneant inter ephemerides, quae longas latasque relationes attulerant de monumentis Velehradii hoc anno inventis, contendimus iam ubiorem praebere explanationem istius facti, quod antea solum obiter propositum fuit.

Notum est basilicam nostram larga liberalitate totius populi catholici Čechoslovaci plene renovatam esse. Quod factum est occasione 1050mi anniversarii mortis Sti Metropolitae nostri Methodii. Ne autem fructus tanti laboris et magnanimitatis in cassum mitterentur, ne totus pulcherrimus ornatus Cathedralis Slavicae iterum corrumperetur humiditate parietum, necessarium erat ad fundamenta aedificii exsiccanda aggredi. Quod modo consueto, per amplam nempe canalisationem primo factum est. Quaoccasione tam crebra et pulchra monumenta antiqui aedificii inveniebantur, ut opus susceptum praeter illum finem mere practicum alium acquisiverit, nobiliorem ac gravissimum, archeologicum dicimus et historicum.

Itaque post triginta annorum spatium continuati sunt conatus clarissimi Domini Praelati Dr. Joannis Nevěřil, qui ineunte hoc saeculo similiter momentum Velehradii nostri extollere studebat. Jam ante 40 annos detectum est portale illud pulcherimum, stylo romano exstructum, quod postea in deambulacro medio quadraturarum omnibus claustrum invisentibus ostendebatur. (Vide alleg. I.) Cryptarum quaedam iam illo tempore patebant, illae potissimum, quae sub altari maiore inveniuntur. Ante 30 annos vero praelatus Dr. Nevěřil invenit portale magnum pristini templi, cuius limen parsque infima sub superficie hodiernae frontis iam a saeculo XVII. detinebantur, item duas hucusque coopertas apses Romanas in parte presbyterii, necnon tria sarcophaga lapidea. (Vide alleg. II.)

Hoc vero anno currente ulterius processum est et statim decisum perfodere totum orbem subterrenum tum basilicae tum quadraturae adiacentis, quo et monumenta archeologica exacte cognoscerentur et series spatiorum oriretur, per quam aquis subterraneis aditus ad muros prohiberetur et parietes exsiccarentur. Quod propositum in decursu paucorum mensium (a Majo scilicet usque ad Octobrem) exsecutioni mandatum est, non sine magno labore utique et impen-

sis. Sed Deo adiuvante ac subventione fisci aerarii succurrente contigit, ut finis uterque assequeretur. Etenim aquae paludinis, in qua secundum consuetudinem Cistercienses saeculo XII. claustrum condiderant, duo fere metra depresso sunt et etiam monumenta archeologica tam copiosa ac pulcherrima inventa sunt, ut Velehradum nostrum ab hoc anno attentionem omnium in Čechoslovachia iure merito ad se trahat et momentum eius etiam pro tota gente Slavica in dies magis crescat.

Initium factum est a notis iam cryptis sub presbyterio. In parte epistolae inventum est portale romano stylo aedificatum, sine ulla signis styli gotici. Portale hoc, 230 cm altum, ipsa sua simplicitate erat aditus ex ecclesia ad s. d. custodiam, cameram sacristiae inservientem. (Vide alleg. III.) Solume ius laterculis quadratis stratum est, parietes vero agnoscuntur velut primi apud nos noti muri latericij i. e. ex testis (cihly) constructi, quae stylo certe romano coniunguntur, immo ipsum arenatum (malta) in nonnullis locis conservatum est. Cum totum spatium perlustratum esset, apparuit alterum portale, quo sacristia porticui (cruciali) adiungebatur. Quod portale honestius aedificatum est. Valvae eius characteristicum ferunt ornamentum spinarum, quod annum circiter 1230um facile indicat. (Vide alleg. IV.)

In terra, quae undique efferebatur, inveniebantur fragmenta romanae et goticae architecturae. In vicinio custodiae inquirebatur antiqua aula „capitularis“, nunc subterranea. (Vide alleg. V.) Aula enim, in qua ab aetate XVII capitula PP. Cistercienses celebraverunt, superstructa est supra pristinam aulam in stylo barocali. Quae superior pars hucusque hic ut refectorium hic ut dormitorium serviebat. Attamen malus odor pristini stabuli ingratum fecit locum. Tempore enim maxime contumeliae velehradensis claustri i. e. temporibus Josephi II. Imperatoris, haec aula pulcherrima pro stabulo equorum erat, qui inexstingubilia vestigia ungarum in marmoreis columnis reliquerunt. In pariete frontali nunc detecti videntur duo arcus romani quorum columnae habent capita ornata individualiter. Adde tria sepulcra, quorum duo e laterculis, tertium vero totum lapideum ex uno in media aula tegunt ossa personarum, bene meritarum de monasterio. Fuerunt-ne episcopi (Rupertus suffraganeus olomucensis ex Ordine cisterciensi, qui anno 1228 consecravit ecclesiam) tantum abbates? Ibidem plurima fragmenta cum styli romani tum

gotici, nonnulla polychromice depicta, servantur. Item mosaice compositae laterculae solum ornantes necnon et grandiosum, marmoreum lavabo.

Tam frequentes gravesque detectiones urgebant iam ulterius procedere, deambulacrum adiacens perscrutari et imprimis eius ostium in navim dexteram basilicae quaerere. Qui conatus die 16. aprilis successu inopinato coronantur. Porta detecta est, veri nominis porta, cuius ostium modo fere nullibi apud nos comperto, ut testantur viri periti, ornatum invenitur. Est vera gemma architecturae romanae. Dolendum tantum est, eius partem superiorem totaliter destructam esse, cum basilica post tot et tantas calamitates stylo barocali reconstructa esset. Paries adiacens, immediate sub hodierna ianua, qua ex conventu in ecclesiam ingredimur, aliud inopinatum attulit monumentum. Lapideum sepulcrum minoris dimensionis, cuius aperitura fere iam gotico stylo compositum, litterae ornant modo sequenti: †.. HIC IACET W. C(US). P.(RAEM) C.(INM) GL(M) CONTULIT.. A. M. (PR)I(M)O (NO)VEM (12)52. (Vide alleg. VI.) Inscriptio tota non est clara. Abbreviationes, destructio quarundam litterarum varium sensum admittunt — verosimilior est interpretatio haec: † HIC IACET W(ladislaus) C(ui)US PRAE(sente)M CIN(ere)M GL(oriosu)M CONTULIT A(bbas) M(onasterii) PRIMO NO-VEM(bris) 1252. Litterae sunt generis quod vocatur Maiuscula Gotica, proinde sepulcrum in primam partem saeculi XIII. collocandum putamus, quando litterae istae in regionibus nostris iam in usu erant. Inscriptio est omnino ex antiquissimis apud nos. Haud procul a sepulcro locum obtinuit aliunde translatum testimonium antiquae gloriae Velehradensis iterum gotica maiuscula descriptum. Qui lapis etiam annum depositionis sec. latinam computationem necnon elogium fert Alexii, Praepositi Olomucensis, qui anno 1282 in Domino obiit.


Hae pretiosissimae inventiones facile commoverunt, ut omnes cryptae quas sub navibus ecclesiae occlusae manebant accurate perlustrarentur, sed etiam illae omnes, quae sub presbyterio patebant, ortae saeculo XVII, quando pristinum pavimentum basilicae, lapidibusque obrutum, tecto novo, per arcus voluto, plus quam duo metra supra antiquum posito, supercameratum fuit. Ossa, quae antea et hoc anno passim ibi inveniebantur (circiter 200 crania)

ALLEGATUM I.



*Splendidum portale Romanum ad refectorium  
quondam cisterciensium ducens, (detectum iam a. 1891.)*

ALLEGATUM II.




*Murus septentrionalis basilicae,  
in quo inde ab aliquibus annis (1927) duae phases  
pristinae basilicae, Romana enim ac Gothica  
ad oculos ostenduntur.*

ALLEGATUM III.




*Simplex ac antiquissimum  
tium Romanum in custodia sacristiae,  
quod primum hoc anno detectum est.*

ALLEGATUM IV.



*Nuper detecta pars presbyterii basilicae,  
quae transitum e stylo romano  
ad gothicum ostendit.*

ALLEGATUM V.



*Arcus dexter triplicis portalis in aula capituli (a. 1204.,  
detectum 8. III. 1937).*

ALLEGATUM VI.



*Sepulcrum Wladislai, Conditoris Conventus.*

*Inscriptio est e saeculo XIII, lapidea structura indicat transitum  
ad stylum gothicum.*

ALLEGATUM VII.



*Pulcherrimum documentum  
barocalis splendoris renovatae basisicae (1735).  
Summi altaris pars evangelii.*

ordinata et composita sunt in scalis, per quas olim ex ecclesia in cryptas descendebant. Ut labyrinthus sub tota basilica protrahi posset, necesse fuit aliquot decena passuum humi fodere, ubi sub scannis chori cryptae non erant. Denique apertus est per ambages aditus ad ipsam magnam ianuam pristinae in saec. XVII abbreviatae ecclesiae, ita ut deambulatio sub terra cum perlustratione omnium memorabilium fere totius horae moram sibi vindicet et visitanti non minus quam 600 passuum iter faciendum imponat. Velut lapidarium se repraesentat nunc totus porticus primae quadraturae. Ibi, in umbra antiquarum columnarum Cisterciensis monasterii, quiescunt eloquentissimi testes grandiosae romanae et postea goticae basilicae Velehradensis, fragmenta dicimus pristini aedificii et ornamentorum architecturalium. Inter haec capita, columnas, bases, et arcus longe eminet massiva columna styli romani, nisi dicam byzantini, sub hodiernis scalis ad refectorium conventus. Aditus ad totum subterraneum panorama archeologicum patet ex vestibulo domus, ibique iterum finis ponitur perlustrationi. Visitantium inde a mense iunio, quando monumenta omnibus, etiam feminis, patebant circiter 50 milia numerantur, omnis aetatis et vocationis.

Velehradium romanum, Velehradio barocali (Vid alleg. VIII.) subiacens, nisi forte Velehradio byzantino superstructum, ipsa sua incomparabili magnificentia apparatus et splendoris architectonici suppeditare videtur morale quoddam argumentum pro antiqua existentia sua. Vix enim credi potest, quod ut conditor eius, clarus Marchio Moraviae, Henricus Wladislaus, alium locum tanta pompa et splendore ad mausoleum suum elegerit, nisi civitatem, cui viva adhuc traditio praeclarae gloriae imperii Magnae Moraviae et Savorum subsecuta sit.

## RECENSIONES

C. Chevalier S. J., *La mariologie de saint Jean Damascène*. Orientalia christiana Analecta, Num. 109, 264 pag., Romae 1936, pret. 42 L.

Opus, in concursu internationali praemio honoratum ab Instituto Catholicco Parisiensi anno 1934, dedicatur ab auctore dilectissimis fratribus sacerdotibus Graecis, Orientalibus.

Conspectus operis ac dispositio sequens est: I. Vita Dominae Nostrae in cogitatione divina (praedestinatio), manifestatio ideae aeternae per prophetias orales et reales (figuras), capite 1. Pag. 45—58. — Quoad usum imaginum, figuram auctor recte demonstrat duplum modum cogitandi orientalium ac occidentalium, abstractum, deductivum, et concretum, totalem, quasi inductivum. A. adnotat fundamentum istius modi, qui radices suas habet in generali modo cognoscendi et duplici ac irreductibili tendentia noetica. (Exempl. M. Bergson.) Pag. 52—54. Appendix de Maria, „paradiso Incarnationis“.

II. pars continet caput 2.—5., agitque de vita Dominae Nostrae in terra, et quidem in historia, deinde de vita B. M. V. in dogmate. Divina maternitas eiusque tum negativae tum positivae consequentiae, usque ad pag. 191. Pars III. delineat ulteriorem vitam B. M. V. tum terrestrem tum coelestem. Corredemptio, assumptio, mediatio, cultus. Ultimum caput illud exprimitur etiam titulo: Maria et Ecclesia, p. usque 247. — Toti dissertationi praemittitur caput introductionis, agens de vita s. Joannis Damsc., eiusque spiritu critico, securitate eius doctrinae. Ad melius intelligendam vitam ac opus S. Doctoris auctor depingit breviter vitam monasticam illius temporis, deinde indicat libros fontes, qui s. Joanni praesto esse poterant, necnon scientiam monasteriorum illius temporis. Additur conspectus auctorum, quos allegat, vel adhibet s. Joannes in suis operibus.

Auctor statim ab initio admonet, se velle tantum Damascenum legere non autem futura aspicere (scientiam actualem). Ideo obligabatur ad explicandas ideas iis tantum mediis, quae intelligere et dilucidare poterat discipulus Capadocum et Aristotelis, vivens octavo saeculo.

Fructus et quidem dulcissimos carpit auctor in articulo conclusionis. Admiranda fidelitas juncta cum modestia magni Doctoris, qui de se enuntiat illud: „Ἐγὼ δὲ ἐμὸν μὲν οὐδέτεν,“ quo exprimit suum propositum proponere doctrinam catholicam, non sua inventa. Attamen magna originalitas apparet Damasceni, qui suis indagationibus attingit inquisiciones profundas nostrae aetatis, in quibus Damasceno proprias potest auctor jure merito declarare:

„En Mariologie, puisque cela seul nous occupe, il semble que Dam. peut revendiquer comme siennes les propositions suivantes:

1. Un système physiologique sur l'Incarnation, qui propose le premier accord du dogme et d'Aristote.
2. Avec clarté et insistance, Dam. met Marie au premier rang des purs créatures, alors que d'autres ou n'osent ou contredisent.
3. Des intuitions fécondes sur Marie médiatrice universelle et canal de toutes les grâces, et mère des hommes.
4. Une affirmation plus claire et mieux assise de l'Immaculée Conception.
5. Une insistance extraordinaire sur la sainteté du corps de Marie.

Et nous ne parlons pas des thèses, connues sans doute avant lui, mais qu'il fut le premier à étayer théologiquement. *Dormition et Images.*" Pag. 248.

Usui libri optime inserviet index terminologiae graecae et index generalis materiae.

Opus cuius auctor in labore praestando in filiali amore erga B. M. V. secutus est suum exemplar s. Joannem Dam., sine dubio aptissimum est ad promovendum cultum B. M. V. Nam sub dupli respectu correspondet hodiernae indigentiae theologicae. Attentio actualis theologorum dirigitur ad doctrinam de corredemptione, mediatione et assumptione B. M. V. etiam quoad corpus. — Deinde in studiis orientalibus Mariologia est et manet quasi stella maris Orientis tot procellis periclitati. — Demum ipse s. Doctor Damascenus secundum opinionem multorum posset fieri „principalis articulus catenae“ inter Romam et Orthodoxiam. (Pag. 15.)

Sub hoc respectu opus auctoris valde actuale est et meritum eius augetur, quia non manet „sicca dissertatio“ (uti auctor modeste loquitur p. 248), sed prouti continet sistema vivum doctrinae de B. M. V. redactum ex operibus magni illius Doctoris, comprobatum fide viva Ecclesiae, fiet in manibus lectorum fons valde utilis, praesertim sub respectu supra indicato. Quod toto corde exoptamus auctori uti „perenne praemium vere catholicum“. —jm.—

*Dr. Andreas Iščak, Догматика незадинскага сходу Theologia dogmatica Orientis separati. Pars generalis. Tomus I. — Opera graeco-catholicae Academiae theologicae Leopoli. Pg. 283. Leopoli 1936.*

Conspectus theologiae Orientis separati a doctore A. Iščak, professore Academiae theologicae Leopolitanae (graeco-catholicae), exaratus, opus catholicis Ukrainis utilissimum ideoque quam maxime laudandum. Post amplissimum opus P. Martini Jugie (Theologia dogmatica christianorum orientalium. Parisiis 1926—1935) talis conspectus minime superfluus dici potest; auctor enim Ukrainianus opus ad usum auditorum suae nationis adaptavit atque notitiis de rebus slavicis suppedit. Iščak laudabiliter vestigia doctissimi M. Jugie premit non solum tota libri structura et dispositione, sed persaepe etiam eius sententias iudiciaque secutus.

Ad instar I. tomī operis doctissimi Jugie etiam Iščak in hoc 1. volume de origine, historia fontibusque theologiae Orientalium disserit: de conceptu theologiae (iuxta A. Palmieri), de appellationibus (nomibus), de habitudine ad ecclesiam catholicam, de historia et causis schismatis, de Photio, de Michaele Caerulario, de Filioque, historia theologiae Byzantinae, Graecae recentiore, Russae, Ukrainae.

Ast in hac operis M. Jugie imitatione quaedam minus placent. In

multis sententiis iudiciisque nimia a Jugie dependentia lectorem offendit. In abbreviando non semper sat prudenter elegit, quae omittenda quaeque dicenda essent, imo pauca etiam confundit vel minus exacte vel infeliciter mutavit. Jugie e. gr. de primatus quaestione tempore Photii disserens, primatum Petri a primatu papae distinguit. Iščak vero utramque quaestionem coniunxit ac nonnulla confudit (pg. 43-45), praesertim pg. 45, papae Nicolao ea tribuens, quae Photius de Petro dixit. Pg. 122 de Vladimiro Solovjev quaedam e Jugie (pg. 390-391) desumpsit, pauca verba mutavit, loco „singularia et nova“ arbitrarie posuit „phantastica“ atque sensum essentialiter corrupit; titulum libri „La Russie et l'église universelle“, a Solovjev Parisiis lingua Gallica editum, Russice vertit atque Parisiis Russice editum esse dicit, ignorans, hunc librum Gallice scriptum esse; numeros paginarum, apud Jugie recte expressum signis Romanis, erronee numeris arabicis exscripsit atque veram citationem corrupit. Similiter aliorum librorum Russorum titulos e Jugie false in linguam Russicam vertit. Librum notissimum A. P. Lebedev, „Istorija razdelénija cerkvej“ erronee: „Istorija razsoedinenia cerkvej“ citat; opus notissimum Běljaev „O soedinenii Cerkvej“ falso scribit: „Ob unii cerkvej“ (pg. 119 et 260). Jugie enim solos titulos latinos habet, Iščak vero titulos e lingua latina arbitrarie in linguam Russicam vertit, cum de hisce illisque libris notissimis agatur, quos auctor in bibliothecis Leopoli invenire et potuisse et debuisse. — Nomen celeberrimi theologi Graeci „Eugenius Bulgaris“ arbitrarie mutavit in Bolgarskij (pg. 180) vel Bulgar (pg. 260) et alia similia; de hoc theologo nunnulla serviliter e Jugie deprompsit, cum Russica Encyclopaedia theologica (sub voce Evgenij) multa de eo habeat. Opera gravia Russica (Solovjev, Homjakov, Trubeckoj, A. Lebedev e. a.) ignorat. De litteratura Serbica theologica serviliter errores e Jugie transcripsit et auxit (e gr. facultatem theologicam a. 1905, recte 1920, institutam esse, de publicationibus theologicis e. a.). Elenchus librorum in fine operis plurimas lacunas habet; opera gravissima neglecta sunt.

Pg. 8 erronee scribit Parisiis et Lovannii et Lille existere facultates theologicas catholicas orientales. Pg. 7 innuit Jugie esse professorem Pontifici Instituti Orientalis eumque A. Palmieri vestigia secutum esse. Pg 39 per lapsum quendam nomen causae finalis loco causae proximae (vulgariter: ultimae) applicat minus exacte veram sententiam M. Jugie (pg. 101) vertens. Alia quoque multa falsa vel minus exacta occurunt.

Ex his apparet, librum praemature in lucem editum esse. Liber funditus emendandus est, ne scientia theologica Ukraina detrimentum capiat.

Fr. Grivec.

*Dr. Valerij Vilinskij, Ruská revoluce 1825—1936.* Společenské podniky Přerov 1936, pag. 232. Pretrum 30 Cor. čsl. (Russica revolutio ab anno 1825—1936). — Opus auctoris Russi exulantis, viventis in RČSL. editum simul in duplaci editione bohemica et slovaccha.

A. conatur esse objectivus, liber ab incritica admirationne communismi simulque liber ab incritica abjudicatione eius. — Quae objectiva tendentia nullo modo debet significare defectum principiorum, defectum criterii. Utī criterium ad dijadicandum tum carismum tum communismum tenet auctor conceptionem mundi vitaeque christianam, affectus sociales, conscientiam ac persuasionem de interno valore libertatis, quo praeditus est animus humanus.

In dispositione materiae multas difficultates expertus est auctor, quia desunt opera, quae in continuo fluxu analysi subjicerent evolucionem russicae revolutionis inde ab anno 1825 usque ad praesentes dies. Praesto erant ipsi multa opera auxiliaria, quae tamen plurimas lacunas exhibent, nec sunt homogenea. Ideo ad fontes ipsos immediatos recurrebat et propriam dispositionem materiae sinne respectu habito ad classificationem hucusque usitatam, ad modum ponderandi hucusque praevalentem. — Auctor ex industria abstinet a methodo polemica, nisi in casu, quando necessarium apparet, ut sententiam propriam ac modum conceptionis rerum ab aliis differentem statuat ac defendat. — Item omnem inclinationem „propheticam“ vincere conatur. Ea quae nondum matura sunt nec determinata historice vel aequivocationem quandam pree se ferunt, nondum dijadicare vult.

Liber continet duas partes, quarum prima in 14 capitibus declarare conatur originem revolutionis, secunda pars in 13 capitibus de progressu revolutionis agit.

Tribus prioribus capitibus statuit A. quaedam principia generaliora scitu necessaria ad consideranda, intelligenda ac dijadicanda tristissima fata ac facta historica revolutionis russicae.

Capite primo monet auctor judicium historici de iis, quae in fieri adhunc sunt, nondum posse esse definitivum. Ita etiam difficile statuitur definitivum judicium de revolutione russica, cuius internus sensus, momentum eius nondum clare liquet, complexibus processuum nimis complicatus est. Tamen utile est colligere in praesenti ea, quae futurus historicus nullo modo posset assequi, vitalem scilicet contactum cum ipsa revolutione. In intelligenda revolutione russica necesse est habere ante oculos illas conditiones, quae in genere possibilem redunt quamlibet revolutionem, deinde illas speciales conditiones pro possibilitate praecise russicae revolutionis. Utī communem radicem ac motivum ad excitandos contemporaneos motus sociales vel philosophico-religious videt auctor cum prof. P. Novgorodcev in „Iskanja obsčestennago idealu“, in studio quaerendi ac inveniendi quoddam sociale ideale, quod

studium secundum auctorem dicit in Russia ad paradoxum phaenomenon, ad quendam speciem „laicisatae theocratiae“ T. G. Masaryk concipiebat historiam russicam uti „pugnam rationis criticae cum mytho“, statuens fundamentalem thesim, secundum quam „religio esset centralis et centralizans vis in vita individui tum societatis“. Quae thesis a Masaryk proposita nunc temporis inexspectatam formam assumit et inexspectato modo confirmatur. Si sic proposita thesis generalis Masarykii ad statum mentalem in SSSR applicatur, appareat quaedam deformatio istius definitionis Masarykiana, tum quaedam eius partialis confirmation. — Deformatio: In Russia regnat mythus, qui ad hoc tendit omnibus viribus, ut fiat inde quaedam exclusiva religio, et ideo opprimit omnem criticam rationem manifestantem se in qualibet forma. Ideo processus contrarius istius prognoseos datae a Masaryk, hodie in progressu praevalet non ratio, sed mythus, attamen substantia totius processus recte dignoscatur a Masaryk. Processus ad roborandum bolchevismum est processus evolutionis novae cuiusdam mythicae religionis. Auctor indicat rationes, cur appellet communismum quendam religionem. Non agitur de vera religione, sed in sensu sociologico solum, de quadam summa characteristicarum notarum, quae propriae sunt omni affectui intensivae religiositatis. Secundum sententiam F. Pelikán contigit communistis, inflammatis ardore destructionis ac formationis, demonstrare factum, russicam marxisticam ideologiam, non obstante omni apparente charactere scientifico vel positivo, esse in fundo mysticam ac religiosam. Idem Ferd. Pelikán deinde consentiens cum Russo S. Bulgakov probat, russicam interpretationem marxismi factam esse quandam „daemonologiam, doctrinam de diabolis-capitalistis et angelis-operariis“. Secundum auctorem mundana revolutio fert naturam meriae eschatologiae. Ad modum religionis suggerit suis asseclis communismus propriam ideologiam, quendam novam moralem, et sensum solidaritatis. Eschatologica spes in verosimilitudinem de aedificanda „arce dei in terra“, et quaesitio istius socialis idealis est sec. auctorem substantia bolchevisticae religionis. Et concludit: secundum quendam aspectum bolchevismus pari modo ac multiformis motus nationalisticus est quaedam forma socialis idealis, maxime differens a christiana theocracia, sed immenso modo magis exclusivus et aggressivus motus. Omnes illos motus subsumit auctor in brevi quadam formula, loquens de „laicovaný temperament theokratického usilování“. Tale quid non est tamen proprium Russis, sed invenitur in variis formis apud omnes homines. In sequenti capite loquitur auctor de conceptu „revolutionisticae situationis“, de dynamico ac statico studio russicae revolutionis, de democratia, dictatura et paedagogico statu.

Hic notantur effata auctoris: In Russia historia ordinis socialis coincidit cum historia russici status. Velle intelligere dynamicam communisticae revolutionis in Russia praesupponit studium russicorum mo-

tuum ad libertatem vindicandam. Statica: „quia res evolvebantur taliter, ideo sunt hodie tales“. Omnes formae Status plus vel minus aeducant cives in certo spiritu — attamen in dictaturis talis tendentia paedagogica evidenter praevalet. SSSR est speciale genus extremae dictature, conatur removere et residua antiquae societatis et aedificare et aeducare novam societatem. In hoc casu est finis aeducationis simul finis huius status paedagogici. Inde russica dictatura est speciale sociale phaenomenon . . . Ex illis considerationibus proponit sibi auctor duplum praecipuum finem obtainendum: Dynamicum studium russicae revolutionis quaerit responsum ad quaestionem, quomodo ortus sit hodiernus sovieticus ordo et ad quid conducat. Studium staticum inquirit, qualis sovietica dictatura revera sit.

Ex capite tertio nos interest, quomodo auctor in diversas periodos dividat evolutionem russicae revolutionis. Distinguit primam periodum „praehistoricam“, in secunda historica periodo distinguit tres epochas: 1. A fine saec. XVIII. usque ad annos 1855—64, quorum annus 1825 significat quoddam culmen, quo obtento situatio substantialiter immutatur, 2. epocha sequens ab annis 1855—64 usque ad autumnum a. 1917, 3. epocha ab momento communisticae revolutionis ad futurum usque.

Juvat affere adhuc generalem characteristicam uniuscuiusque epochae ab auctore capite III. propositam. (Pag. 21. 22.) Tempore 1801—1818 initialis liberalismus imperatoris Alexandri I. transit in reactionem, quae perdurat ab anno 1818 usque a. 1825. Epocha 1825—48 solet appellari reactio Nicolai I., qae reactio ab a. 1848 semper magis crescit et perdurat usque ad a. 1855. In quantum respicit russicam societatem, apparent in illa reactione acerrimi conatus de liberandis agricolis. Qui motus, contrarius directioni Status, perdurat ab anno 1848 usque ad a. 1855 Epochab anno 1855 usque ad 1863 sunt sic dicti anni sexagesimi, aetas communis animationis et cooperationis societatis cum gubernio. Ab anno 1863 iterum oritur reactio gubernii, reformationes limitantur et sub pressione gubernii iterum oritur reactio in societate. Caeterum notabilis periodus illa est motione „národníků“, nationalitarum. — Ab anno 1881 id est ab occisione imperatoris Alexandri II. per totum imperium Alexandri III. usque ad intronisationem Nicolai II. succedunt anni fortissimae reactionis, in populo sentitur depression. Finis saec. 19. et initium saec. 20. est in signo marxismi, crescit intensitas activitatis revolutionisticae, severitates administrativaem mitigantur. Ab anno 1905 vita publica fluit in flumine revolutionis, proelium committit gubernium cum „duma“, semper magis praevalent liberaliores motus.

Conspectus generalis de russica revolutione tempore plusquam unius saeculi manifestat plura paradoxa phaenomena. Aetate imperatorum dominabat servitus, quae miro modo conjuncta erat cum libertate quasi illimitata. Impositi erat v. gr. censura severissima — et rus-

sici liberales acerrimos articulos publici juris faciebant, quos similes nullibi in tota Europa inveniri poterant. Item factiones illegales promoventes terrorismum, armatas insurrectiones et expropriationes delegatos suos habebant in legislativis collegiis. Qui delegati impune conveniebant in clandestinis congressibus et postea tranquille apparebant in conventibus „dumae“.

In revolutione dicta februaria omnes limitationes disparuerunt. Libertas dominium obtinuit, libertas illa ommimoda, sed maxime illogica. Milites disceptabant, gubernium non audebat anarchistas removere e domo per injuriam ab ipsis occupata. Operarii in viis ferreis decernunt, num decisio gubernii contradicat finibus revolutionis necne. Solumodo illicitum erat declarare se pro monarchia vel accedere ad partes monarchistarum, unusquisque minabatur ad „dexteram“, nemo ausus est aggredi „sinistram“

Advenerunt communistae, qui residua libertatis ex aetate caesarea et illimitatam libertatem „Regiminis provisorii“ ad nihilum reducebant. Opprimebant dexteram ac sinistram, condemnabant quoslibet antirevolutionarios, anarchistas, socialistas. Energiae vitales populi russici manifestare se debebant aut praescripto modo aut supprimenda erant. Modus ille ex toto differebat a modo occidentali. Ita quasi per ironiam fati ad effectum perducta est idea slavjanophilorum ac Occidentalistarum: Nationem russicam possidere propriam viam omni mundo dissimilem.

Auctor ponit ac solvere conatur difficilem quaestionem, quomodo se nempe gerere debeat Europa (forse totus mundus) relate ad oligarchiam sovieticam?

In monopolio communistico non licet videre meram oligarchiam regimen usurpatorum, qui solum fines egoisticos proprios assequi conarentur. Usurpatio illa subordinatur revolutioni mundanae. Ideo exprimit auctor characteristicam regiminis communistici: Communismus est — praepotestas (násilí — Gewalttätigkeit) plus mundana revolutio. — Prouti communistae sibi praefigunt finem in revolutione internationali, formant ac efficiunt potestatem ideologicam, sed ubipimum hunc finem perdiderint, remanet ex toto communismo mera usurpatio. Tragica sors communisimi in hoc sita est, quod spes in internationalem revolutionem necessario corruet. Hucusque tamen finis ille permanet et ideo necesse est, ut *ideae opponatur idea*.

Principalem finem — internationalem revolutionem — potest sistere, impossibilem reddere solummodo Europa occidentalis, mundus civilisatione praeditus, non autem russicum medium (prostředí — milieu) ipsum.

Illi conatus ad excitandam internationalem revolutionem adducit SSSR in oppositionem cum tota quanta contemporanea cultura. Duo mundi insurrexerunt contra se, permanens quaedam concordia eorum

a priori exclusa est. Hic campus, in quo debet committi proelium cum bolchevismo.

Quoad modum procedendi in pugna illa multas profundas observationes afferat auctor.

Primo: differentiatio socialis peracta in communismo russico presupponit similem modum differentiationis in procedendo. Media primitiva iam non sufficiunt ad sananda vulnera societatis. Debet tota actio socialis et propaganda internationalis redi in radice innocua vel impotens et hoc quidem quadam „paralysi“, vel contramotu.

Deinde: Defectus deplorabilis adest in divisione occidentali, maxime inter democratica regimina et regimina cum dictatura qualibet.

Item: Stabilisatio, consolidatio Europae esset praemunimen ac oppugnaculum unicum contra bolchevismum.

Conamina ad fundandum ordinem socialem, convenientem omnibus indigentiis praesentis temporis, qui modo quo posset meliori ac efficaciori sanaret plagas humanitatis — si ab hoc vel illo gubernio ad effectum desiderabilem perducerentur — arma e manibus communismi eriperent et solum ipsi subtraherent.

Magnum momentum adscribit auctor sociali ideologiae in spiritu christiani solidarismi, qui posset — remota usurpatione in Russia et suppressa tendentia internationalis revolutionis — unice ad aequilibrium adducere iterum labefactatum systema sociale Russiae infelicis ac proponere novas metas harmonicae evolutionis, quae satisfacere poterunt spiritualibus indigentiis tum totius societatis tum individui praesenti regimine extorti ex aequilibrio naturali.

Liber modo praegnanti continet totam illam evolutionem revolutionis russicae, sine ira et studio concinnatam, et tamen potest in una quaque pagina sentiri auctoris amor patriae ac eius desiderium, ut dies aterrimi quam primum abbreviantur in infelici Russia. — In consolidatione Europae, in ordinatione vitae socialis in spiritu charitatis ac iustitiae christanae aspicit auctor resistentiae vim ac munimen contra conflagrationem mundi rubram. Socialis solidarismus christianus unice poterit sanare quam plurima vulnera in liberata Russia. —

Auctoris liber meretur, ut quam plurimum divulgetur.

*Dr. Václav Kubíček, Katechetika, Olomouc 1937*, sumpt. Matice cyrilometodéjská, 340 pp., 15 $\frac{1}{2}$  x 24 cm, 32 č. — Diebus nostris nihil est sanctius, nihil magis necessarium, quam catechetica institutio. „Parochi deinde ceterique curam habentes animarum meminerint semper institutionem catecheticam fundamentum esse totius vitae christiana, ad eandem rite tradendam omnia eorum consilia, studia, labores esse referenda . . . (Acta ap. Sedis 1935, De catechetica institutione impensis curanda et provehenda).

Qua de causa prof. catecheticae msgre dr. Václav Kubíček opus valde neccessarium suo libro „Katechetika“ perfecit. Post intervallum

30 annorum habemus systematicum opus catecheticum in patria nostra. Auctor pertractat methodum, qua religio tradi debet in schola communii et civica necnon de cura animarum hisce in scholis. Maxima cum diligentia per totam vitam laborabat auctor in theoria et etiam in praxi, propterea etiam valde pretiosum opus edere potuit.

In prima sectione pertractat prolegomena catecheticae, praecipue finem religiosae institutionis, generalia de cura animarum in scholis publicis, de persona magistri, qui tradit doctrinam religiosam (catecheta), de discipulis quoad aetatem et maturitatem, de libris ad descendam doctrinam christianam, et methodum servandam. — Sectio secunda ostendit quinque lumina didactica: phantasiam instrue, intellectum illumina, affectum inflamma, memoriae imprime et vitam urge!

A sectione tertia usque ad sectionem sextam (ultimam) est catechistica proprie dicta, nempe: variae species catecheseos, in gradu infimo (annus 1.—3.), in gradu medio (annus 4.—5.) et in gradu superiori (annus 6.—8.), deinde de oratione tamquam fundamento totius institutionis religiosae et vitae christiana, de sacrificio missae, de modo suscipiendi sacramenta, de anno ecclesiastico et de speciali praeparatione spirituali puerorum et puellarum ante egressum e schola in vitam practicam. — In hac parte sunt nonnulla capita etiam de speciali educatione ad castitatem promovendam et ad disciplinam scholarem servandam.

Opus dr. Václav Kubiček, olim professoris catecheticae in facultate theologiae a ss. Cyrillo et Methodio, est maximi momenti ad promovendam educationem christianam puerorum et puellarum ubique orbis terrarum, praesertim in Republica Čechoslovaca. Continet non solum theoriam optimam, sed etiam permulta consilia practica. Qua de causa commendamus hoc opus quam maxime.

*Dr. Jos. Matzke, Das kirchliche Friedhofs- und Begräbniswesen. Kirchliche und staatliche Vorschriften in Böhmen und Mähren-Schlesien. 1. Teil: Der Friedhof als religiöser Kultort und öffentliche Sanitätsanstalt. 1937. 154 pag. Edit. Eduard Schlusche, Lobník, Moravia. — 20 Corčsl.*

Dr. Jos. Matzke, doc. priv. theologicae facultatis a ss. Cyrillo et Methodio, notus lectoribus uti auctor monographicae dissertationis „Manželství v pravěku“ amplum opus perficiendum aggressus est. Argumentum eius est ecclesiasticum coemeterium ac sepultura. Canonicae ac civiles normae in Bohemia, Moravia ac Silesia (in Republica Čechoslovaca). Integrum opus haec continebit capita: 1. Juridica natura coemeterii in jure ecclesiastico ac civili; 2. Coemeterium uti locus cultui religioso destinatus; 3. De coemeterio ac sepultura sub respectu sanitatis; 4. De ecclesiastica sepultura; 5. Taxae pro coemeterio ac se-

pultura solvendae; 6. Matriculae mortuorum; 7. De crematione. — Pars prima nuper edita continet tria priora capita.

Auctor, qui qualitates ad labores scientificos necessarias iam primo suo libro supra indicato eminenti gradu demonstravit, praesenti opere non tantum rigorosis postulatis scientiae juris utriusque, sed etiam necessitati practicae apprime satisfecit, implens lacunam hucusque in nostra litteratura juris utriusque libro valde desiderato et ideo ab omni critica litteraria maxima cum laude recepto. Speciminis gratia liceat saltem quaedam testimonia publicae recensionis afferre:

Dr. Guilelmus *Diessl*, prof. universit. Pragensis: „Die Arbeit füllt tatsächlich eine Lücke aus — denn in der genannten Materie sind bisher zwar Vorarbeiten geleistet, aber eine vollständige und so gründliche Behandlung des Stoffes lag bisher noch nicht vor. Eine ungemein dankenswerte Arbeit, der sich da der Verfasser unterzogen hat.“ *Verbandsblatt der deutschen katol. Geistlichkeit*, 1937, S. 24.

Dr. Carolus *Harbich*, prof. jur. canon., viceofficialis judicij dioecesani in Weidenau: „... Das Werk ist eine Arbeit, wie sie heute in der Vollständigkeit und Übersichtlichkeit bei uns nicht bestand, die dem Seelsorger und den Gemeindeorganen, den Parteien und den Juristen die Möglichkeit gibt, in mannigfältigen, sehr verwickelten und örtlich verschiedenen Fällen sich selber die notwendige Belehrung zu holen und auch den Parteien die nötige Belehrung nach dem kirchlichen und staatlichen Recht zu geben ... Das Werk sollte von amtswegen in jeder Pfarr- und Gemeindebücherei stehen, dann würde vielen unklaren Auffassungen, Missverständnissen, unnützen Streitigkeiten und daraus hervorgehender Verbitterung vorgebeugt werden.“ *Das Volk*, Nr. 86, S. 5 vom 14. IV. 1937.

Univ. prof. dr. *Wierer*, Brunensis: „Matzkeho práce je u nás první větší systematickou prací o právním postavení hřbitovů. Velikou předností knihy je dále její naprostá objektivnost a střízlivost úsudku. Harmonie zájmu církevního i státního je doložena vskutku věcně; autor měří naprosto spravedlivě oběma na hřbitovnictví súčastněným stranám. Kniha tato bude nezbytnou pomůckou nejen pro duchovní správce, pověřené správou respektive dohledem nad hřbitovy, ale i pro praktické právníky zejména pak správní úředníky . . .“

*Hoyer*, Pragensis in hygienica ephemeride „Gesundheit“: „Wir müssen dem geschätzten Verfasser wirklich Dank dafür wissen, dass er in seinem, offensichtlich für die Praxis der kirchlichen, staatlichen und Gemeinde-Behörden bestimmten Werke, die in Böhmen und Mähren-Schlesien geltenden staatlichen und kirchlichen Bestimmungen über Begräbniswesen und Friedhöfe systematisch zusammengestellt und erläutert hat . . .“

Egerland Nr. 43 vom 17. IV. 1937, S. 6: „Das Werk Matzkes ist derartig fleissig und übersichtlich gearbeitet und so sorgfältig in seinen

Quellennachweisen, dass es alle bisherigen Ansätze zu ähnlicher Erfassung des Stoffes weit hinter sich lässt. Das Buch wird sowohl von kirchlichen wie staatlichen Aemtern und Behörden als das massgebende Handbuch überall benützt werden müssen und dazu helfen, dass vielerlei Rechtsstreit in Zukunft vermieden wird, der gerade bei so heiliger Stätte peinlich wirkt.“

J. M. R.

*Archiv orientální — Journal of the Czechoslovak Oriental Institute*  
— Prague edited by Bedřich Hrozný in cooperation with J. Bakoš, J. Černý, J. Dobiáš, A. Grohmann, V. Hazuka, V. Lesný, A. Musil, O. Pertold, J. Rypka, M. San Nicolò, O. Stein, F. Steinmetzer, F. Tauer, A. Wesselski. — Orientální ústav, Praha III, Vlašská 19, Czechoslovakia. 1937. Volumen IX. Nr. 1—2, pag. 300. Prezium Kč 160.

Incipiendo ab anno 1929 edit et publicat in urbe capitali reipublicae Čechoslovacae, Pragae (Praha) conditum „Institutum Orientale — Orientální ústav“ suos commentarios periodicos ad res orientales scientifice investigandas. Uno quoque anno prodit in lucem unum volumen horum commentariorum periodicorum continens et complectens 3 fasciculos (numeros). Hi commentarii periodici habent titulum „Archiv orientální — Archivum Orientale“. Redactor huius „Archiv orientální“ est ubique in mundo scientifico bene notus clarissimusque orientalista čechoslovacus Bedřich Hrozný, professor in Carolina Universitate Pragensi. Collaboratores sunt et possunt fieri omnes viri docti studium et investigationem rerum orientalium foventes sine discriminé nationis et pertinentiae statalis. Tractatus et elucubrationes scientificae possunt exarari lingua gallica, anglica et germanica. Currenti anno 1937 modo recens e prelo prodiit iam nonum a condito „Archiv orientální — Archivio Orientali“ volumen commentariorum periodicorum continens fasciculos 1 et 2. En, certissime ditissimus omnique aestimatione dignissimus conspectus, tractatum et elucubrationum scientificarum huius noni voluminis:

Lexa František: Les participes indéclinables dans la langue ancienne égyptienne III.

Zakharov A. A.: Sur la question du mazdéisme et bouddhisme dans le Kazakhstan (avec une planche).

Zakharov A. A.: Materials for the Corpus Sigillorum Asiae Anterioris Antiquae III—IV.

Gordon C. H.: Aramaic and Mandaic Magical Bowls (with 13 plates).

Hažmuková V.: Miscellaneous Coptic Prayers II (with 3 plates).

Grünebaum G. v.: Begriff und Aufgaben der arabischen Literaturwissenschaft.

Jahn K.: Vom frühislamischen Briefwesen. Studien zur islamischen Epistolographie der ersten drei Jahrhunderte der Hijra auf Grund der arabischen Papyri. Mit 6 Tafeln.

Petersen W.: Zur hethitischen Etymologie.  
Katre S. M.: Sanskrit šrīphala and „divine fruit“.  
Hrozný B.: Inscriptions „hittites“ hiéroglyphiques des rois de Tuvana-Tyana (avec 2 planches).

Obituary:

Lesný V.: † Professor Moriz Winternitz.  
Stein O. und Gampert W.: Bibliographie Moriz Winternitz II.

Praeter hos modo commemoratos tractatus et elucubrationes scientificas exhibet nonum volumen „Orientální archiv — Archivum Orientale“ nonnullas relationes de sessionibus, quas ad fovendas et investigandas res orientales mensibus elapsis membra Instituti Orientalis Pragensis habuerunt. Sequuntur deinde et nonum volumen claudunt 60 recensiones variorum operum scientificorum res orientales pertractantium. Nonnulla horum recensitorum operum sunt argumenti proprie theologicí, e. gr.: Inglisan V., Armenien in der Bibel, Reviewed by A. Šanda; Brierre-Narbonne J. J., Exégèse talmudique des prophéties messianiques, Reviewed by J. Hirsch; Messina G., I Magi a Betlemme e una predizione di Zoroastro, Reviewed by V. Lesný (Messina est professor Novi Testamenti in Pontificio Instituto Biblico Romae).

Olomucii 21. XI. 1937.

*Dr. Barthol Katal,  
professor Facultatis theologicae a SS. Cyrillo et Methodio.*

## MEMENTO MORTUORUM

*Dr. Antonius Bonaventura Jeglič, archiepiscopus tit. Garellensis, dignissimus Slovenorum praesul, episcopi Labacensis per 32 annos munere functus, die 2. Julii 1937 in abbatia Sitticensi (Jugoslavia) animam suam piissimam Deo reddidit.*

Natus die 29. Maii 1850 in pago Begunje in Carniola Superiori, sacerdos ordinatus 1873, ad gradum doctoris ss. theologiae in universitate Vindobonensi promotus 1876, per unum annum vicarius curatus domus feminis puniendis atque emendandis institutae in Begunje, 1877 vicerector seminarii maioris Labacensis factus est, historiam quoque ac ius eccles. et postea theologiam dogmaticam alumnis traditurus.

Anno 1882 factus canonicus in urbe Sarajevo (Bosnia) primo parochiam cathedralem administrabat, 1890 vero factus est vicarius generalis, 1897 consecratus episcopus tit. Siuniensis. Anno sequenti

creatus est episcopus dioecesis Labacensis usque ad annum 1930, quo tamquam archiepiscopus tit. Garellensis in solitudinem se recepit, primo in domo episcopali Gornji Grad, deinde ab autumno anni 1935 in monasterio S. Cist. Ord. de Stična.

Activitas istius vitae ingens fuit in omnes partes atque admirabilis. Iam tamquam studens gymnasii organisationi et literaturae navavit operam. Sacerdos ordinatus apologeticos paeprimis conscribebat articulos. Praeterquam actione apostolica in Bosnia unitati ecclesiae inter dissidentes fratres redintegranda adlaboravit articulis scriptis in periodicis foliis „Balkan“, pseudonymo assumpto „dr. Bonaventura“, quod nomen postea quoque episcopus ordinatus retinuit.

Aetas episcopatus eius Labacensis variis iisque copiosissimis atque fructuosissimis laboribus explebatur tum in campo religioso: praesertim piis associationibus, cultu ss. Cordis Iesu atque Mariano promovendis; cum in campo culturae generalis atque amoris patrii praesertim magnifici seminarii minoris s. Stanislao sacri, prope urbem Ljubljana siti institutione et complurimorum operum publicatione. Opus eius maius est, quam ut brevi conspectu perstringi possit.

Pluries conventibus Velehradii celebratis intererat (1924, 1627); anno 1925 qua protector conventum pro studiis Orientalibus Labaci habitum magna cum alacritate confovit.

Maxime vero enituit toto vitae suae sacerdotalis curriculo eximiae sanctitatis exemplo: iugi orationis et mortificationis studio, labore inintermisso, caritatis erga Deum et proximum zelo ardentissimo. Unanimis cleri participatio populique sollemnia funera venerationem et aestimationem, qua optimus Pastor apud omnes fruebatur, demonstrarunt. Supema luce perfusus populo suo sicut in vita sua numquam destitit, ita etiam post mortem assistere non praetermittat!

Mons. Dr. Antonius *Bauer*, archiepiscopus Zagrabiensis die 7. Decembris 1937 pie in Domino obiit. — Natus in Breznica (parochia Hum) die 11. Februarii 1856, studia theologica perfecit partim Zagrabiae partim Vindobonae, sacerdos ordinatus est a. 1879. Initio erat professor religionis in schola media, deinde nominatus est professor in theologica facultate a. 1887, quo munere professoris fungebatur per 24 annos, a. 1907 Rector universitatis creatus est. Quo tempore evolvebatur eius activitas redactoris „Folii catholici- Katolički list“ et

scriptoris theologici, cuius opera e theologia vel philosophia, lingua materna conscripta, magni aestimabantur, maxime propter claram et accuratam dictionem et terminologiam croaticam. Meritum huius laboris Dris Bauer inde apparet, quod nominatus est membrum ordinarium Academiae Jugoslaviae pro scientiis et artibus, cuius Academiae necnon Universitatis maximus fautor et benefactor in tota vita sua erat.

Brevi tempore fungebatur etiam munere deputati in parlamento croatico regionali et postea etiam in parlamento Budapestino. Ut talis magnam curam prae aliis dedicavit quaestionibus agro-oeconomicis earumque associationibus.

A. 1911 ordinatus est episcopus (ad eccl. tit archiep. Pessinuntiensem) et nominatus coadjutor archiepiscopi Posilović, quo post tres annos mortuo, Mons. Bauer ipsi in munere archiepiscopali successit. — Anno elapso celebrabatur Zagrabiae jubilaeum quinque lustrorum in episcopatu mons. Bauer et tunc apparebat, quanti aestimatum sit opus eius vitae ab omnibus christi-fidelibus Croatis, sed etiam ab hominibus, qui secus ecclesiae catholicae non favent. — Breviter potest opus archiepiscopi Bauer ex effectu ponderari: Idea ac actio catholica maximos fecit progressus in vita Croatarum necnon in integra Jugoslavia sub regimine archipraesulis Bauer, viri erudit, veri patriotae, pastoris ac magni sacerdotis. Erat intrepidus dux catholicorum Croatiae.

Liceat afferre quaedam testimonia e „Katolički list“ de activitate Dris Bauer:

Još pod prvim dojmom vijesti o smrti, teško nam je da ukratko i adekvatno izrečemo, što je bio zagrebačkoj nadbiskupiji, Crkvi i hrvatskom narodu blago-pokojni Nadbiskup. Njegovo je djelovanje vremenski tako dugo, a opsegom toliko svestrano, da se proteže na sve grane javnoga života Hrvata u poslednjih 50 godina. A to je vrijeme velikih, svestranih prelaza iz epoha u epohu. I upravo zato nam se lik nadbiskupa dra A. Bauera ukazuje u veličanstvenim obrisima narodnog prvaka, koji je, na sudbonosnoj raskrsnici vremena, bistrim okom gledao zbilju i budućnost, a čvrstom rukom vodio povjereni stado i cijeli narod prema ciljevima, koje nam je Promisao namijenila. To je nadbiskup dr. Bauer učinio kao učenjak, kao rodoljub te kao pastir i veliki svećenik.

I kao teolog, profesor dr. A. Bauer je našu bogoslovnu nauku proveo kroz opasni labirint modernističkih zabluda, kad je, u poznatoj polemici o modernoj katofičkoj apologetici, pokazao sigurno poznavanje teološke literature i direktiva crkvenoga učiteljstva. Nama bliže teološke probleme, koji su postali kame-

nom temeljcem razilaženju Istočne i Zapadne crkve obradivao je učenjak dr. A. Bauer davno i prije no što je to današnja teologija tako uspješno izvršila, ispravnim načinom neposrednog studija vrela pravoslavne teologije. Nije slučanjo, nego vrlo značajno za teološki rad dra Bauera, da je u hrvatsku publicistiku uveo genijalnoga filozofa i teologa Vladimira Solovjeva, otvorivši mu stupce „Katoličkoga Lista“

Harmonijska zaokruženost, naučna solidnost, suvremenost pogleda karakterizuju naučni rad dra Bauera. On mu je osigurao zaslужeni ulaz Strossmayerovu Akademiju.

— Ali, veliki Pokojnik je ušao u analu naše nauke i kao Mecena. „Alma Mater Croatica“ gleda u Njem, pored Strossmayera, najvećega svoga dobročinitelja. I tu vodi našu visoku naučnu instituciju u nova vremena. — —

Cijeli taj mecenatski rad predestinira Ga za dostojnog nasljednika Strossmayera kao pokrovitelja Akademije. I tu svojom munificencijom omogućuje otvaranje novoga umjetničkoga razreda i upotpunjene galerije slika, te izdavanje redovnih publikacija Akademije.

Kao učenjak i Mecena nauke sretno spaja ideale vjere i znanosti u nerazdruživu cjelinu. Vijeku, koji e doživio otpad nauke od vjere, pokazuje učenjak dr. Bauer put u bolje i sigurnije dane.

Naučnim radom Pokojnik je sjajna apologija katolicizma, ponos Crkve i najveći nosilac časnih naučnih tradicija hrvatskoga klera.

„Posljednji deceniji jesu presudna epoha u povijesti katoličke crkve u hrvatskom narodu. Što je bio Strossmayer u onoj epohi od 1850 do 1900, to je Bauer bio u epochi, koju sada živemo i završujemo danom 7. prosinca 1937.“

(Katolički list pag. 598, 599, 605., tom. 88.)

Similiter scribit Osservatore Romano: „Mons. Bauer meritò così di essere nominato socio ordinario dell' Academia Jugoslava di scienze e d'arti, alla quale rimase affezionatissimo finche visse, aiutando largamente studi e studiosi, tanto da essere uno dei primi benefattori di essa e della Università di Zagabria . . . Mons. Bauer devotissimo alla Sede Apostolica, d'una pietà profonda esattissimo nei doveri della vita sacerdotale, dotto, d'indole piacevole e mite, larghissimo coi poveri, incrollabile quando si trattasse di diffendere i diritti della Chiesa. Quanto abbia lavorato per il Seminario, quanti milioni spesi per esso, quanti instituti religiosi promossi soprattutto in Zagabria ben sanno i suoi concittadini . . .“

R.I.P.

ACTA  
ACADEMIAE  
VELEHRADENSIS

ANNUS XIII

OLOMUCII 1937  
SUMPTIBUS ACADEMIAE VELEHRADENSIS

## INDEX

- Dr. Franciscus Grivec*: De versionibus palaeoslavicis Vitarum Constantini (Cyrilli) et Methodii 1  
 — De corpore Christi mystico 123  
 — Christus in Ecclesia . 133
- P. G. Hoffmann, S. J.*: Testimonium ineditum Andreae archiepodi Rhodi de Marco Eugenio . 13
- Formulae praeviae ad definitionem concilii Florentini de processione Spiritus sancti 81, 237
- Dr. Andreas Iščak*: Congressus unionisticus Leopoli 44
- Dr. Joan. Kraljić*: Doctrina Vladimiri Solovjev de mendacio 145
- Dr. Thomas Kurent*: Exegesis Mt. 16, sequ. apud Studitas praesertim s. Theodorum . 20
- Studia quaestionem de primatu ecclesiae saeculo IX. disputatam illustrantia . 178, 260
- Dr. V. Pořízka*: Bhagavadgîtâ eiusque doctrina de bhakti 27  
 — Exsistatne connexio Bhagavadgîtam inter et evangelium s. Joannis . 213
- S. Salaville, A. A.*: Quod documenta patriarchatus Byzantini magno sint emolumento ad theologiae rerumque ecclesiasticarum historiam 73
- Princ. Petrus Wolkonsky*: Exarch Leonid Fedorov (russice) 34, 105

## RECENSIONES

*Heiler, Urkirche und Ostkirche* (Grivec), *Mersch Emil, S. J., Le Corps mystique du Christ* (Grivec), *Salajka*, Nauka východních bohoslovů o vykoupení (Pořízka), *Dąbrowski* Królestwo Bóże a Kościół (Pořízka), *Kwiatkowski*, Zjawiska naukowego okultyzmu a neśmiertelność duszy (Pořízka), *Starodworski*, Tragedja cerkwi prawosławnej w ZSRR (Pořízka), Dr. W.

<i>Kwiatkowski</i> , U kolebki chrystjanismu (Hudec), Dr. Franciscus Cinek, Velehrad víry (Neumann), Pořizka V., Dr., Solovjev a církev (mj.)	48
C. Chevalier, S. J., La mariologie de saint Jean Damascène (jm.), Dr. Andreas Iščák, Догматика незednинснога сходу Theologia dogmatica Orientis separati (Grivec), Dr. Valerij Vilinskij, Ruská revoluce 1825 – 1936, Dr. Václav Kubiček, Katechetika, Dr. Jos. Matzke, Das kirchliche Friedhofs- und Begräbniswesen (J. M. R.), Archiv orientální — Orientální ústav (Dr. B. Kutal)	309
Ephemerides, libri recepti	62

#### VARIA

Relatio de conventu generali Academiae Velehradensis	63
Dr. Jos. Matocha: Relatio de Academia Velehradensi (proposita in VII. Conventu Velehradensi 1936)	66
Dr. Fr. Cinek: Conventus internationalis pro Oriente Christiano, Romae 2.—6. Maii 1937	222, 297
Msgre Fr. Jemelka; Monumenta Velehradensia .	306
Memento mortuorum: R. D. Petrus Hlobil; R. D. Joan. Nep. Tenora: Jacobus Hudeček; Msgre Dr. Ant. Breitenbacher; R. D. Lad. Zamykal; Exc. D. Dr. Bonaventura Jeglič; Exc. D. Dr. Antonius Bauer	64, 65, 235, 236, 221, 222

# In deposito Academiae Velehradensis adhuc supersunt:

## *Slavorum litterae theologicae:*

Gonspectus periodicus, Pragae. (Incomplete!)

Tom. I. 1905

Tom. II. 1906

Tom. III. 1907

Tom. IV. 1908

Tom. V. 1909

Tom. VI. 1910

## *Acta Academiae Velehradensis:*

(Incomplete.)

Tom. VII. 1911 fasc. 1.—2., fasc. 3., fasc. 4. 20 Cč.

Tom. VIII. 1912 1. – 3. fasc. 10 Cč.

Tom. IX. 1913 1. – 2. 5 Cč.

Tom. X. 1914 – 1919. 30 Cč.

Tom. XI. 1920 – 1922. 15 Cč.

Tom. XII. 1. – 2., 1932

Tom. XII. 3. – 4., 1934

## *Acta Conventus Velehradensis:*

Acta I. Conventus Velehradensis. 10 Cč.

Acta II. Conventus Velehradensis. 10 Cč.

Acta III. Conventus Velehradensis. 15 Cč.

Acta IV. Conventus Velehradensis, 40 Cč.

(leg. 50 Cč.)

Acta V. Conventus Velehradensis. 50 Cč.

Acta VI. Conventus Velehradensis. 50 Cč.

## *Opera Academiae Velehradensis:*

Tom. II. *Konstantinus-Cyrillus und Methodius, Die Slavenapostel* von Franz Snopek, Kremsier 1911. 30 Cč.

Tom. III. *Nomenclator (incompletus).*

Tom. IV. *Acta conventus Velehrad.* III. uti supra.

Tom. V. *Die Slavenapostel, Kritische Studien* von Dr. Franz Snopek, Kremsier 1918. 30 Cč.

Tom. VI. Trudy. *Acta Conventuum Velehradensium in lingua russica.* 10 Cč.

Tom. VII. Popov, *Katechismus (germanice).* 5 Cč.

Tom. VIII. Vladimír Sergijevič Solovjev, *jeho život a působení* od K. Jindřicha. 5 Cč.

Tom. IX. Dr. Fr. Grivec, *Pravoslaví*, ze slovinského rukopisu přeložil Martin Chudoba, Kroměříž 1921. 5 Cč.

Tom. X. *Byzantinské pojímání církevního prvenství s dodatkem o pravověrnosti svatého Cyrila a Metoda* od Fr. Grivce, univ. prof., přeložil Martin Chudoba, Kroměříž 1922 (exhaustum)

Tom. XI. *Acta V. Conventus Velehradensis* 1927. 50 Cč. (2 Dol. am.)

Tom. XII. Dr. Grivec, *Die hl. Slavenapostel Cyrilus und Methodius!*

Tom. XIII. Dr. Bonifác Segeta, *Církev východní a západní. Z jazyka řeckého český překlad.* 25 Cč. (Socii A. V. 16 Cč.)

Tom. XIV. *Acta cursus Pragensis* 1930. Pret. 38 Cč.

Tom. XV. Rudolf Hurt, *Dějiny cisterciáckého kláštera na Velehradě.* 1934. 60 Cč.

Tom. XVI. Dr. Vincenc Pořízka, *Solovjev a církev.* 1935. 15 Cč.

Tom. XVII. Dr. Jos. Vajs, *Evangelium sv. Jana.* Text rekonstruovaný.

# Academia Velehradensis Olomouc ČSR. Salesianum.